80
Exeg. Pr.
574.



HYPOMNEMATA
IN
NOVUM
TESTAMENTUM,

QVIBUS

GRAECITAS EIUS

EXPLICATUR,

ET SCHOLIIS,

QVAE EX SCRIPTIS

RECENTIORUM QVORUNDAM MAGNI NOMINIS PHILOLOGORUM,

PRAESERTIM

S. V. IO. AUG. ERNESTI

EXCERPTA SUNT,

ILLUSTRATUR,

EDITA

A

CHRISTIANO GOTTFRIED KÜTTNERO,

A. M. ET ECCLESIAE LIMB. IN VARISCIS PASTORE.

LIPSIAE,

APUD IOH. GOTTL. IMMAN. BREITKOPF,

MDCCLXXX.

VIRO ILLUSTRI,

MAGNIFICO, SUMME VENERABILI,

CONSULTISSIMO, ATQVE EXCELLENTISSIMO,

CHRIST. GUILIELMO KÜSTNERO,

DYNASTAE IN PAUNSDORF,

SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE A CONSILIIS, FISCI PRINCIPALIS, INTIMIS, ECCLESIAE CATHEDRALIS WURCENSIS DECANO, CURIAE SUPREMAE LIPSIENSIS, COLLEGII SCABINORUM, NON MINUS AC EIUS, PENES QUOD IUDICIUM CAUSARUM ECCLESIASTICARUM EST, ADSESSORI, CIVITATIS LIPSIENSIS CONSULI PRIMARIO ET PRO TEMPORE REGENTI, ET AEDIS THOMANAE CURATORI,

PATRONO SUO VENERANDO

HAEC

IN NOVUM TESTAMENTUM HYPOMNEMATA

D. D. D. C.

CHRISTIAN GOTTFRIED KÜTTNER.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Tandem vade, liber, qvod per tria lustra parasti,
Nunc moderante Deo suscipe laetus iter.
Hospitium jam qvaere loco, quocunque libebit,
Lipsia sed prius est alma petenda tibi.
Nam si te qvicqvam commendat dotis, et usus
Si praestas aliqvos, hoc es adeptus ibi.
Grates ergo refer doctis fidisqve magistris,
Qvi voce et scriptis me docuere suis.
Qvam sit jucundum Musarum hac sede morari,
Annos experto ter duo, crede mihi.

 Haec

Haec urbs est variis, et qvae vel singula laudes
 Afferrent summas, condecorata bonis.
Illa magistratu gaudet sapiente bonoqve,
 Qvemqve gravem meritis patria tota colit.
Nam qvis WINCKLERI non admiratur acumen
 Hujus et antiqvae gentis in urbe decus?
Et qvem, qvaeso, fugit MÜLLERI gloria? nemo
 Doctrina maior iustitiaqve fuit.
Nonne SENATORUM totus venerabilis ordo
 Virtutum summa laude micare studet?
Omnes hosce VIROS devota mente saluta,
 Ante hos KÜSTNERUM sed reverenter adi.
Qvippe dedit mihi jam PATER EIUS signa favoris,
 Cujus honos meritus non moriturus erit.
ILLE paternarum virtutum nobilis haeres
 Auxit splendorem gentis et auget adhuc.
Perpulchris factis crescit crescentibus annis
 Gloria, plus aliis qvam sibi vivit enim.
Sive reipublicae nunc alta negotia curet,
 Seu res ecclesiae nunc agat atqve regat.

Semper

Semper EI comites pietas, ſapientia, candor
Integritasqve animi cum bonitate ſimul.
Diligit HUNC igitur populus cunctusqve SENATUS,
Ceu patri fido Lipſia fidit EI.
Qvid dubitas intrare VIRI qvoqve tecta benigni,
A qvo vix aliqvis triſtis abire ſolet?
Saepius oranti faciles mihi praebuit aures,
Annuet et precibus, qvod reor, hiſce tuis.
Me, VIR SUMME, TIBI trado, dic ſupplice vultu,
Et prodire TUIS auſpiciis cupio.
Ne renuas, oro ac rogito, meus eſſe patronus,
Atqve ita non paucis gratior hoſpes ero.
Sol fulgore ſuo, qvae ſunt obſcura, coruſcat,
Sic clarus fieri nomine qvaero TUO.
Nam TUA ſcripta nitent totum celebrata per orbem,
Per TE arcana patent juris aperta ſatis.
Nec minus indagas oracula Regis Olympi,
Ex ipſoqve a TE fonte bibuntur aquae.

TUque probare ſoles, ſi qvis ſtudia illa juvare
Auſit, ſic et ego ſpero placere TIBI.
Qvos TUUS ERNESTI flores huc ſparſit et illuc,
Illos collectos offero namqve TIBI.
EIUS diſcipulum ſiqvidem TIBI dulce fuiſſe,
TU diſciplinae es gloria prima bonae.
Fallor? an excipiet facie pro more ſerena
Illa petita ſtatim iunctaqve vota pia?
Protege KÜSTNERUM nulli pietate ſecundum,
Qvi das virtuti praemia digna, Deus!
Fac ut felicem attingat longamqve ſenectam!
ILLUM cum clara GENTE valere iube!
Finiat inceptum regimen feliciter urbis,
Imperiumqve, precor, ſaepe capeſſat adhuc!

Q. D. B. V.

Q. D. B. V.

ADMONITIO
DE CONSILIO LIBELLI.

Libellum hunc iis deſtinavi, atqve uſibus eorum accommodatum efficere conatus ſum, qvi, primis graecae lingvae initiis poſitis, Novum Teſtamentum curſim qvidem legere, nec tamen omni carere vellent monitore atque explicatore. Maxime autem operam dedi, ut opuſculum hoc triplicem uſum praeſtaret; *primum*, ut tirones aliqvam temporis partem, qvod lexicis et commentariis evolvendis abſumitur, lucrarentur; *deinde*, ut veluti compendium exſtaret earum Novi Teſtamenti interpretationum, qvas Viri Celeberrimi IO. FR. FISCHERUS, IO. TOB. KREBSIUS, CAR. LUD. BAUERUS, et qvem primo loco nominare debebam, S. R. IO. AUG. ERNESTI, doctiſſimis ſuis ſcriptis paſſim examinaſſent atqve illuminaſſent; *tertium*, ut obſervationes nonnullae latiſſime patentes, quarum conſpectum in libelli hujus fronte dedi, qvo magis interpreti N. T. neceſſaria eſſet earum ſcientia, eo efficacius qvoqve proponerentur atqve inter interpretandum et in ipſo actu lectionis tironum animis eo firmius infigerentur. Praeter

 Philo-

Philologos jam laudatos consului etiam scripta pererudita CHRISTIANI GUILIELMI THALEMANNI nuper his litteris praematura morte erepti, nec non beati CHR. FR. SCHMIDII. Deniqve grata mente profiteor doctrinam et acumen Virorum Celeberrimorum IO. FR. REHKOPFII, IO. GOTTFR. KOERNERI, GEORG. FR. SEILERI, IO. AUG. DATHII, IO. GEORG. ROSENMÜLLERI, IO. BENJ. KOPPII, IO. IAC. GRIESBACHII, SAM. FR. NATH. MORI, CHRIST. FRID. LOESNERI et GEORG. DAV. KYPKII mihi ad intelligendum Novum Testamentum multum profuisse. Egregiis horum et aliorum qvorundam aetatis nostrae Philologorum praestantissimorum libris et monitis pro ingenii modulo ad castigandum hunc libellum uti pergam, atqve assiduam Codicis hebraei et versionis τῶν ὁ lectionem, cum lectione Novi Testamenti saepius repetita coniungam; his spero, fore, ut efficiam, ut sensum Scripturae sacrae in pluribus locis olim rectius et asseqvi et aliis tradere possim. Deus, cui, qvicqvid conor atqve adeo me totum nunqvam non consecratum cupio, aliqvam, in suum ipsius honorem, ex opusculo hoc utilitatem ad litterarum sacrarum amantes pervenire jubeat! Si vitam et vires concesserit, atque opera mea aequis et harum rerum peritis iudicibus haud inutilis visa fuerit, proxime seqventur haec Hypomnemata et alia in Alexandrinam Vet. Testamenti versionem. Scrib. Limbaci in Variscis ipsis Calend. Octobr. A. R. S. MDCCLXXX.

COMPEN-

COMPENDIA LITTERARVM.

B. D. E. F. K. Kr. S. denotant nomina Clarissima et Veneranda C. L. Baueri, I. A. Dathii, I. A. Ernestii, I. F. Fischeri, G. D. Kypkii, I. T. Krebsii et beat. C. F. Schmidii.

Hae litterae nonnullis vocabulorum et phrasium explicationibus adiectae indicant, qvem qvaevis interpretatio, ex laudatis his Viris celeberrimis, nacta sit vel auctorem vel defensorem.

E. B. litterae hae denotant S. V. Ernesti Bibliothecam Novam.

E. B. N. - - - - - - Bibliothecam Novissimam.

E. Opp. - - - - - - Opuscula.

E. I. - - - - - - Inst. Interpr. N. T.

K. A. - - - N. T. a S. V. Koernero perpetua annotatione illustratum.

F. P. - - - I. F. Fischeri Proluss. de vitiis Lexicorum N. T.

Gl. Ph. - - - Glassii Phil. a S. R. Dathio his temporibus accommodatam.

V. - - - Vorstii Comment. de hebr. N. T. a I. F. Fischero editum.

B. Ph. - - - C. L. Baueri Philolog. Thuc. Paull.

L. - - - C. F. Loesneri Observatt. ad N. T. e Philone.

R. - - - S. R. Io. G. Rosenmülleri Scholia in N. T.

Kop. - - - N. T. a S. R. Koppio perpetua annotatione illustratum V. I.

W. - - - I. Chr. Wolfii Cur. Phil. et Crit.

O. - - - Observationes huic libello praemissas.

J. - - - Indicem vocabulorum, qvae consuetudinem hebraeam imitantur.

COR-

CORPUSCULUM OBSERVATIONUM,

qvae huic libello eo consilio praemissae sunt, ut chartae parceretur, neqve opus esset eas toties plene expressas repetere, quoties ansam veri tenendi suppeditare possent, sed in interpretandis huius generis locis satis esset tirones remisisse ad has numeris suis distinctas observationes.

1. In verbis *disjunctorum*, sive subjecti sive praedicati locum teneant, unius interpretatio ad sensum alterius recte cogniti accurate dirigi debet. Ex hoc genere sunt σὰρξ et πνεῦμα, item γράμμα et πνεῦμα, in qvibus alterius ad alterum accommodanda est interpretatio. Vid. S. V. Ernesti Inst. Interpr. Edit. III. pag. 24.

2. Cavendum est,

α. ne in verbo ipso et ejus vel propria vel tropica significatione emphasin quaeramus. Vid. F. P. VIII.

β. nec adeo quaerenda est ex etymologia.

γ. porro videndum, ne accessionem aliqvam significationis ad vim verbi simplicis necessario fieri putemus a praepositionibus, praesertim ἀνὰ, ἀπὸ, ἐκ, περὶ, πρὸ, σύν. Ad compositorum classem, in qvibus praepositionis vis nulla est, pertinent, ἀνθομολογέομαι, ἀνάγω, ἀνανήφω, ἀνασταυρόω, ἀνανταπληρόω, ἀποκαραδοκία, διαγογγύζω, διακωλύω, διαστέλλομαι, διατηρέω, ἐγκομβόομαι, ἐκβάλλω, ἐκπορνεύω, κατεξουσιάζω, κατακυριεύω, καταφιλέω, καταχράομαι, προαιρέω, προγινώσκω, προελπίζω, προενάρχομαι, προσανατίθημι, προσεργάζομαι, συμμαρτυρέω, συνωδίνω, συστενάζω. Vid. I. T. Krebsii Praef. ad Lex. Schoettg.

δ. ne

δ. ne a numeris emphasin temere ducamus. Sine emphasi usurpantur in N. T., plurali numero pro singulari posito, vocabula haec: οἱ αἰῶνες, mundus, ἀνατολαὶ καὶ δυσμοὶ, τὰ ἱμάτια, οἱ ἐρανοὶ, τὰ σάββατα, οἱ οἰκτιρμοί. Vid. Gl. Ph. p. 62-65.

ε. ne abstracti pro concreto positi talem aliqvam vim putemus, v. c. Col. 1, 13. coll. Matth. 3, 17.

ζ. ne dissimilitudine modorum loqvendi a nostra lingva ad emphasin qvaerendam aut comminiscendam impellamur. Vid. E. I. 70. 71.

3. Emphases temporariae agnoscuntur hac nota, si ordinaria verbi significatio est longe inferior manifesta affectus magnitudine aut re ipsa. E. I. p. 72.

4. Diminutivorum interdum nulla alia vis est, qvam primitivorum. Ex hoc genere sunt ἀρνίον, ἐρίφιον, ὀνάριον, παιδίον, ὠτίον.

5. Exprimitur adjectivum s. participium

α. per duo substantiva connexa, qvorum alterum loco adiectivi est, 2 Petr. 1, 3.

β. per abstractum pro concreto positum, Eph. 5, 8.

γ. per duo nomina in statu regiminis, qvorum alterum loco adiectivi est. Qvando posterius substantivum positum est pro adiectivo, pronomen possessionem vel relationem significans, in hac constructione plerumqve adiicitur posteriori, cum pertineat potius ad nomen prius, Col. 1, 13.

δ. per substantivum cum praepositione. Huic usui inserviunt praesertim ἐκ, ἐν, κατὰ, v. c. 2 Cor. 2, 7. ἐν μυστηρίῳ h. e. μυστικήν.

ε. per adverbium substantivo additum, Matth. 6, 34. Gl. Ph. p. 18-28.

6. Articulus ὁ, ἡ, τὸ saepe qvidem sine certo significatu nominibus additur; non raro tamen demonstrativi

monſtrativi vel relativi pronominis vim habet. Gl. Ph. 131.

7. Nominativus et accuſativus in oratione qvandoqve ponuntur abſolute, ut vim integri membri in ſententia habeant, idque ſit in N. T. ex hebraeae lingvae conſvetudine. Nec tamen haec conſtructio ita propria eſt lingvis orientalibus, ut eam graeca lingva prorſus ignoret, Act. 7, 40. Non raro etiam Nominativus pro Vocativo uſurpatur, et articulus ὁ, ἡ, τὸ adiectus tum dicitur *vocativus* ſ. patheticus. Gl. Ph. 67 - 70.

8. Genitivus nominis

α. explicat nomen, qvod eum regit, Eph. 1, 18. ὀφθαλμὲς τῆς διανοίας, oculos, hoc eſt, mentem.

β. denotat cauſſam

א. efficientem, Rom. 4, 11. πίςεως, qvae ex fide venit.

ב. exemplarem, Phil. 1, 8. ἐν σπλάγχνοις Ἰησȣ̃, amore, qvalem Ieſus habuit erga ſuos.

ג. materialem, Eph. 5, 26.

ד. finalem, 2 Theſſ. 2, 14. ἐις περιποίησιν δόξης Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃, ad liberationem, qvae fiat ad gloriam Ieſu Chriſti.

γ. effectum.

δ. objectum, Rom. 1, 4. πίςεως, erga doctrinam Chriſtianam, C. L. Baueri Ph. p. 29. ſeqv.

9. Dativus denotat

α. qva, reſpectu, qvod attinet, Gal. 6, 14.

β. cauſſam reddit, Gal. 6, 12. τῷ ςαυρῷ, ob doctrinam de morte Chriſti.

γ. ponitur pro regimine praepoſitionum, B. Ph. 48-56.

10. Ex hebraica comparativi et ſuperlativi forma, qva poſitivus horum loco ponitur, et diverſitas tantum ex addita voce cognoſcitur, venit ſine dubio

graduum

graduum permutatio apud ſcriptores N. T. Matth. 5, 19 Joh. 15, 18. Gl. Ph. 48.

11. Caſus pronominis relativi apud Graecos attice non reſpondet verbo ſeqventi, ſed convenit cum ſubſtantivo antecedente. Contra relativum pronomen qvandoqve antecedens nomen in ſuum caſum pertrahit, et id ſibi ſubiunctum habet, Marc. 13, 19. Act. 21, 16. Gl. Ph. 168.

12. Verbum, qvod actionem ſ. effectum notat, α) de facultate agendi, β) de iure ac debito, γ) de voto et voluntate agendi, δ) de conatu, ε) de conſvetudine, ϛ) de occaſione, ζ) de permiſſione ejus non raro intelligendum eſt. Vid. Gl. Ph. 197 - 207. Qvoniam nimirum activa verba tribuuntur etiam illis, qvae non proprie et influxo proximo id agunt, qvod verba ſignificant, ſed certa tantum ratione concurrunt, illa autem metonymia alienior ſit a genio linguae latinae et germanicae, ab ea prorſus in verſione abſtinendum eſt, et res ipſa verbis propriis exprimenda, quam Hebraei tropice elocuti ſunt, Act. 1, 18. ἐκτήσατο χωρίον, occaſionem praebuit emendo praedio. Vid. E. B. Vol. X. p. 685. et Gl. Ph. 197 - 207.

13. Verbum *poteſtatis* non raro vel pro verbo *difficultatis* ac *moleſtiae*, vel pro verbo *debiti* ac *juris* accipitur, Act. 4, 20. Gl. Ph. 209.

14. Verba, qvae *fieri*, *eſſe*, vel *agere qvid* ſignificant, qvandoqve non tam *eſſentiam* vel *actum*, qvam ejusdem *notificationem*, qvaliscunqve illa ſit, et *praedictionem* notant, Act. 10, 15. κοίνε, profana eſſe dixeris. Gl. Ph. 216.

15. Verba, qvae rei *appellationem* vel *notificationem* ſignificant, qvandoqve pro ipſa rei productione et eſſentia uſurpantur. Matth. 5, 9. Gl. Ph. 222.

16. Verba

16. Verba, qvae *eſſe* vel *facere* ſignificant, qvandoqve pro rei *cognitione* vel etiam *opinione* ponuntur, Jo. 5, 31. ȣ̓κ ἔςι ἀληθὴς, a vobis pro falſo habetur. Gl. Ph. 228.

17. Activa verba nonnunqvam paſſive ſignificant. Id in primis ſaepe fit in verbis activis tertiae perſonae utriusqve numeri ſine nominativo expreſſo. Gl. Ph. 245.

18. Paſſivum ponitur pro medio, forma ſcilicet manifeſto paſſiva, et ſenſu medii proprio ſui reſpectu, Rom. 11, 7. ἐπωρώθησαν, indurarunt ſe. B. Ph. 76.

19. In N. T. verba bene multa tum activa tum neutra habent tranſitivam ſignificationem ad imitationem verborum hebraeorum in Hiphil, 2 Cor. 2, 14. θριαμβεύοντι, facienti ut triumphemus. Gl. Ph. 252. B. Ph. 81.

20. Cum duo verba eiusdem temporis conjunguntur, vel copula intercedente, vel ſine ea, tum prius ſaepe per adverbium Latinis exprimitur. Sic etiam verbum finitum cum infinitivo junctum qvandoqve adverbialiter exponendum. Luc. 6, 48. Gl. Ph. 272.

21. Modi non raro permutantur; ponitur

α. Indicativus pro coniunctivo.

β. Imperativus pro futuro indicativi et vice verſa qvandoqve pro ſubiunctivo uſurpatur, qvandoqve etiam permiſſive exponendus eſt.

γ. Infinitivus pro participio et ſubſtantivo. Vid. Gl. Ph. 285-335. et B. Ph. 84.

22. Participium ponitur

α. pro verbo finito Hebr. 12, 15. ὑςερῶν pro ὑςερῇ.

β. pro infinitivo. In primis ſic participia apud Graecos uſurpantur, ſi addantur verbis *videndi*, audiendi, notitiae, memoriae, exiſtimandi, deprehendendi, oſtendendi, convincendi, perſeverandi, deſiſtendi, 1 Tim. 5, 13.

γ. pro qvamvis, 1 Theſſ. 2, 6. δυνάμενοι, qvamvis poſſemus. B. Ph. 97. 107.

23. Tempora non raro permutantur. Praeterita enim et Aoriſti qvandoqve pro plusqvamperfecto, qvandoqve pro praeſenti, qvandoqve etiam pro futuro uſurpantur, Matth. 14, 13. ἔδησε, vinxerat. Gl. Ph. 298.

24. Praeſens in exprimenda actione debita et ſolita, Imperfecta, Praeterita, uterqve Aoriſtus et Futura freqventer a Graecis pro Praeſenti in actione ſolita adhibentur, Matth. 3, 10. Marc. 14, 12. Vid. I. F. Fiſcheri V. C. Animadverſſ. ſuper Velleri Gramm. pag. 173.

25. Verbum ἵστημι, una cum compoſitis ſuis omnibus, in una voce activa, pro diverſa temporum ratione, maxime diverſas ſignificationes, nunc activam, nunc neutralem habet. Scilicet Praeſ. Imperf. Aor. I. et Fut. I. ſemper ſua natura habent ſignificationem *activam*: contra ea Perf. Plusqvamperf. et Aor. 2. *neutralem*. Vid. Krebſii V. C. Obſ. Flav. 43.

26. Circumſcribi ſolent pleonaſtice verba

α. per participia cum verbo ſubſtantivo iuncta.

β. per addita quaedam alia verba v. c. ἀποτολμᾶν, ἀξιοῦν, ἄρχεσθαι, δοκεῖν, ἐπιχειρεῖν, θέλειν, μέλλειν, συμβαίνειν, Gl. Ph. 346.

27. Ἐις et ἐν ſaepe alternant, ita ut ἐις denotet *in* cum ablativo et ἐν *in* cum accuſativo.

28. Particula ὅτι ſaepe redundat, nec fere ullam vim habet, qvando verba vel propria vel aliorum afferuntur. Gl. Ph. 537.

29. Cauſſalis coniunctio ἵνα, ut et aeqvipollentes, non ſemper notant cauſſam rei finalem, ſed

ſaepius eventum, Matth. 23, 34. ὅπως, unde eveniet ut.

His adiiciendae ſunt obſervationes nonnullae latiſſime patentes, quae ex Io. Vorſtii de hebraiſmis N. T. Commentario atqve ex aliorum qvorundam noſtrae aetatis Philologorum Praeſtantiſſimorum libris excerptae ſunt.

30. Non raro duo vel plurima nomina et verba coniunguntur in N. T., etiam formulae, qvarum unius notione, jam reliqvarum notio continetur, fitqve illud ad exemplum hebraicae lingvae. Vid. I. F. Fiſcheri Praefat. ad Io. Vorſtii Comment. de hebraiſmis N. T.

31. Vocabulis graecis ſacri ſcriptores novas ſignificationes tribuerunt, vel qvod ad originem alluderent alicuius hebraeae vocis, qvam vocabulo graeco reddere vellent: vel qvod certae hebraeae voces duplicem aut multiplicem ſignificationem haberent, hisqve graecae voces illarum ſignificationum una iam ante reſpondiſſent. Vid. V. Comm. Cap. 2.

32. Geminatio vocum exprimit

α. magnae multitudinis in partes tributionem, Marc. 6, 39.

β. talem multitudinem, qvae ipſam univerſitatem includit, 2 Cor. 4, 16.

γ. diſtributionem numerorum in aeqvales partes, Marc. 6, 7.

δ. habet et vim intendendi, et ſuperlativum gradum denotandi, Hebr. 10, 37. μικρὸν ὅσον, ὅσον, perexiguum tempus. Vid. Vorſt. Comment. 301.

33. Par-

33. Participiis passivis et adiectivis qvibusdam affinibus in N. T. additi sunt genitivi, non interveniente particula ὑπὸ, uti alias fieri amat. Id hebraeam redolet structuram. Vid. Vorst. Comm. Cap. 18. v. c. Matth. 25, 34.

34. Ad Hebraeorum exemplum atqve ad morem Alexandrinorum interpretum in Novo Testamento qvandoqve redundant

α. plurima nomina, v. c. Ἀνὴρ, ἄνθρωπος, γνωστὸν, ἔργον, καρδία, λόγος, μέσον, μόρφωσις, ὄνομα, ὀυρανὸς, ὀφθαλμὸς, πȣ͂ς, πρόσωπον, σῶμα, στόμα, ὑιὸς, χεὶρ, ψυχή. Huc referendi etiam sunt genitivi isti, qvos scriptores vulgares, cum de amantibus agunt, non adiicere solent, v. c. τȣ͂ ȣ̓ρανȣ͂, τῆς γῆς, τȣ͂ ἀγρȣ͂, τῆς θαλάσσης. Vid. Vorst. Comment. Cap. 13. 14. 15. 21.

β. pronomina, ἀυτὸς, et genitivi μȣ͂, σȣ͂, ἀυτȣ͂, cum partes corporis humani, vel alia, qvae ad hominem pertinent, nominantur.

γ. qvaedam verba, v. c. ἀναστῆναι, ἐγένετο, ἐγέννησε, ἐγείρεσθαι, ἔσαι.

δ. nonnulla participia, v. c. ἀναστὰς, ἀποκριθεὶς, ἐλθὼν, πορευθεὶς.

ε. qvaedam adverbia v. c. ἐκεῖ, ἐνώπιον, καί.

ς. formulae nonnullae v. c. ἀνοίγειν τὸ στόμα, ἐκτεῖναι τὴν χεῖρα, ἐπᾶραι τȣ̀ς ὀφθαλμȣ̀ς, ἐπᾶραι τὴν φωνήν.

35. Phrases ἔμπροσθεν τȣ͂ θεȣ͂, ἐνώπιον τȣ͂ θεȣ͂, ἐναντίον θεȣ͂, ἐνώπιον κυρίȣ, significant ad exemplum ῥήσεως לִפְנֵי יְהֹוָה rem *vere* et *manifeste* ita se habere, qvalis dicitur, Luc. 1, 6. Act. 8, 21.

 36. Scriptores

36. Scriptores ſacri ad exemplum Hebraeorum ſic formant propoſitiones univerſales

α. affirmativas, ut voci πάντες adiiciant nonnunqvam haec verba ἀπὸ μικρȣ͂ ἕως μεγάλȣ, vel aliqvam vocem geminent, Act. 8, 10.

β. negativas, ut pro ȣ̓δεὶς habeant εἷς ȣ̓, ȣ̓κ ἔςι, ȣ̓κ ἔςι ἕως ἑνὸς, ȣ̓ πᾶς. Vid. Vorſt. Comment. Cap. 25.

37. Ellipſis pronominis indefiniti τὶς reſpondet ellipſi vocis אֶחָד, Matth. 23, 34.

38. Verbum infinitum habens penes ſe praepoſitionem ἐν et accuſativum qvendam nominis, loco verbi finiti aut loco participii uſurpatur. Ex hebraiſmo etiam verbis non raro eiusdem originis aut ſignificationis participia vel nomina addita reperiuntur; qvae nomina ſi caſu qvarto addita ſint, etiam eiusmodi nomina adiectiva Hebraeorum more ſibi iuncta habent, qvae ſignificant *magnum*, Matth. 2, 10. Vid. Comm. Cap. 32. 34. et 35.

39. In N. T. ῥήσεις ſunt non paucae, qvae meris qvidem vocabulis graecis conſtant, ſed propter certam verborum cum nominibus conſtructionem ſermonem ſapiunt hebraeum, v. c. προσκυνεῖν τινι vel ἐνώπιόν τινος pro τινὰ, ἁμαρτάνειν ἐνώπιόν τινος, εἶναι ἐν ὀφθαλμοῖς τινος, εἶναι ἐνώπιόν τινος, pro δοκεῖν τινι vel εἶναί τινι, ἀκολȣθεῖν ὀπίσω τινὸς, ποιεῖν τι μετά τινος, διδάσκειν ἔν τινι pro τινὰ, ἐκλέγεσθαι ἔν τινι, ὁμολογεῖν ἔν τινι, ὀμνύειν ἔν τινι, προσκόπτειν ἔν τινι, σκανδαλίζεσθαι ἔν τινι, πιςεύειν ἔν τινι, εἴς τινα, ἐπί τινι, ἐπί τινα, ἐλπίζειν εἴς τινα et ἔν τινι, πεποιθέναι ἔν τινι, ἐπί τινι et ἐπί τινα, εἶναι εἴς τι, γίνεσθαι εἴς τι. Vid. Vorſt. Comm. Cap. 36. Eſt autem

autem constructio hujusmodi facta imitatione Hebraeorum, qvi loco praefixi ל saepe usurpant voces לִפְנֵי et בְּעֵינֵי, אַחֲרֵי et in construendo cum nomine verbo freqventissime praefixo ב (cui ἐν respondet,) et praefixo ל (cui εἰς respondet,) utuntur.

40. Nonnullae phrases a scriptoribus vulgaribus qvidem usurpantur, sed aliud significant, qvam in Novo Testamento. Huc pertinent *αἷμα ἐκχεῖν*, pro *ἀποκτείνειν*, *ἀκούειν φωνὴν τινος* pro *ὑπακούειν τινὶ*, *τὸν ἄρτον κλάσαι* in significatu *comedendi* et *panem distribuendi*, *γεύεσθαι τοῦ ἄρτου* in significatu *capiendi cibum*, *ἄρτον ἐσθίειν* qvando *totum prandium* aut *coenam* significat, *ἀνοίγειν τοὺς ὀφθαλμοὺς τινος*, si significat *facultatem videndi alicui dare*, *διανοίγειν τὰς ἀκοὰς τινος*, si significat *facultatem audiendi alicui dare*, et *ἀνοίγειν τὸ στόμα τινὸς*, si significat *facultatem loqvendi alicui reddere*. Vid. Vorst. Comment. Cap. 37.

41. Phrases qvaedam apud scriptores graecos caeteros plane non reperiuntur, in libris sacris autem passim occurrunt, et more qvidem Hebraeorum formatae. Tales sunt v. c. *εἷς καθ' εἷς*, unus post alium, *καθ' εἷς* unusqvisqve sigillatim pro *καθ' ἕνα*, *ἔρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον* pro *γεννᾶσθαι*, *ἐξέρχεσθαι ἐκ τῆς οσφύος τινὸς* pro *γεννᾶσθαι ὑπό τινος*, *ὄπτεσθαι ζωὴν* pro *ζῆν*, vivere, *θάνατον θεωρεῖν*, *θάνατον ἰδεῖν*, itemqve *θανάτου γεύεσθαι* pro *ἀποθανεῖν*, *ζητεῖν τὴν ψυχήν τινὸς*, insidiose alicui mortem machinari, *στηρίζειν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ* respondet phrasi שׂוּם פָּנִים, Ezech. 6, 2. et significat, *firmiter sibi proponere*. Vid. Vorst. Comm. Cap. 39.

42. Nonnullae phrases in Novo Testamento pro Graecorum adverbiis sunt usurpatae, v. c. *ἡμέρα καὶ ἡμέρα* qvotidie pro *καθ' ἡμέραν (ἑκάστην,)* *ἐκ τοῦ αἰῶ-*

νος ȣ̓, ȣ̓́τε ἐν τȣ́τῳ τῷ αἰῶνι ȣ̓́τε ἐν τῷ μέλλοντι, ȣ̓κ εἰς τὸν αἰῶνα pro ȣ̓δέποτε, εἰς ὄνομα, pro ᾗ, qva, qvatenus, qvia, πρόσωπον πρὸς πρόσωπον et ςόμα πρὸς ςόμα, coram, phraſis prior uſurpatur ubi de conſpectu et colloqvio, phraſis poſterior autem ubi de colloqvio tantum agitur.

43. Simplicia verba apud Hebraeos freqventer habent ſignificationem compoſitorum, qvod ſcriptores N. T. interdum imitantur.

INDEX

INDEX VOCABULORUM,

qvae ex hebraea lingva vim ac ſignificationem qvandam receperunt, qvae in vulgari graeca lingva non obſervatur.

	Graecis vulgo eſt,	*reſpondet voc. vel phraſi,*	*Scriptoribus ſacris eſt*
Ἄβυσσος	profunditas	גֵּיהִנּוֹם	infernus.
Ἀγαπάω	impenſe amo	אָהַב	א. praefero Deut. 21, 15. ב. deſidero.
Ἄγγελος	nuncius	מַלְאָךְ	א. filius Dei, Gen. 48, 16. ב. miniſter verbi divini, Mal. 2, 7. ג. denotat excellentiam alicuius perſonae vel rei, 2 Sam. 14, 17.
Ἅγιος	ſanctus	קָדוֹשׁ	carus.
Ἅγιοι		עַם קָדוֹשׁ Exod. 19, 6.	Sic vocantur Chriſtiani, uti Judaei in V.T.
Ἁγιάζω	ſanctifico	קִדֵּשׁ	א. ad rem aliqvam ſingularem ordino et conſtituo, Lev. 16, 4. ב. laudo, celebro, Ezech. 38, 16. Eſ. 8, 13. ג. carum facio, Kop. 359.
Ἁγιωσύνη	ſanctitas	הוֹד	maieſtas.
Ἁγνίζω	purifico	נָזַר et קִדֵּשׁ	ab omnibus iis rebus abſtineo, quas lex divina tum caerimonialis tum moralis interdicit, Exod. 19, 14. 15.
Ἀδελφὸς	frater	אָח	א. cognatus, Gen. 13. 11. ב. qvi eiusdem ſectae

	Graecis vulgo est,	*respondet voc. vel phrasi,*	*Scriptoribus sacris est*
			ctae est. 3. amicus intimus, 2 Sam. 1, 26. 4. qvilibet alius.
Ἅιδης	infernus	שְׁאוֹל Pſ. 16, 10.	ſepulchrum.
Αἷμα	ſangvis	דָּם	1. reatus ex effuſione ſangvinis contractus, 2 Sam. 3, 28. caedes. 2. qvodvis exitium, Act. 18, 6. Act. 20, 26.
Ἀίρω ψυχήν τινος	tollo alicuius animum	הִשִּׁיא נַפְשׁוֹת Jer. 37, 9.	decipio. Cf. Eſ. 36, 14. Kr.
Ἀιχμαλωσία	captivitas	שְׁבִי	turba captiva, Dan. 1, 3.
Ἀιὼν	tempus, aeternitas	עוֹלָם	mundus, E. F. Kr. Negat S. R. Koppius ullum locum in litteris ſacris, tum V. tum N. T., eſſe, qvi iſtam ſignificationem certo confirmet. Vid. T. N. Vol. I. p. 90.
Ἀκούω	audio	שָׁמַע	obedio, Deut. 18, 19.
Ἀκοὴ	auditus, relatio ſeu narratio veteris cuiusdam rei	שְׁמוּעָה et שֵׁמַע	1. fama, rumor, Ieſ. 28, 20. 2. praedicatio Evangelii. Eſ. 53, 1. Kr.
Ἀλήθεια	veritas	אֱמֶת	iuſtitia, Pſ. 26, 3.
Ἀνάγκη	neceſſitas	צָרָה	affictio, Eſ. 37, 3.
Ἀνάθεμα	Deo repoſitum et ſacratum	חֵרֶם	1. exſecratio et ſeparatio a Deo et eius gratia, Eſ. 43, 28. 2. mors, Rom. 9, 3. Kr.
Ἀναπληρῶν τὸν τόπον τινὸς		מִלֵּא מָקוֹם	Eſt periphraſis ſtatus et conditionis hominis alicuius, 1 Cor. 14, 16.
Ἀνθομολογέομαι	confiteor	הוֹדָה	celebro, laudo, Gen. 29, 35.

Ἀνθρω-

	Graecis vulgo eſt,	*reſpondet voc. vel phraſi,*	*Scriptoribus ſacris eſt*
Ἄνθρωπος τȣ̃ Θεȣ̃		אִישׁ אֱלֹהִים	theologus, verbi divini miniſter, 1 Sam. 2, 27.
Ἄνθρωπος		אֱנוֹשׁ	homo miſer ſeu futilis, 2 Cor. 12, 2.
		אִישׁ	unusqviſqve
Ἀνίστημι	ſtatuo, excito	עָמַד et קוּם	א. praeſentem ſiſto, exhibeo, Deut. 25, 7. ב. exorior, 1 Reg. 3, 12. ג. oppugno, 2 Sam. 22, 40. coll. 38. ד. Voce media de iis dicitur, qvi rem novam et inſolitam perpetrarunt, Act. 5, 36. c. 20, 30.
Ἀνοίγω	aperio	פָּתַח	explico, Pſ. 119, 30.
Ἀνταπόδοσις	merces	גְּמוּל	beneficium, Eſ. 63, 7.
Ἀντιλέγω	contradico	סָרַר	oppono me, rebellis ſum, Eſ. 65, 2.
Ἀπειθέω	incredulus ſum	מָרָה et מָעַל	perfidus ſum, non pareo, Kr.
Ἁπλότης	ſimplicitas integritas	טוֹב et מֵישׁוֹר	א. Dicitur de eo, qvi in largiendo ſeqvitur recta et honeſta conſilia, Rom. 12, 8. ב. munificentia et liberalitas. Iob. 11, 13. ubi Symmachus פָּרַשׂ exprimit per ἁπλȣ̃ν.
Ἁπλῶς	candide		large.
Ἀπὸ	a, ab	מִלִּפְנֵי מִפְּנֵי	coram, Act. 3, 19. 2 Paral. 33, 12.
Ἀποδίδωμι	reddo, ſolvo	נָתַן	do, Matth. 27, 58.
Ἀποκρίνομαι	reſpondeo	עָנָה	א. incipio loqvi, Gen. 18, 27. Gen. 27, 37. ב. continuo ſermonem.
Ἅπτομαι	tango	נָגַע	laedo, Ioſ. 9, 19.
Ἀργὸς	piger	בָּטֵל	inutilis, malus; ſi de ſermone dicatur.

	Graecis vulgo est,	*respondet voc. vel phrasi,*	*Scriptoribus sacris est*
*Ἀφανίζομαι	exſcindor	שָׁמֵם תָּמַהּ	admiratione perculſus extra me rapior, attonitus qvaſi obſtupeſco, Hab. 1, 4.
*Ἀφανισμὸς		מַשּׁוּאוֹת	interitus, exitium, Pſ. 73, 18. 1 Reg. 13, 34.
*Ἀφορίζω	ſeparo	בָּדַל	eligo, Levit. 20, 26. Num. 8, 11.
Βάρος	onus	כֹּבֶד	gravitas, auctoritas, excellentia.
Βασιλεία τῶν ὀρανῶν		מַלְכוּת הַשָּׁמַיִם	א. eccleſia N. T. in his terris ſub Meſſia rege, Matth. 16, 19. ב. regnum patris coeleſte, Matth. 13, 43. ג. Senſu latiori qvandoqve uſurpatur ad utrumqve regnum et in his terris et in coelis coniunctim exprimendum, Io. 3, 3. Matth. 5, 20. vid. S. V. Seileri Theologiſch-kritiſche Betrachtungen neuer Schriften Vol. I. p. 204. ſeq. et N. T. à S. R. Koppio editum p. 212.
Βαςάζειν κρίμα pro κομίζειν ſ. κομίζεσθαι		שְׂאֵת מִשְׁפָּט	poenas dare, Mich. 7, 9.
Βίβλος	liber	סֵפֶר	catalogus, Gen. 5, 1.
Βέλομαι	volo	חָפֵץ, רָצָה	benignus, benevolus ſum.
Βραχίων	brachium	זְרוֹעַ	robur, Exod. 15, 16.
Γέννημα τῆ ἀμπέλȣ		פְּרִי גֶפֶן	vinum, Zach. 8, 12.
Γῆ	terra	עִיר	urbs, Ier. 29, 7. Matth. 2, 6.

Γινώ-

	Graecis vulgo eſt,	*reſpondet voc. vel phraſi,*	*Scriptoribus ſacris eſt*
Γινώσκω	cognoſco	יָדַע	א. amo, ב. recte, ac prout par eſt, me erga aliqvem gero, Hoſ. 2, 22. ג. approbo, Pſ. 1, 6. ד. de concubitu adhibetur per εὐφημίαν, Gen. 4, 1.
Γλῶσσα	lingva	לָשׁוֹן	א. gens, quae alia lingva utitur, Gen. 10, 20. ב. flamma ignis, Ieſ. 5, 24.
		כָּבוֹד	gloria ſive anima, Act. 2, 26. coll. Pſ. 16, 9.
Γράμματα		סֵפֶר	א. liber. ב. codex ſacer et in primis codex legis.
Γραμματεὺς	ſummus magiſtratus in Aſiae urbibus	סוֹפֵר	legisperitus.
Γυμνὸς	nudus	עָרוֹם	male veſtitus, vel veſtitu leviore et tenui indutus, Eſ. 20, 2. C. 58, 7.
Γυμνότης	nuditas	עֶרְוָה	א. male veſtitum eſſe. ב. paupertas.
Δέω	ligo vincio	אָסַר	interdico, vel illicitum pronuncio.
Διαθήκη	foedus, teſtamentum	בְּרִית Pſ. 25, 14.	א. promiſſio. ב. formula religionis.
Διαμαρτύρομαι	teſtificor	הֵעִיד	praedico, doceo, Exod. 19, 23.
Διατίθεμαι	paciſcor,	עֲשׂוֹת בְּרִית	promitto.
Δίδωμι	do	נָתַן	א. conſtituo, Ier. 29, 26. ב. edo, Deut. 13, 2. ג. pono. ד. trado, doceo, Prov. 4, 2.
Δίκαιος	iuſtus	צַדִּיק	benignus, Pſ. 112, 4.

Δικαιο-

	Graecis vulgo est,	*respondet voc. vel phrasi,*	*Scriptoribus sacris est*
Δικαιοσύνη	iustitia	חֶסֶד , צֶדֶק	א. virtus, Prov. 11, 4. ב. benignitas, Dan. 4, 24. ג. eleemosyna.
Δικαίωμα	iuste factum	מִשְׁפָּט	א. statutum, Exod. 15, 25. ב. ritus et consvetudo. ג. ius alicui competens, 1 Sam. 2, 7. C. 27, 11.
Διό	ideo	לָכֵן	א. vero. Inservit transitioni, Rom. 2, 1. Iac. 1, 21. ב. exinde. Est particula ordinis, Phil. 2, 9.
Διχοτομέω	disseco,	גָּזַר	interficio morte crudeli.
Δόξα κυρίου	gloria Dei	כְּבוֹד יְהוָה	א. schechina, sive praesentia Dei gloriosa, 1 Sam. 4, 12. 2 Paral. 7, 1. 2. ב. divinitas Christi, Ies. 60, 1. ג. Denotat perfectiones Dei, ejus opera, et omnia signa divini numinis.
Δοῦλος	servus, mancipium	עֶבֶד	א. legatus et minister Dei, Ios. 1, 1. ב. discipulus.
Δύναμις	potentia	גְּבוּרָה	Deus
		אוֹן	filius Dei, s. qvisqve alius primogenitus, Deut. 21, 17. Luc. 1, 35.
		חַיִל	א. miraculum. ב. exercitus, Iud. 8, 8.
Δύναμις οὐρανοῦ Δυνάμεις οὐρανῶν		צְבָא הַשָּׁמַיִם	א. angeli, 2 Paral. 18, 18. ב. stellae, 2 Reg. 17, 16.
Δωρεάν,	gratis	חִנָּם	א. frustra, Ezech. 6, 10. ב. immerito, Ps. 35, 19.

Ἐγγίζω

	Graecis vulgo est,	*respondet voc. vel phrasi,*	*Scriptoribus sacris est*
Ἐγγίζω	appropinqvo	קָרַב	ministro.
Ἐγείρομαι	excitor	קוּם	א. exorior. ב. oppugno, aggredior hostiliter. ג. De illis dicitur, qvi novum et insolitum qvid facere ausi sunt. Vid. J. in voc. Ἀνίστημι.
Εἰ	si, an	אִם	non, qvod non, Marc. 8, 12. Est elliptica formula iurandi; ante εἰ debent verba aliqvot intelligi contextui orationis apta v. c. *non ero Deus.* Deut. 1, 35. 2 Reg. 3, 14.
Εἰ ἄρα	an forte	אוּלַי	ut, Exod. 32, 30.
Εἴδω, οἶδα	video, scio, cognosco	יָדַע	amo, colo. Vid. J. in voc. γινώσκω.
Εἰρήνη	pax	שָׁלוֹם	א. felicitas, Gen. 15, 15. ב. salutandi formula, Iud. 19, 20.
Εἷς, μία, ἕν	unus	אֶחָד	א. primus, Ezech. 32, 1. ב. qvidam.
Εἷς καὶ εἷς pro ὁ μὲν, ὁ δὲ		אֶחָד וְאֶחָד	alter, alius.
Εἰσακούω	exaudio	יָשַׁע	libero, Ps. 22, 21. Ps. 55, 16.
Ἐκλέγομαι	eligo	בָּחַר	amo, probo, Es. 44, 1, 2. Ps. 105, 6.
Ἐκλεκτὸς	electus	בָּחוּר	carus. Ἐκλεκτοί, Christiani. Vid. J. in voc. ἅγιοι.
Ἐκπίπτω	excido	נָפַל	irritus sum, desino, 1 Sam. 3, 19.
Ἔλεος	misericordia,	חֶסֶד	beneficium, gratia.
Ἐλεέω	misereor	רָחַם	beneficiis afficio.
Ἐν et εἰς,	in	praefixo ב	per. In formulis iurandi adhibetur.

Ἐνδύεσθαι

	Graecis vulgo est,	respondet voc. vel phrasi,	Scriptoribus sacris est
Ἐνδύεσθαι	indui vestimentis	לָבַשׁ	א. vestitus animae i. e. sapientia, bonitate et aliis virtutibus ornari, 2 Paral. 24, 20. ב. dicitur de qvalibet arctiore conjunctione cum aliqva re.
Ἐξεγείρω	excito	הֶעֱמִיד	stare fino, servo, Exod. 9, 6.
Ἐξολοθρεύω	disperdo	הֶחֱרִים	extermino, Exod. 30, 33.
Ἐξομολογέομαι	confiteor	הוֹדָה	laudo.
Ἐξουσία	potestas	מָעוֹז לְרֹאשׁ	munimentum capitis, calyptra, Ps. 60, 9.
Ἐπανίστημι ἐπί τινος		קוּם עַל פְּלֹנִי	Non satis latine vertitur: *insurgo adversus aliqvem.* Debet reddi: *oppugno aliqvem.* F.
Ἐπείδω	respicio	פָּקַד	clementer respicio.
Ἐπικαλέομαι	vocor, provoco	קָרָא	profiteor religionem alicuius, et nomine *illius vocor,* qvemadmodum nos a Christo *Christiani*, Ies. 43, 7. Ier. 8, 10. 11.
Ἐπίνοια	cogitatio	יֵצֶר	dolus, Deut. 31, 21.
Ἐπισκέπτομαι	visito	פָּקַד	visito, ut opem feram, Deut. 11, 12.
Ἐπιτιμάω	objurgo	גָּעַר	coerceo, Ps. 106, 9.
Ἔπω	dico	אָמַר	jubeo.
Ἔσχαται ἡμέραι		אַחֲרֵי־כֵן אַחֲרִית הַיָּמִים	א. dies posteriores, posthaec, Gen. 49, 1. ב. tempora Messiae. ג. dies plane ultimi mundi. ד. tempora reipublicae Iudaicae ultima.

Εὐθὺς

	Graecis vulgo eſt,	*reſpondet voc. vel phraſi,*	*Sacris ſcriptoribus eſt*
Εὐθὺς	rectus	יָשָׁר	ſincerus, integer, Pſ. 73, 1.
Εὐλογέω	benedico	בֵּרַךְ	א. gratias ago. ב. laudo. ג. benefacio, 2 Sam. 6, 11.
Εὐλογία	benedictio, ſermo honeſtus.	בְּרָכָה	א. beneficium, donum, Gen. 33, 11. ב felicitas ipſa.
Εὐοδόομαι	proſperum iter mihi datur.	הִצְלִיחַ '	proſpero rerum ſucceſſu utor, felix ſum, Pſ. 1, 3. Deut. 28, 29. Ioſ. 1, 8.
Εὑρίσκω	reperio	מָצָא	conſeqvor. Εὗρες χάριν παρὰ τῷ Θεῷ inepte vertitur: inveniſti gratiam apud Deum. Debet exponi: places Deo, amat te Deus. F.
Εὑρίσκομαι	reperior	נִמְצָא	ſum.
Εὔσπλαγχνος	fortis, animoſus.	רַחוּם	miſericors.
Εὐχαριστέω	gratias ago	בֵּרַךְ	precor.
Ζάω	vivo	חָיָה	א. optimus ſum. ב. bene ac feliciter vivo, Prov. 4, 4.
Ζητέω ψυχήν τινος		בִּקֵּשׁ נֶפֶשׁ	inſidior vitae alicuius, Pſ. 38, 13.
Ζόφος τοῦ σκότους		חֹשֶׁךְ אֲפֵלָה	non recte vertuntur haec verba *caligo tenebrarum*, ſed reddi debent *craſſae tenebrae*, Exod. 10, 22. F.
Ζωή	vita	חַיָּה	omne genus felicitatis, Pſ. 133, 3.
Ζωογονέω	animal ſ. vivum gigno	הֶחֱיָה	vivum conſervo, Ex. 1, 18.
Ἡμέρα	dies	יוֹם	א. tempus in genere ב. aetas, Gen. 17, 11.

Ἡμέρα

	Graecis vulgo eſt,	*reſpondet voc. vel phraſi,*	*Scriptoribus ſacris eſt*
Ἡμέρα ἀνθρωπίνη		יוֹם אָדָם	iudicium, opinatio hominum.
Θάνατος	mors	דֶּבֶר	peſtis.
		מָוֶת	aerumna, miſeria, Ex. 10, 17.
Ἕως θανάτου	usqve ad mortem	עַד־מָוֶת	valde, vehementer, ſumme, Cantic. 8, 6. Iud. 16, 16. Marc. 14, 34.
Θαυμάζω πρόσωπον	admiror faciem	שְׂאֵת פָּנִים	auctoritate alicuius moveor.
Θέλημα	voluntas	רָצוֹן, חֵפֶץ	clementia, Pſ. 1, 3.
Θέλω	volo	חָפֵץ	delector, Pſ. 18, 19.
Θεὸς	Deus	אֱלֹהִים יְהוָֹה	cum alio nomine poſitum denotat *magnum* qvid, Ion. 3, 3. 1 Sam. 16, 12.
Θυγάτηρ	filia	בַּת	א. incolae civitatis. ב. una ex poſteris.
Ἱκανόν ἐστι	ſufficit	דַּיֶּךָ	abſurdum eſt, qvod profers, deſine tam inepta profari, Kr.
Ἵλεως	propitius	חָלִילָה	abſit. Eſt formula averſantis, 1 Sam. 20, 2.
Ἵστημι	ſtatuo	הֶעֱמִיד et הֵקִים	ſtabilio, Deut. 8, 18.
Κάθημαι	ſedeo	יָשַׁב	habito, Eſ. 9, 1.
Καθίζω	colloco	יָשַׁב	maneo, commoror.
Κακία	malitia	רוֹעַ	moleſtia, Ion. 1, 7 C. 3, 10.
Καλᾶν	vocare	קָרָא	Denotat א. actum vocandi et oblationem donorum ſpiritualium ב. cauſſam vocandi i. e amorem, Eſ. 48, 12 ג. effectum vocandi i. e collationem beneficiorum.
Καλᾶσθαι	vocari	נִקְרָא	eſſe, Eſ. 56, 7.

Καρπὸς

	Graecis vulgo eſt,	*reſpondet voc. vel phraſi,*	*Scriptoribus ſacris eſt*
Καρπὸς κοιλίας		פְּרִי בֶטֶן	filius, Pſ. 132, 11.
Καρπὸς τῆς ὀσφύος		פְּרִי חֲלָצַיִם	filius.
Καρπὸς χειλέων		נִיב שְׂפָתַיִם	א. ſermo in genere. ב. ſermo conſolatorius. ג. laus Dei, Eſ. 57, 19.
Κατάνυξις	compunctio	תַּרְדֵּמָה	gravis ſopor et ſtupor.
Καταπατέω	conculco	בּוּס	foediſſime habeo, Prov. 27, 7.
Καταργέω	aboleo	בָּטֵל	otioſum reddo.
Κατοικέω	habito	גּוּר	commoror.
Κενὸς	vacuus	שָׁוְא	falſus, mendax.
		רִיק	quod fruſtra, temere fit, nullam affert utilitatem.
Κενοῦν ἑαυτὸν	exinanire	הֵרִיק	humiliare ſe, vim ſuam minus facere, quam poſſis.
Κέρας σωτηρίας		קֶרֶן יִשְׁעוֹ Pſ. 18, 3.	auctor ſalutis. F.
Κεφαλὴ γωνίας		ראשׁ פִּנָּה	lapis angularis.
Κλάσαι ἄρτον	panem frangere	פְּרוֹס לֶחֶם	panem diſtribuere, Eſ. 58, 7.
Κληρονομέω	haereditatis iure obtineo	נָחַל, יָרַשׁ	conſeqvor, adipiſcor.
Κληρονομία	haereditas	נַחֲלָה	felicitas omnis in regno Meſſiae expectanda.
Κλῆρος	ſors	נַחֲלָה	eccleſia, grex domini.
Κοιμᾶσθαι	dormire	שָׁכוּב	mortuum eſſe, Deut. 31, 16.
Κοινὸς	communis	חָלָל	profanus, pollutus.
Κοινόω	communico	חִלֵּל	polluo, pro immundo habeo.

	Graecis vulgo eſt,	reſpondet voc. vel phraſi,	Scriptoribus ſacris eſt
Κοίτη	cubile	מִשְׁכָּב	א. concubitus, Lev. 18, 19. ב. conceptio, Rom. 9, 10.
Κοπιάω	laboro	יָגַע	defatigatus ſum, Deut. 25, 18.
Κόσμος	mundus	צָבָא	inſignis aut infinita multitudo, Prov. 17, 6.
Κρίνω	iudico	דּוּן , שָׁפַט	א. rego, 1 Sam. 8, 5. ב. defendo, Pſ. 43, 1. ג. punio, Gen. 15, 14.
Κρίσις	judicium	מִשְׁפָּט	א. doctrina evangelica, Eſ. 42. ב. iuſtitia.
Κτίσις	creatio res creata!	בְּרִיָּה	homo.
Κύριος	dominus	רַב , יְהוָה	א. Deus. ב. doctor, magiſter.
Λαμβάνω	accipio	לָקַח	aufero, eripio, Deut. 7, 1.
Λατρεύω	ſervio	עָבַד	miniſterium praedicando Evangelio praeſto.
Λέγω	dico	אָמַר	jubeo, moneo.
Λειτουργέω	munus publicum obeo	שֵׁרֵת	cultu eccleſiaſtico et ſacro fungor.
Λόγος	verbum	מֵימְרָא דָּבָר	א. res. ב. filius Dei.
Μαρτυρέω	teſtor	עוּד Deut. 32, 46.	א. doceo פ. vehementer rogo, cohortor, obteſtor.
Μαρτυρία et Μαρτύριον	teſtimonium	עֵדוּת	doctrina Evangelii.
Ματαιότης	vanitas	הֶבֶל	idololatria, Ier. 2, 5.
Μέγας καὶ μικρὸς		גָּדוֹל וְקָטוֹן	illuſtris et plebeius, Deut. 1, 17.
Μένω	maneo	חָיָה	vivo, Pſ. 89, 36.
Μερίζω	divido	חָלַק	tribuo ſortem et conditionem.
Μέρις	pars	חֵלֶק	communio.

Μέχρι

	Graecis vulgo eſt,	*reſpondet voc. vel phraſi,*	*Scriptoribus ſacris eſt*
Μέχρι	donec	עַד	ut. Eſ. 22, 14. C. 62, 7. 13. Ph. 125.
Μισέω	odi	שָׂנֵא	minus amo, negligo, Gen. 29, 31.
Μωρὸς	ſtultus	נָבָל	homo ſceleratus et flagitioſus, Ioſ. 7, 15.
Νήπιοι	infantes	תִינוּקוֹת	Sic vocantur apud Iudaeos novitii ſacrarum et aliarum litterarum diſcipuli, Hebr. 5, 13. Matth. 11, 25.
Νῖκος	victoria	נֶצַח	perpetuum, 2 Sam. 2, 26.
Νόμος	lex	תּוֹרָה	א. religio univerſa et qvaelibet eius pars. ב. corpus ſcriptorum Moſis. ג. tota ſcriptura V. T.
Ξηρὰ	res arida	יַבָּשָׁה	terra, Ion. 1, 9.
Ξύλον	lignum	עֵץ	א. arbor. Gen. 1, 12. ב. inſtrumentum, qvod in variis ſuppliciis varia forma adhibitum eſt, Deut. 21, 22.
Ὁδὸς	via	דֶּרֶךְ	א. doctrina qvaevis et religio. ב. ratio vivendi.
Οἰκτηρέω	miſereor	רָחַם	benigne facio, Exod. 33, 19.
Ὁμολογέω	fateor	הוֹדָה	celebro, gratias ago.
Ὀνειδίζω	probris inceſſo	חָרַף	repulſam do, Iac. 1, 5. E.
Ὀνομάζομαι	nominor	נִקְרָא	reperior, ſum.
Ὅπλα	arma	כְּלִי	Sic dicuntur veſtimenta, Rom. 13, 12.

	Graecis vulgo est,	*respondet voc. vel phrasi,*	*Scriptoribus sacris est*
Ὁρκίζω τινά	ius iurandum ab aliquo exigo.	הִשְׁבִּיעַ	alicuius nomine et auctoritate interposita adhortor aliquem, Cant. 5, 8. 1 Reg. 22, 16.
Ὀργή	ira	חָרוֹן	poena.
Ὅσια	sancta	חַסְדֵי	beneficia, Es. 55, 3.
Ὀσμὴ θανάτου εἰς τὸν θάνατον		סַם מָוֶת	medicamentum mortiferum.
Ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωὴν		סַם חַיִּים	medicamentum salutiferum.
Οὐρανός	coelum	שָׁמַיִם	Deus, Dan. 4, 23.
Ὀφείλω	debeo	חוֹב	peccator sum, Dan. 1, 10.
Ὀφειλέτης	debitor	חַיָּב	peccator.
Ὀφείλημα	debitum	חוֹב	peccatum.
Παίζω	ludo	צָחַק	idololatriam committo. Exod. 32, 6.
Παρά		affixo מִן	supra, magis qvam. Comparativum, uti מִן, exprimit.
Παραβολή	comparatio allegorica	מָשָׁל	proverbium, vel qvodvis scite graviterqve dictum, 1 Reg. 4,32.
Παραδίδωμι	trado	נָתַן	doceo, praecipio sermonibus doctrinae scriptae contradistinctis, Prov. 4, 2.
Παράδοξα	inopinata	נִפְלָאוֹת	mirabilia.
Παράκλητος	advocatus	מֵלִיץ	doctor. Vid. S. V. Ernesti prolusio de diffic. N. T. interpretandi.
Παρέρχομαι	praetereo	עָבַר	negligo, Deut. 27, 3.
Πατήρ	pater	אָב	doctor, magister.
Πέραν	ultra, trans	עֵבֶר	citra, iuxta, Deut. 1, 1.

Περιπα-

	Graecis vulgo est,	*respondet voc. vel phrasi,*	*Scriptoribus sacris est*
Περιπατέω	eo, ambulo	הָלַךְ	gero me. Usurpatur de eo vivendi genere, qvod sibi qvis sponte delegit, et qvo delectatur, Lev. 20, 23.
Πίπτειν	cadere	נָפַל	א. non fieri, qvod praedictum est, non praestari, qvod praeceptum est. 1 Sam. 3, 19. ב. mori in proelio vel clade divinitus immissa.
Πίστις	fides	אֱמוּנָה אֱמֶת	א. amor, benignitas, Es. 11, 5. ב. doctrina Evangelii.
Πλατύνομαι	dilator	רָחַב	benevolus sum, Ies. 60, 5. Ps. 119, 32. 2 Cor. 6, 11.
Πληρόω	impleo	גָּמַר	א. perfecte doceo. ב. denotat tempus tum praeteritum tum praesens V. C. 171.
Πλήττεσθαι	percuti	לָקָה	deficere. Vid. Vorst. Comm. p. 174.
Πνεῦμα	spiritus	רוּחַ	א. doctor, 1 Io. 4, 1. ב. divina Christi natura, Hebr. 9, 14. ג. anima illuminata et regenerata. ד. status regenerationis. ה. huic vocabulo inhaeret notio perfectionis et roboris. Vid. S. V. Ernesti prolusio de vanitate philosophantium in interpretatione libr. Sacr.
Ποιέω	facio	עָשָׂה	א. laboro, opus facio. ב. perago officium, Ies. 24, 7. ג. progenero, Gen. 1, 12.

Πορεύομαι

	Graecis vulgo est,	respondet voc. vel phrasi,	Scriptoribus sacris est
			ד. celebro festum, Ex. 12, 48.
Πορεύομαι	iter facio	הָלַךְ	gero me. De transactione vitae vel bona vel mala usurpatur, Lev. 20, 23.
Πορεύεσθαι ὀπίσω τινὸς		יָלַךְ אַחֲרֵי Jer. 7, 9.	sectari aliquem.
Πορεύε εἰς εἰρήνην		לֵךְ לְשָׁלוֹם	abi salvus s. incolumis. Exod. 4, 18. redduntur haec verba: βάδιζε ὑγιαίνων.
Πορνεύω	scortor	זָנָה	idololatriam foveo.
Ποτήριον	calix	כּוֹס Ps. 116, 13.	sors prospera aut improspera, qvae Deo moderante cuiqve obtingit.
Προγινώσκω		יָדַע	amo.
Πρόγνωσις			amor, vid. J. in voc. γινώσκω.
Προσεδρεύω	assideo	קָרַב	vaco alicui rei, ministro, 2 Cor. 9, 13.
Προσέχω	attendo	קָרַב	א. deditum esse alicui rei. ב. versari circa aliqvam rem.
Προσκαρτερέω	alicuius rei difficultatem sustineo	חָזַק	assidue operam navo, 2 Sam. 10, 12. Ies. 41, 6.
Προστίθημι	appono	יָסַף	א. insuper addo. ב. pergo, Tob. 14, 2.
Προσωποληπτέω		שְׂאֵת פָּנִים	cupidus sum.
Προσωπολήπτης			qui praeter ius ac fas movetur alicuius auctoritate, dignitate, potentia.
Προσωποληψία			cupiditas.

Πρόσωπον

	Graecis vulgo est,	*respondet voc. vel phrasi,*	*Scriptoribus sacris est*
Πρόσωπον	facies	פָּנִים	א. Deus ipse, persona divina. ב. persona qvaevis.
Πρόσωπον πρὸς πρόσωπον		פָּנִים אֶל־פָּנִים	clarissime. F.
Πρωτότοκος	primogenitus	בְּכוֹר	praecipuus, excellens, Ex. 4, 22.
Πτωχὸς	pauper	שְׁפַל רוּחַ,	humilis.
Πώρωσις τῆς καρδίας		קְשִׁי	Si de mente sermo est, debet verti *inscitia rerum divinarum*; sin de animo, *contumacia*. Male vertitur *durities cordis*. F.
Ῥῆμα	verbum	דָּבָר	res, Deut. 34. 4.
Ῥίζα	radix	שֹׁרֶשׁ	germen, progenies. Ies. 11, 10.
Ῥομφαία	gladius	חֶרֶב	res penetrans.
Σὰρξ	caro	בָּשָׂר	א. homo, Es. 40, 5. ב. proclivitas ad malas actiones, Gen. 6, 3. ג. adiunctam habet notionem imperfectionis et inconstantiae, Ier. 17, 5.
Σήμερον	hodie	הַיּוֹם	א. tempus praesens et eius aliqua continuatio. ב. ab aeterno, Ps. 2, 7.
Σκανδαλίζω, ομαι	offendere S. impingere facio	הִכְשִׁיל, כָּשַׁל	scandalum do, sensu theologico s. accipio.
Σκάνδαλον	offendiculum	מִכְשׁוֹל מוֹקֵשׁ	א. qvicqvid grave ac molestum est, Ios. 23, 13. ב. malus homo. ג. mala actio. ד. decipula.

	Graecis vulgo est,	respondet voc. vel phrasi,	Scriptoribus sacris est
Σκεῦος	vas	כְּלִי	א. res, Hoſ. 13, 15. ב. corpus. ג. inſtrumentum. ד. mulier.
Σκιὰ θανάτȣ	umbra mortis	צַלְמָוֶת	miſerrimus ſtatus, qvalis v. c. eorum eſt, qvi in craſſa Dei rerumqve divinarum ignorantia verſantur, Eſ. 9, 1.
Σκληροκαρδία		קְשִׁי לֵב	libido, pertinacia, Deut. 9, 27. J. in voc. πώρωσις.
Σκληρύνω	obduro	הִקְשִׁיחַ	duriter tracto, Iob. 39, 19. Rom. 9, 18. E.
Σκύλον	ſpolium	שָׁלָל	ſuppellex, Prov. 1, 13. Eſther. 3, 13.
Σπέρμα	ſemen, granum qvod ſeritur	זֶרַע	א. proles, Gen. 4, 25. ב. denotat poſteros, Gen. 15, 3.
Σπλάγχνα	viſcera	רַחֲמִים	א. amor, miſericordia, Pſ. 51, 3. ב. amata perſona.
Σπȣδὴ	ſtudium	חִפָּזוֹן	feſtinatio.
Στοιχεῖα τȣ̃ κόσμȣ τȣ́τȣ	elementa mundi huius	יְסֹדֵי עוֹלָם הַזֶּה	elementa V. T. circumciſio et reliqvae caerimoniae Moſaicae. Sic Maimonides ſcripſit יְסוֹדֵי תּוֹרָה h, e. de articulis fundamentalibus legis Moſaicae.
Στρατεία	militia	צָבָא	miniſterium in V. T. a ſacerdotibus et Levitis et in N. T. a doctoribus Evangelii obeundum, Num. 4, 23.
Στρατιὰ ȣ̓ρανȣ̃,		צְבָא הַשָּׁמַיִם	א. angeli. ב. ſidera.
Συγκλείω	concludo	הִסְגִּיר	ſubiicio, ſ. ſubiectum eſſe declaro, Pſ. 31, 9. Rom. 11, 32.

	Graecis vulgo eſt,	*reſpondet voc. vel phraſi,*	*Scriptoribus ſacris eſt*
Συμβιβάζω	concilio, colligo	הוֹדִיעַ הֵבִין	א. doceo, Exod. 16, 16. ב. collatis ſcripturae locis probo.
Συνδεσμὸς ἀδικίας		חַרְצֻבּוֹת	homo perfidus, Ieſ. 58, 6.
Συνέρχομαι	convenio	בּא	coeo cum uxore.
Συνέχω	contineo	עָצַר	crucio, adfligio.
Συντέμνω	conſcindo	חָרַץ	ſevere decerno, Eſ. 10, 22.
Σφραγίζω	obſigno	תָּמַם	א. trado cum fide. ב. confirmo.
Τέκνον	proles	בֵּן	א. incola urbis. ב. ſectator alicuius, vel qvi circa aliqvam rem verſatur. ג. obnoxius alicuius rei.
Τέλος	finis	אַחֲרִית סוֹף עֵקֶב	א. exitus alicujus rei. ב. palmarium et ſumma alicuius rei, Cor. 12, 13. ג. praemium vel poena.
Τίθημι	pono	שׂוּם	facio, conſtituo, 1 Sam. 10, 19.
Τιμάω	honoro	כָּבַד	beneficiis afficio, Num. 24, 11.
Τηρέω	retineo	הֵקִים ,שָׁמַר	obſervo, 1 Sam. 15, 11.
Υἱός	filius	בֵּן	א. unus ex poſteris. ב. pullus animantis. ג. omne id, qvod ad aliqvam rem vel perſonam pertinet.
Ὑπάγω	vado	הָלַךְ	morior, Gen. 15, 2.
Ὑπόστασις	eſſentia	תּוֹחֶלֶת	fiducia, Pſ. 39, 7.
Ὑψωθῆναι ἐκ τῆς γῆς	exaltari ex terra	הִסְתַּלֵּק מִן הָעוֹלָם	mori, Io. 12, 22.
Ὕψωμα	altitudo	צוּר ,רָמָה שָׁמַיִם	א. urbs ſ. arx munita, 2 Cor. 10, 5. ב. coelum, Rom. 8, 39.

	Graecis vulgo eſt,	reſpondet voc. vel phraſi,	Scriptoribus ſacris eſt
Φέρω	fero	נָשָׂא	א. tolero. ב. ſuſtento.
Φιλέω	diligo	אָהַב	א. libenter habeo. ב. praefero, plus diligo, Deut. 21, 15.
Φόβος καὶ τρόμος	timor et tremor	יִרְאָה וּרְעָדָה	cura, diligentia et modeſtia, 1 Cor. 2, 3. Pſ. 2, 11.
Φράσσω	obſtruo	חָתַם	occulto, 2 Cor. 11, 10.
Φυλάσσω	cuſtodio	שָׁמַר	obſervo ſc. leges.
Φωνή	vox	קוֹל	tonitru, Pſ. 29.
Φωτίζω	illumino	הוֹרָה	doceo, 2 Reg. 17, 27.
Χάρις	gratia	חֶסֶד	qvodvis beneficium.
Χαριτόω	gratum reddo	חָנַן	beneficiis afficio.
Χείρ	manus	יָד	א. miniſterium. ב. potentia.
Χρίω	ungo	מָשַׁח	exorno, dignitati praeficio. Sic Eliſaeus una cum Jehu unctus i. e. ad munus obeundum deſignatus dicitur, 1 Reg. 19, 16.
Ψεῦδος	mendacium	שֶׁקֶר	idolum.
Ψυχή	anima	נֶפֶשׁ	א. vita. ב. intentio et ſtudium, Ex. 23, 9.
Ὠδίν	dolor	חֶבֶל	funis.
Ὡς	ſicut	כְּאִישׁ veritatis.	revera, Neh. 7, 2.

S. V. Ernestius, cuius merita in rem litterariam laudibus meis sunt maiora, monuit*) ex fontibus hebraicis et ex versione Alexandrinorum Interpretum nondum omnia eruta esse, qvae utiliter ad interpretationem N. T. conferri possent. Nescio annon observatiunculam hanc, qvam coronidis loco apponere libet, in illam classem referre liceat. Notissimum sc. est vocabulum יֶתֶר non solum significare *residuum*, sed etiam qvodvis *excellens* atqve *eximium*, atqve Alexandrinos Interpretes**) in hac duplici notione exprimenda τὸ λοιπὸν adhibuisse. Nec aliter mihi qvidem videntur scriptores N. T. in usu huius vocabuli duplicem eius sensum, qvem ad exemplum τȣ̃ יֶתֶר habet, in mente habuisse, multisqve in locis posteriorem *praestantiae* scilicet et *excellentiae* significationem exprimere voluisse. Veritus tamen sum hanc τȣ̃ λοιπȣ̃ explicationem indici vocabulorum hebraeam consvetudinem imitantium inserere, priusqvam Doctiorum de ea iudicium comprobationemqve expertus essem. Loca autem, ubi posterior τȣ̃ λοιπȣ̃ significatus contextui aptior esse, melioremqve sensum fundere videtur, qvam prior, sunt haec:

α. Luc. 12, 26. ex lege oppositionis τὰ λοιπὰ sunt *res praestantiores*.

β. Marc. 4, 19. Περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι sunt cupiditates, qvae versantur circa res vulgari opinione atqve existimatione hominum praestantissimas.

γ. 1 Cor.

*) E. Inst. Interpr. N. T. p. 168. Ed. III.
**) 2 Reg. 25, 11. Ps. 17, 14.

γ. 1 Cor. 4, 2. Ὃ δὲ λοιπὸν ζητεῖται, illud autem, qvod maxime ſpectatur, et laude digniſſimum iudicatur. Cf. Luc. 12, 42.

δ. 1 Cor. 7, 29. Τὸ λοιπόν ἐστι, praecipuum et maxime neceſſarium eſt.

ε. Τὸ λοιπὸν eſt qvidem ſaepius formula properantis ad finem; videtur tamen etiam nonnullis in locis formulae πρὸ πάντων 1 Petr. 4, 8. reſpondere, v. c. Phil. 3, 1. repetitur Phil. 4, 8.

HYPOMNE-

HYPOMNEMATA

IN

EVANGELIUM

MATTHAEI.

HYPOMNEMATA
IN
EVANGELIUM MATTHAEI.

CAP. I.

Διαθήκη, Religionis ſormula. J. Εὐαγγέλιον, hiſtoria evangelica. Κατὰ h. l. eſt nota Genitivi.

1. Βίβλος γενέσεως, סֵפֶר תּוֹלְדוֹת ſtemma genealogicum. J. ἡ Γένεσις, ordo ſeriesqve maiorum. Ὑιὸς, aliqvis ex poſteris. J.

2. Ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου ſc. γυναικὸς γεγονυίας.

11. Ἐπὶ, circa. Ὁ λεγόμενος, qui erat O. 15. In tres claſſes ſtemma diviſit Matthaeus ſecutus conſvetudinem Iudaeorum. Omiſſio trium regum ſc. Achaſiae, Ioaſi et Amaziae fieri potuit, qvoniam Matthaeus Evangelium ſuum ſcripſit in Palaeſtina, ubi Chriſtianis ex Iudaeis omnia haec, qvomodo ſint intelligenda, nota erant.

17. Γενεαὶ, aetas, דּוֹר.

18. ἡ Γέννησις, natales. Μνηςεύω, ambio nuptias, qvod eſt viri, μνηςεύομαι deſpondeor, qvod eſt mulieris. Γὰρ, ſcilicet. Συνέρχομαι, coeo cum uxore J. Rectius h. l. intelligitur de coniunctione domicilii, cf. v. 20 et 21, ubi vox παραλαμβάνω interpretationem hanc confirmat. Ἑυρέθη, pro ἐγενήθη, facta eſt. G. Ph. p. 220.

19. Δίκαιος, bonus, mitis. Παραδειγματίζω, aliqvem cum opprobrio eius exemplum facio, publicae ignominiae expono. Λάθρα, clam, h. l. privatim. Repudium privatum enim opponitur divortio publice facto.

20. Ὑιὸς, fili. Eſt enallage Nominativi pro Vocativo. Παραλαμβάνω, h. l. ſponſam domum duco.

21. Ἰησοῦς a radice יָשַׁע, Servavit. Reſpondet huic nomini vox σωτὴρ. Cicero Act. 4. in Verrem negat σωτῆρα uno verbo latino reddi poſſe, eſſeque eum, qvi ſalutem dederit. Σώσει, propter ſeqventem praepoſitionem ἀπὸ, vertendum eſt, *liberabit.*

23. Καλέσουσι, vocabitur O. 17. h. e. erit. J. O. 15. ἡ παρθένος virgo *illa* O. 6.

25. Γινώσκω, cognoſco. Ex hebraiſmo de concubitu dicitur. J. Ἕως, ſicut. Hebr. עַד interdum etiam futurum tempus includit. Gen. 26, 15.

CAP. II.

1. Ἐν ἡμέραις Ἡρώδου, pro ἐφ' Ἡρώδου. Eſt Hebraeorum בִּימֵי, J. regnante Herode. Ἀνατολαὶ, oriens. O. 2. δ. Magi fuerunt interpretes religionis, ſiderum et ſomniorum inter gentes Orientales.

2. Ὁ, ille O. 6.

4. Γραμματεὺς, legisperitus J. γεννᾶται, nasci deberet O. 24.

6. Γῆ, urbs cum solo circumiacente. Ierem. 19, 7. οἱ ὁ עִיר per γῆν reddiderunt, J. Ποιμαίνω, pasco *per metaph.* rego.

9. Προῆγεν, praecesserat O. 23. Stella non fuit dux itineris, sed tum demum a magis visa est, cum Bethlehemum venissent. vid. E. B. Vol. II. p. 143. Ἐπάνω (οἴκου ἐφ' οὗ).

10. Ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην O. 38.

11. Πίπτω, cado h. l. procido in genua, vel in faciem. Ὁ θησαυρὸς, cista, receptaculum rerum pretiosarum.

12. Χρηματίζω, divinitus admoneo. Ἀναχωρέω, usurpatur de *secessu*, qvi securitatis et incolumitatis caussa suscipitur, בָּרַח, *fugere salutis caussa* hac voce redditur Hos. 12, 13.

15. Ἵνα, eo eventu ut O. 29. Matthaeus haec verba non citat tanqvam vaticinium de Messia, sed apte personae Messiae accommodat. Qvasi dicat: ac tum illud recte dici potuit, qvod ab Hosea de Israele usurpatur.

16. Θυμόω, ad iram concito. Ἀποστείλας sc. τινάς. Διετὴς, εος, ὁ, ἡ biennis, supple παιδός. vid. F. P. II.

17. Ἐπληρώθη, h. l. valet de eo, qvod Ieremias dixit. Locus enim in Ieremia non agit de isto infanticidio.

18. Φωνὴ, clamor. Ῥαμὰ, רָמָה, regio montana. Rahel, quae apud Bethlehemum sepulta fuit, synecdochice de toto sexu muliebri dicitur. Ὅτι, qvia. Οὐκ εἰσί, non amplius sunt in vivis.

20. Ζητεῖν ψυχὴν, vitae inſidias ſtruere, בִּקֵּשׁ נֶפֶשׁ O. 41.

22. Μέρος, abundat.

23. Ἐλθὼν, O. 34. Κατοικέω εἰς πόλιν, habitatum concedo in urbem. Vid. Kr. Obſ. Flav. ad h. l. Ὅτι. O. 28. Reſpicitur non tam ad ſcriptum qvoddam Prophetae, quam ad vaticinium, ore multorum Prophetarum traditum, et ea aetate inter Iudaeos notiſſimum. E.

CAP. III.

1. Ἡμέραις J. tempore illo. Παραγίνομαι (*Praeſ. poſ. pro praet.*) prodeo in publicum. Ἡ ἔρημος, ſc. γῆ h. l. regio ſilveſtris et paſcuoſa, qvae opponi ſolet regioni, in qva agri coluntur.

2. Ἤγγικε, adeſt E. Βασιλεία τῶν ἐρανῶν, tempora Meſſiae J. Sens: adeſt rex promiſſus, adſunt tempora Meſſiae.

3. Ὁ ῥηθεὶς, praedictus *ille* O. 6. Βοάω, cum clamore dico. Φωνὴ ſc. ἐςὶ.

4. Ἀπὸ, ex. Μέλι ἄγριον, mel agreſte h. e. a) vel ab apibus ſilveſtribus ſine cultura humana congeſtum K. b) vel intelligitur mel qvoddam, qvod in Arabia variisqve aliis Aſiae locis in arborum folia depluit Kr.

7. Ὁ Φαρισαῖος, *Phariſaeus*, nomen ſectae inter Iudaeos. פְּרוּשִׁים notet *ſeparatos*, qvia ſe vivendi ratione ſingulari et hypocritica a reliqvis Iudaeis diſtingvebant. Σαδδεκαῖοι, Sadducaei, una ex ſectis, qvae tempore Chriſti in populo Dei vigebant, צַדּוּקִים a Zadoko ſectae auctore dicti. Zadok ille non adeo male affectus diſcipulis ſuis iniungebat, ne eſſent ut ſerui, et virtutis ſtudium tantum ob praemii expectationem colerent, ſed illud ex affectu libero et utilitatis propriae

experte

experte amplecterentur. Hi falſam vero concluſionem inde colligebant, nullum prorſus praemium fidei et virtutis dari, ac reſurrectionem et vitam aeternam eſſe negabant. Γεννήματα ἐχιδνῶν, foetus viperarum, Schlangenbrut, o homines ſummae malitiae et aſtutiae. *Hebr.* conf. Gen. 3, 15. Μελλέσῃ ὀργὴ, aeternae poenae.

9. Δόξητε, O. 26. β. Λέγειν ἐν ἑαυτῷ, cogitare, exiſtimare. *Hebr.* Λέγω, confirmo. Ἐγεῖραι reſpondet τῷ הָקִים, facere, exoriri.

10. Ἤδη δὲ καὶ, qvin immo iam. Ἐκκόπτεται — βάλλεται exſcindi — coniici debet vel ſolet. O. 24.

11. Ἰσχυρότερος, fortior h. l. praeſtantior; nam ſeqvitur, *non dignus ſum* O. 1. Πυρὶ, igneo i. e. ſub ignea ſpecie apparente O. 5. α. Βαπτίζω, *metaph.* largiter perfundo, cf. Act. 2, 3.

12. Ἄχυρον, ſtramen.

13. Τῦ βαπτισθῆναι ſc. ἕνεκα.

14. Διακωλύω, prohibeo O. 2. γ.

17. Ἀγαπητὸς, dilectus, idem qvod υἱὸς ἀγάπης 1 Theſſ. 1, 3. E. Alii, *unicus*. Ἐυδόκησα, qvo delectari ſoleo O. 24. ἔν τινι, ſapit conſtructionem hebraicam τῦ רָצָה mediante praefixo ב v. c. Eſ. 42, 1. O. 39.

CAP. IV.

1. Ἀνήχθη, Chriſtus Spiritu Sancto actus petiit ſolitudinem. Ἀνάγεται, Heſych. explicat ὁδηγεῖται.

2. Πεινάω, acerrime eſurio O. 3.

3. Ἐιπὲ, *iube*, reſpondet voci דָּבַר et אָמַר ſenſu *iubendi*.

Cap. 3, 8. Καρπὰς ἀξίας, ubi legendum καρπὸν ἄξιον. Gr.

4. Ἐπὶ, ex. Ῥῆμα ἐκπορευόμενον διὰ ςόματος θεῦ, mandatum divinum. Sens: homini vita seruari potest non modo pane, sed qvocunqve modo Deus iusserit. Respondet hebraico מוֹצָא פִּי יְהוָֹה.

5. 6. Παραλαμβάνω, comitem mihi adiungo. Ἁγία πόλις, Hierosolyma. Πτερύγιον, ala, h. l. vel a) porticus templi K. b) vel tectum fastigiatum. Honos hic habitus fuit templis, vt sola templa tum temporis tecta haberent fastigiata. Βάλλω, praecipito. Περὶ σῦ, tui caussa. Μήποτε προσκόψῃς — ne impingas in lapidem pedem tuum i. e. ne vel minimo incommodo laedaris O. 34. *β.*

7. Πάλιν, h. l. non minus.

8. Κόσμος, h. l. Palaestina, cuius provinciae βασιλεῖαι nominari omnino potuerunt. vid. F. P. IV.

9. Δόξα, respondet τῷ כָּבוֹד et צְבִי J. regionum fertilitatem et urbium in istis magnificentiam denotat.

10. Ὕπαγε, facesse hinc.

11. Διακονέω, cibum ministro.

12. Παρεδόθη sc. εἰς φυλακήν.

13. Κατῴκησεν εἰς, habitatum se contulit in.

14. Ἵνα, eo eventu vt O. 29.

15. (Παρ') ὁδὸν iuxta viam ad litus maris sc. lacus Tiberiadis. Galilaea superior Phoeniciis et Syris vicina dicitur *Galilaea gentium.* Πέραν, ad exemplum particulae עֵבֶר h. l. citeriorem tractum regionis ad Iordanem sitae denotat. G. Ph. 470. V. 229. Πέραν τῦ Ἰορδάνῦ ad Iordanem.

16. Κάθημαι, habito J. Ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ, in regione umbrosa O. 5. *α.* Σκιὰ θανάτῦ J. status miserrimus h. l. ignorantia voluntatis divinae maxima.

19.

Cap. 4, 18. ὁ Ἰησῦς deest in Codd. plurimis. Griesb.

19. Δεῦτε ὀπίσω μȣ, i. e. eſtote diſcipuli mei O. 39. Ἁλιεῖς ἀνθρώπων, hominum piſcatores. Verba venandi et piſcandi ſaepius tropice de iis dicuntur, qvi ſibi vel aliis aliqvem conciliant.

21. Τȣ̃ Ζεβεδαίȣ ſc. υἱὸν. Καταρτίζω, idoneum reddo, paro.

23. Πᾶσαν, omnis generis.

24. Ἀκοὴ, fama J. Significatus hic Graecis eſt incognitus et mere hebraicus. In Graecorum Scriptis ἀκοὴ qvidem *relationem et narrationem veteris cuiusdam rei*, ſed non *famam* denotat. E. Συνέχω, adfligo J.

25. Δεκάπολις, Decapolis, regio qvaedam Palaeſtinae decem habens civitates.

CAP. V.

1. Καθίζω, colloco. Supple ἑαυτὸν.

2. Ἀνοίξας τὸ ςόμα, Hebr. O. 34. δ.

3. Πτωχοὶ, humiles τῷ πνεύματι, *qva* mentem O. 9. α. i. e. humiliter de ſe ſentientes.

5. Κληρονομέω, accipio. Ad haereditatis iura non reſpicitur. J. Κληρονομεῖν τὴν γῆν h. l. felicem vitam agere, cf. Pſ. 37, 11.

6. Πεινάω et διψάω, valde deſidero. Hae voces vehemens ſtudium indicant.

8. Τῇ καρδίᾳ, *qva* cor O. 9. α.

9. Κληθήσονται, erunt O. 15.

11. Πᾶν πονηρὸν ῥῆμα, criminatio omnis generis. Κατὰ, contra, cf. Num. 13, 32.

12. Πρὸ ὑμῶν ſc. ὄντας, qvi ante vos vixerunt.

13. Μωραίνομαι, inſipidus fio. Ἅλας *metaph.* melior pars generis humani, qva alios emendare debet.

Ἐν τίνι ἁλισθήσεται, qvnam re salietur sc. sal ipse, seu condietur cf. Marc. 9, 50.

15. Καίουσι, τιθέασι Ion. pro τιθεῖσι O. 17. Καὶ pro ἵνα, ex hebraismo.

17. Καταλύω, irritum reddo, everto; τῷ καταλύειν opponitur τὸ πληροῦν, stabilire sc. a) agendo b) docendo. E. O. 1. cf. Rom. 3, 31.

18. Ἓν οὐ μὴ pro οὐδὲν, *Hebr.* O. 36. β. Παρέρχομαι, intereo. Ἕως παρέλθῃ — γῆ, locutio proverbialis, qva id significatur, qvod nunqvam futurum est. V.

19. Κληθήσεται, erit, ex Hebr. O. 15. Ἐλάχιστος, minimus i. e. indignus, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν in ecclesia h. e. qvi coetui Christianorum adscribatur. Voci ἐλάχιστος inest dilogia. Prior vox Pharisaeorum sententiam exprimit, qvi qvaedam praecepta vocabant minima: posterior vero ad priorem alludens idem significat ac *nullus* Gl. Ph. Μέγας maximus, O. 10.

20. Λέγω γὰρ ὑμῖν, credite mihi, F. οὐ μὴ minime.

21. Ἠκούσατε, traditione accepistis. Ἀρχαίοις a) pro ὑπὸ τῶν ἀρχαίων, a maioribus, intellige antiqvos, non remoti sed propioris aevi, nempe Pharisaeos et traditionum auctores sub Maccabaeis ortos, qvi tantum litteram urgebant, Kr. b) Οἱ ἀρχαῖοι non sunt interpretes, sed qvi primi leges latae promulgationem audiverunt, ut Rom. 9, 12. Gal. 3, 16. Dativus enim non eos, qvi verba fecerant, indicat, sed eos, ad qvos verba erant facta. Sic omnes Graeci, qvi in hunc locum scripsere, interpretati sunt. Exinde autem non seqvitur, Christum contra Mosen et prophetas disputare; hoc tantum seqvitur praecepta Christi esse praestantiora et perfectiora

illa lege Mosaica, qvae ingenio hominum simplicium et rudium accommodari debuit. Oppositio in sequentibus semper est haec: *Lex Mosaica* hoc vel illud praecipit, *ego* autem a vobis, discipulis meis, et omnibus Christianis perfectiorem virtutem reqviro. R. Hanc, qvam ultimo loco posui, sententiam, priori praefero, sed istud, qvando asseritur, legem Mosaicam et doctrinam Christi h. l. sibi invicem opponi, mihi non placet. Opponit enim Servator doctrinam suam non legi, sed falsae eius explicationi, non Mosi ipsi (ille enim, qvomodo praecepta sua, vel potius divina, intelligi velit, v. c. Lev. 19, 17. Exod. 23, 5. satis luculenter demonstravit, cf. supra v. 20. Itaqve verba ἠκέσατε — ἀρχαίοις, ita παραφράζω: edocti estis (a Pharisaeis) dictum (tantum) esse ad veteres, sc. ita, qvasi ad qvinti praecepti observationem nihil amplius requireretur quam abstinentia a caedibus. Sic etiam in seqventibus docet Servator, praecepta Mosis ita debuisse explicari, ut neutiqvam cum aliis praeceptis et officiis pugna orta esset, atqve ad ea recte intelligenda interdum opus esse ut vel restrictio vel exceptio addatur.

22. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, at ego plus dico, hoc addo. E. B. N. Vol. I. p. 808. Ἀδελφὸς J. 7.

22. Κρίσις, h. l. iudicium inferius. Ῥακὰ, vox convicii levioris et freqventissimi inter Iudaeos. Συνέδριον, Synedrium, consessus ecclesiasticus Hierosolymitanus, in quo res maioris momenti dirimebantur. Μωρὸς, Sceleratus. J. Ἐις τὴν γεένναν πυρὸς sc. βληθῆναι, obnoxius erit gehennae h. e. igni eius O. 8. B. Sens: qui officium amoris per iram negligit, dignus est, qvem publicis magistratus poenis, immo qvem Deus aeternis poenis adstigat.

23.

Matth. V, 22. Vox εἰκῆ pro adscititia habenda est, Vid. S. V. Ernestii Interpr. Edit. III. p. 152.

23. Ἀδελφὸς J. ר.

25. Βληθήσῃ, lege βληθῇς v. F. Animadv. ſuper Well. Gramm. p. 174.

28. Βλέπων πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, qvi mulierem intuetur laſcivis oculis, ita ut turpiter eam amet. O. 3.

29. Σκανδαλίζω, irrito ad peccandum. J. Καὶ μὴ, ne. Reſpondet hebraico וְלֹא, ne.

32. Παρεκτὸς, praeterqvam propter. Λόγος, abundat *ex hebr.* O. 34. α. Ποιεῖ μοιχᾶσθαι, occaſionem praebet, ut adulterium committat. Ποιέω adhibetur cum verbo inſeqvente loco coniugationis Hiphil.

33. Ἀποδιδόναι τοὺς ὅρκους, ius iurandum ſervare, id, qvod iure iurando promiſſum eſt, praeſtare. Τῷ Κυρίῳ, domino i. e. propter dominum, in honorem domini.

34—36. Ἐν et εἰς, per. J. Ὀμνύειν ἔν τινι O. 39.

37. Ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν, Vitioſum eſt. Erant ſc. formulae iſtae tegumenta fraudis apud Iudaeos. Ναὶ ναὶ, οὒ, οὒ i. e. nihil aliud dicite, qvam qvod in animis habetis.

38. 39. Ἀντὶ, loco ſc. δώσεις. Πονηρὸς, iniuriam faciens. Ῥαπίζω, os palmis caedo, male qvidam vertunt, *virga* vel *baculo ferio* F. P. III. de vitiis Lex. N. T. Ex proverbio petitum eſt, maxillam obvertere caedenti, pro eo, qvod eſt: patienter aliqvid ferre. cf. Thren. 3, 30.

40. Κρίνομαι, h. l. in ius trahor. Reſpondet לָרִיב qvod interpr. Alex. Iob. 9, 3. vertunt κρίνεσθαί τινί contendere cum aliqvo. Λαμβάνω, aufero, J. Χιτὼν, ὁ tunica, veſtis interior. Ἱμάτιον, pallium, veſtis exterior.

41. Ἀγγαρεύω, postulo qvasi de iure et tanqvam debitum. E. N. B. Vol. I. pag. 809. Ἀγγάροις i. e. nunciis regnum Persarum licebat in statione sua cuiusvis eqvos et qvemcunqve hominem ad cursum rapere. Μίλιον ἓν sc. ὑπάγειν.

42. Ἀποστρέφομαι, aversor.

43. Ἀγαπήσεις, Futur. more Hebraeorum pro Imperativo.

44. Ἐπηρεάζω, clam et occulte noceo.

45. Ἀνατέλλω, exoriri sino. O. 19. Βρέχω, pluo, pluviam demitto.

47. Ἀσπάζομαι, alicuius personae vel rei studio teneor. Notat non solum *salutare* et *blande alloqvi*, sed etiam *amare, colere*, sectari. Vid. C. F. Loesneri V. C. Observatt. ad N. T. e Philone.

48. Ἔσεσθε, fut. pro Imper. O. 21. α. Τέλειος, integer.

CAP. VI.

1. Δικαιοσύνη. J. ג.

2. Σαλπίζω, tuba cano, *metaph.* iacto. Ῥύμαι, plateae h. l. tractus templi, longi qvidem sed angusti, per qvos introeuntes et redeuntes ibant. Ἀπέχω, habeo, iam accepi et teneo.

3. Μὴ γνώτω — δεξιά σου est locutio proverbialis. Sensus est: benefac qvam potes occultissime. Adeo non desideres hominem spectatorem, ut si fieri posset, nec ipse scias te facere, qvod recte facias.

4. Ἐν τῷ κρυπτῷ sc. μέρει, καὶ ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ sc. ὄντα — ἐν τῷ φανερῷ sc. μέρει, palam.

5. Φιλέω,

Cap. 5, 44. Τοὺς μισοῦντας, ubi legendum τοῖς μισοῦσιν, Griesb.
Cap. 6, 1. Ἐλεημοσύνην. Griesbachius V. C. praefert lect. δικαιοσύνην lectioni communi.

5. Φιλέω, libenter soleo. Γωνίαι τῶν πλατειῶν, compita, Scheide-Wege.

7. Βαττολογέω, blatero, multa verba facio. Battus fuit exemplum hominis loqvacis. Πολυλογία, longus verborum strepitus et apparatus.

9. Ἐν propter. Ἐν τοῖς οὐρανοῖς, sc. ὤν. Ἁγιάζω, laudo. Cf. 1 Petr. 3, 15. I. ב. Τὸ ὄνομά σου, tu ipse.

10. Καὶ, ita et. Ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς h. l. ubiqve, in tuto mundo.

11. Ἐπιούσιος, ου, ὁ, ἡ, derivatur a) ab ἐπιέναι, qvod notat *succedere*. Pro σήμερον Lucas habet καθ' ἡμέραν, qvotidie. Sic ἐπιούσιος et σήμερον apte cohaerent, et posterius vocabulum prius explicat. Sens: da panem, qvi sibi succedat, cuius nullus sit defectus, da nobis singulis diebus alimentum, ita, ut in crastinum diem aliqvid supersit. In Evangelio Ebionitarum hebraico dicitur לֶחֶם מָחָר. E. b) ab οὐσία peculium, et intelligitur panis proprius, ad peculium nostrum pertinens. F. In Prolus. XII. de Vitiis Lexic. Fischerus V. C. ἄρτον ἐπιούσιον interpretatur *victum et cultum crastini diei, postero die necessarium*. c) Ab οὐσία, essentia i. e. talis panis, qvi ad essentiam nostram conservandam pertinet et convenit substantiae nostrae. Kr.

12. Ὀφείλημα, peccatum. J.

13. Πειρασμὸς, gravis afflictio. Πειρασμὸς et τὸ πονηρὸν sunt Synonyma. Adversativae hae propositiones per ἀλλὰ cohaerent. E. Ἀμὴν, fiat. Conf. Deut. 27, Alexandrini Interpretes in hoc uno capite אָמֵן decies per γένοιτο expresserunt.

16. Σκυθρωπὸς, ἡ, ὸν, morosus, tristis. Iudaei, qvum in instituendis ieiuniis vellent tristes videri, caput cineribus adspergebant. Ἀφανίζω, deturpo.

17. Ἀλεί-

Cap. 6, 13. Doxologiam ut spuriam repudiat Griesb.

17. Ἀλείφω, Ungo. Ungere caput eſt hominum laetantium, feſtum diem celebrantium. Ergo eſt: ſume ſpeciem feſtum diem celebrantis.

19. Ἀφανίζω, perdo.

22. Ἁπλόος, ῦς, ῆ, ῦν, ſanus, integer. Πονηρὸς, ex lege Oppoſit. eſt oculus vitio aliqvo laborans. O. 1. Sens: ubi mens eſt bona, ibi et actiones erunt bonae.

24. Μισέω, minus amo, negligo. Ἀγαπάω, praefero. J.

25. Μεριμνάω, vehementer, ſupra modum ſollicitus ſum, O. 3. Ψυχὴ, vita J.

26. Ὅτι, qvamvis. Reſpondet hac ratione hebraico כִּי, cf. Act. 1, 17. Καὶ, et tamen.

27. Ἡλικία, a) ſtatura, Kr. b) aetas, tempus vitae. De cubito Chriſtus loqvitur, tanqvam de re minima. Luc, 12, 26. qvemadmodum Pſ. 39, 6. totius vitae longitudo palmae comparatur. R.

33. Πρῶτον, inprimis, h. l. non eſt particula ordinis, ſed intenſionis. Προστίθεσθαι et προσθήκη a profanis qvoqve dici ſolet de eo, qvod ſupra menſuram aut iuſtum pondus adiicitur.

34. Ἡ αὔριον ſc. ἡμέρα. Ἀρκετὸν, ſupple πρᾶγμά ἐστι. Κακία, miſeria J. Sens: ſatis eſt cuivis diei eius moleſtia.

C A P. VII.

1. Κρίνω, iudico, h. l. iudicium temerarium et praeceps cum reprehenſione alterius coniunctum prohibetur.

2. Μέτρον, menſura, reſpondet τῷ hebraico מִדָּה, qvod metaph. denotat *affectus* vt *iram*, amorem,

rem, misericordiam. Sensus ergo huius phrasis est: qvo animo affecti eritis erga alios, eodem alii vos tractabunt.

3. Κάρφος, festuca, arida foeni stipula.

6. Μαργαρίτης, ου, unio. Iudaei doctrinas divinas notatu dignissimas vocarunt margaritas. Στραφέντες, mutati i. e. ex mitibus et mansvetis repente acriores facti. Μὴ, num. Μὴ δῶτε — χοίρων, est proverbialis locutio. Docet Christus, doctrinam Evangelicam non esse tradendam iis, qui vitiis et praeiudiciisoccupati illam reiiciant rideantque.

11. Πονηρὸς, qvi non libenter dare solet. Apud Hebraeos עַיִן טוֹב et עַיִן רָע sibi opponuntur, sc. prius denotat *hominem liberalem*, posterius *hominem avarum et sordidum, qvi eleemosynas non libenter erogat.*

12. Νόμος καὶ προφῆται, doctrina legis et prophetarum.

16. Ἀπὸ, ex. Συλλέγουσιν sc. οἱ ἄνθρωποι, numqvid colligi possunt. O. 17. et 12. α.

17. Ἀγαθὸς, bonae indolis. Σαπρὸς, malae indolis.

19. Ἐκκόπτεται, βάλλεται exscindi, coniici *debet* vel *solet* O. 24.

21. Κύριος, magister J. ב.

22. Τῷ σῷ ὀνόματι, vt auctoritate tua uteremur, et nos profiteremur tuos sectatores.

23. Ὅτι O. 28. Γινώσκω, approbo J. ג.

28. Καὶ ἐγένετο וַיְהִי O. 34. γ.

29. Ἦν διδάσκων O. 26. α. Ὡς, vere J. ἐξουσίαν ἔχων, efficaciter, cf. Luc. 4, 36.

CAP.

CAP. VIII.

3. Ἐκτείνας τὴν χεῖρα O. 34. δ. Ἅπτω, accendo; ἅπτομαι, attingo.

4. Τῷ ἱερεῖ i. e. ἀρχιερεῖ. Εἰς μαρτύριον αὐτοῖς, in teſtimonium contra eos, ad eos contumaciae ſuae redarguendos.

5. Αὐτῷ O. 34. β.

11. Λέγω δὲ ὑμῖν, credite mihi F. P. IV. Ἀπ' ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν. O. 2. δ.

12. Υἱοὶ τῆς βασιλείας, ii, ad qvos regnum Meſſiae primo loco miſſum eſt, ſc. Iudaei. J. 3. ὁ βρυγμὸς, ſtridor, fremitus.

17. Ὅπως πληρωθῇ, valet de eo dictum Ieſaiae. Λαμβάνω, βαστάζω, aufero J.

20. Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, deſcribit hac voce Chriſtus ſuam κένωσιν vid. J. in voce ἄνθρωπος. Cf. Iud. 16, 7. 11. Pſ. 82, 7. Pſ. 49, 3. Qvae eſt ratio, cur Apoſtoli nunqvam Chriſtum exaltatum hoc nomine appellaverint, ſi Stephanum excipias, Act. 7, 56. Accipienda eſt haec phraſis loco pronominis primae perſonae ἐγὼ; nam familiare eſt Hebraeis de ſe loqvi in tertia perſona.

22. Νεκρὸς, notat h. l. a) ſpiritualiter mortuum, b) mortuum morte naturali.

26. Ἐπιτιμάω, obiurgo, eſt hebraicum גָּעַר, cui reſpondet in notione *coercendi.*

28. Χαλεπὸς, difficilis h. l. moleſtus.

29. Τί ἡμῖν καί σοι, ſc. πρᾶγμα ſ. κοινόν ἐστι, nolumus qvidqvam nobis tecum eſſe negotii cf. Ioſ. 22, 24. 2 Chron. 35, 21.

32.

Cap. VIII, 27. lectio Γαδαρηνῶν communiori praeferenda eſſe videtur.

32. Κατὰ τȣ̃ κρημνȣ̃, ex praecipitio.

33. Τὰ τῶν δαιμονιζομένων, sc. πράγματα, qvae daemoniacis acciderant.

CAP. IX.

1. Ἰδία πόλις, in qva domicilium constituerat, sc. Capernaum.

2. Ἀφέωνται attice pro ἀφεῖνται.

3. Εἶπον ἐν ἑαυτοῖς, cogitabant, *per Hebraism.* Cf. Ps. 14, 1.

5. Post εὐκοπώτερον Schoettgenius posuit signum interrogandi, hoc sensu: *Vtrum enim facilius est?* num dicere: remissa tibi sunto peccata? an vero dicere: Surge et ambula?

6. Τότε λέγει τῷ παραλυτικῷ a) haec verba parenthesi includenda sunt. b) Τό, τε, hocce. Λέγει, sicut antecedens ἐξȣσίαν ἔχει, in prima persona explicandum est. *Sens:* qvo vero cognoscatis me (filium hominis) potestatem habere remittendi peccata in terra, hocce etiam dico paralytico. R.

10. Καὶ ἐγένετο. O. 34. γ. Συνανέκειντο, praepositio verbi compositi regit Dativos seqventes.

12. Οἱ ἰσχύοντες, robusti, sani.

13. Ἔλεος, misericordia, h. l. in sensu activo, *commiseratio.* Καὶ ȣ̓, potius qvam. Habet hanc significationem ex hebraismo. Cf. Ioel 2, 13.

14. Πολλὰ, freqventer.

15. Νυμφὼν, conclave sponsi et sponsae, υἱοὶ τȣ̃ νυμφῶνος, sodales sponsi, qvibus in conclave nuptiale patet

v. 8. Ἐθαύμασαν· vera lectio est ἐφοβήθησαν. E.
v. 13. Εἰς μετάνοιαν deleri debet. Griesb.

patet aditus. Eos Graeci παρανυμφίες appellant. Ὑιὸς ex hebraiſmo dicitur, qvi ad aliqvam rem vel perſonam pertinet. Cf. Iud. 14, 11. Δύναμαι, debeo. O. 13. Sens: nemo facit in vita communi, qvod alienum eſt a re, tempore, loco, et perſona; ego etiam diſcipulis meis laetos annos, qvos adhuc habere debent, nolo triſtes facere.

16. Ῥάκος ἄγναφον, pannus impexus, qvalis a textore venit, fullonis curam nondum expertus i. e. novus. Ἄιρει, ſubintellige ἑαυτὸ, qvod optimis auctoribus non inſolens. Πλήρωμα, ſupplementum. Paullo ante dicebatur ἐπίβλημα.

17. Βάλλεσιν. O. 17.

18. Ἐτελεύτησεν, animam agit. Ob ἄρτι Aor. induit ſignificationem Praeſentis.

19. Ἐγερθεὶς. O. 34. δ.

21. Λέγειν ἐν ἑαυτῷ, cogitare, *Hebr.* Mos tubis vel tibiis cohoneſtandi funera, non minus Iudaeis, qvam Graecis et Romanis receptus fuit. Origo apud Gentiles qvaerenda videtur, cum in V. T. tabulis ritus illius veſtigia non exſtent. W.

30. De phraſi ἀνοίγειν τὲς ὀφθαλμὲς, vide O. 40. Ἐμβριμάομαι, ſevere interdico.

33. Οὕτως, pro τοιἕτο, hebraicum כָּזֹאת.

34. Ἐν, per.

35. Ἐυαγγέλιον τῆς βασιλείας ſc. τἕ θεἕ, Evangelium de regno Dei. Πᾶς, omnis generis.

36. Ῥίπτω, disiicio.

38. Ἐκβάλλω, mitto. O. 2. γ.

CAP. X.

1. Ἐξουσία πνευμάτων, poteſtas in ſpiritus.

3. Βαρθολομαῖος, i. e. filius Tholemaei. Proprio nomine videtur vocatus fuiſſe Nathanael, Ioh. 21, 2. Λεββαῖος, Lebbaeus; a Luca dicitur Iudas Iacobi ſc. frater.

4. Κανανίτης, קַנָּא Zelotes, aemulator. Zelotes dicitur a ſuperiori vitae genere. Erat genus hominum, qvi putarent, ſi qvem deprehenderent in flagranti delicto, illum eſſe puniendum, verberandum aut alio modo male tractandum, nec expectandam eſſe iudicis ſententiam; nitebantur exemplo Pinehaſi. Ισκαριώτης a) אִישׁ קְרִיּוֹת, homo ex Kerijoth vrbe tribus Iudae Ioſ. 15, 25. Ier. 48, 41. Amos 2, 2. b) Videtur eſſe contractum ex אִישׁ et יִשָּׂשכָר qvod extat Iud. 10, 1. R.

5. Ἔθνη h. l. reſpondet voci גּוֹיִם gentiles.

7. Ὅτι O. 28.

9. Κτάομαι, comparo. Ζώνη, cingulum h. l. crumena.

10. Ὑπόδημα, calceus cavus. Calcei cavi interdicti ſunt, ſandaliorum uſus erat permiſſus. Cf. Act. 12, 8. Marc. 6, 9. Dominus h. l. prohibet, ne diſcipuli alium baculum, qvam, qvem iam habeant et manu gerant, ſibi *comparent*. Ita Matthaei et Marci verba in concordiam redigi poſſunt. Hebraei vtebantur hac ſalutandi formula, לְךָ שָׁלוֹם, ad qvam reſpicitur.

13. Ἐλθέτω, i. e. contingent illi domui bona, qvae ei apprecati eſtis. Ἐπιστραφήτω, ad vos reuertet, veſtra vota irrita erunt. O. 21. β.

14.

Cap. 10, 8. Νεκροὺς ἐγείρετε, haec verba deſunt in qvam plurimis Codd. Griesb.

14. Ἐκτινάξετε h. e. declarate iis, vos nihil in posterum commercii cum iis esse habituros.

15. Γῆ, vrbs J. Ἐν O. 27.

16. Ἀκέραιος, ὁ, ἡ integer. Sens: estote prudentes ita, ut simul integri sitis, ne prudentia vestra degeneret in calliditatem.

18. Εἰς μαρτύριον, a) in documentum iis et paganis h. e. ut iis et paganis documento constet, vos innocentes esse, nihil deliqvisse. Ita factum est in Paullo; modo Felix, modo Agrippa audito Paullo dicit: hic homo nihil patravit, qvod ad Imperatorem referendum sit. b) in testimonium doctrinae evangelicae iis annunciandae h. e. vt doctrinam Evangelii hac occasione iis annuntietis. Kr.

21. Ἐπανίστημι, insurgo animo hostili. Respondet voci קוּם et notat *oppugno*. F.

22. Εἰς τέλος, constanter. Σωθήσεται, liberabitur. Providentia divina eum eripiet ex suis accusationibus et persecutionibus, qvod contigit Petro et Paullo.

23. Τελεῖν i. e. ὁδὸν διὰ πόλεις. Ἔλθῃ, Dies pentecostalis intelligendus est, quo maiestas Christi conspicua facta est, mittendo Spiritum Sanctum.

25. Βεελζεβοὺλ, nomen idoli hebraicum. Proprie scriptum fuit Beelzebub, בַּעַל זְבוּב dominus muscarum, deinde Iudaei ei nomen Beelzebul, qvod est dominus luti, (a זֶבֶל stercus) imposuerunt. Satanam hoc nomine Iudaei indigitarunt.

27. Σκοτία, tenebrae h. l. locus privatus. Ἐν φωτὶ, in loco publico. O. 1. Δῶμα, tectum.

29. Πίπτω, pereo. Πίπτειν ἐπὶ γῆν respondet phrasi hebraicae 1 Reg. 1, 52. J.

30. Ὑμῶν δὲ καὶ τρίχες — εἰσί, eſt dictum proverbiale; numerare enim ſolemus ea, qvae habemus in pretio, ſicut ea, qvae contemnimus, dicimur nullo loco numerare, vel extra numerum habere. Deinde pilus ſignificat rem minimam, etiam Graecis et Latinis. Hinc hebraica locutio: ne pilus qvidem eius peribit, i. e. ne minimum qvidem damnum ſentiet, 1 Sam. 14, 45. Senſus itaqve eſt: utcunqve in vos ſaeviant homines, certi eſtote, nihil damni vobis eventurum, niſi qvod futurum ſit in veſtram aliorumqve utilitatem. R.

32. Ὁμολογεῖν ἔν τινι O. 39. ad exemplum τοῦ יָדַע hoc factum eſt, qvod cum ב conſtruitur.

34. Μάχαιρα, gladius h. l. rixa, contentiones, adiunctum pro ſubiecto.

35. Διχάζω, diſſidere facio. O. 12, 5.

38. Σταυρὸς, crux, h. l. omnis generis afflictio, qvae Chriſtianis ob fidem in Chriſtum accidit. Ἀκολουθεῖν ὀπίσω τινός. O. 39.

39. Ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν, qvi ſibi videtur animam ſervaſſe, *Hebr.* cf. Ier. 38, 2. Ψυχὴ J. denotat a) *vitam* ſenſu proprio, b) *vitam* ſenſu tropico i. e. felicitatem. Ineſt his verbis dilogia. Qvi *vitam* ſuam (ſenſu proprio) lucratus eſt, perdet *vitam* (ſenſu tropico) i. e. miſerrimus erit. Qui autem abiecit *vitam* (ſenſu proprio) *vitam* (ſenſu tropico) inveniet i. e. feliciſſimus erit.

41. Εἰς ὄνομα, pro ᾗ, qua. O. 42.

42. Μικρὸς, parvus, h. l. qvi parvi pretii aut momenti eſt, J. Ψυχροῦ ſc. ὕδατος.

CAP.

CAP. XI.

1. Καὶ ἐγένετο. O. 34. γ. διατάσσων, pro διατάσσειν. O. 22. β. Μετέβη (ἕνεκα) τοῦ διδάσκειν.

3. Ἐρχόμενος, pro ἐλευσόμενος.

5. Εὐαγγελίζομαι, evangelium mihi praedicatur. Cf. Luc. 4, 18.

6. Σκανδαλίζεσθαι ἔν τινι. O. 39. Ἤρξατο. O. 26.

8. Τὰ μαλακὰ sc. ἱμάτια, ſerica, veſtes qvaelibet teneriores.

9. Περισσότερον, excellentius qvid.

10. Πρὸ προσώπου, ante. O. 34. α.

11. Ἐγήγερται, exſtitit. J. Γεννητοῖς (ὑπὸ) γυναικῶν. O. 33. Ὁ δὲ μικρότερος eſt a) vel qvivis Chriſtianus, qvi regnum Chriſti longe lateqve propagari vidit, cuius Iohannes tantum vidit initia; b) vel Chriſtus, qvi Iohanne minor in ſtatu κενώσεως videbatur.

12. Ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, eccleſia N. T. Βιάζομαι, eſt vel *praeſ. paſſ.* vel *medium.* βιάζεται *vim patitur* ſive *infert.* Sens: homines ſummo ſtudio in eccleſiam ingredi nituntur. Cf. Luc. 16, 16, hic locus clarior obſcuriorem illuſtrat. Ἡμερῶν. J.

13. Νόμος, libri Moſis. J. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν ἀκουέτω, proverbialis locutio, qva in rebus ſeriis ſumma poſtulabatur attentio.

17. Θρηνέω, h. l. lugubres odas cano. V. Cap. XI. de Adagiis.

18. Μήτε ἐσθίων, μήτε πίνων, ſc. laute et in ſocietate aliorum. O. 3. Δαιμόνιον ἔχει, malo agitur genio, non eſt ſanae mentis.

19. Ἐσθίων καὶ πίνων, communi more cibo et potu utens, familiariterqve cum hominibus converſans.

Ἰδοὺ respondet τῷ הִנֵּה et aeqvipollet h. l. pronomini demonstrativo. G. Ph. 395. Καὶ, attamen (ut Hebraeorum ו.) Sapientia probata est a studiosis Sapientiae. Τέκνον J. Sectator.

20. Ὀνειδίζω, increpo, h. l. poenas minor.

21. Σάκκος, intelligitur ex more Hebraeorum vestis ex materia crassa, qvaeqve non laxa esset, sed corpus fere premeret.

23. Ὑψωθεῖσα, Sens: qvae antea fuisti florentissima, fies longe miserrima.

24. Γῆ. J.

25. Ἀποκριθεὶς J. Ἐξομολογέομαι, laudo J. cf. 1 Cor. 5, 21. Ἀπὸ respondet τῷ לִפְנֵי. Ὁ νήπιος, infans, h. l. imperitus.

26, Εὐδοκία, decretum.

27. Παραδιδόναι, h. l. docere, revelare, qvo sensu נָתַן saepissime apud Rabbinos occurrit. R.

28. Κοπιάω, defatigatus sum. J.

29. Ὁ ζυγὸς, jugum. Iugum praeceptoris i. e. disciplinam suscipere, usitatissimus apud Iudaeos loqvendi modus erat.

30. Χρηςὸς, lenis, svavis. O. 30.

CAP. XII.

1. Σάββασι. O. 2. δ. Διὰ, juxta. Ἤρξαντο. O. 26.

4. Ἐξὸν. More Hebraeorum Participium ponitur pro verbo finito. O. 22.

5. Βεβηλοῦσι, profanant. Est catachrestica locutio. Ita autem Christus loqvitur ob Pharisaeorum opinionem, non licere qvicqvam in sabbatho agere, alias illud profanari. Νόμος, qvinqve libri Mosis. J.

14.

Cap. 12, 3. αὐτὸς Griesbachius omittit, Ernestio dissentiente. B. N. V. IV. p. 38.

14. Συμβέλιον ἔλαβον, decretum fecerunt. Ἐ-
ξελθεῖν, aggredi. Dicitur de iis, qvi ad proelium proficiſcuntur. Κατὰ, contra.

18. Ἐις pro ἐν. Ψυχὴ. O. 34. α. Κρίσις h. l. doctrina evangelica J.

20. Κατεάξει a καταγνύω (υμι) confringo. Augmentum attice futuro eſt praepoſitum. Ἕως — κρίσιν Uſqve dum executus ſit perpetuo decreta divina (E. B. Vol. V. p. 224.) et illam doctrinam ſuam ubiqve notam fecerit. Ἐκβάλῃ τὴν κρίσιν reſpondet phraſi מִשְׁפָּט יוֹצִיא, Ieſ. 42, 1. Ἐις νῖκος, plane, prorſus. J.

24. Ἐν, per.

25. Μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς, diffidens contra ſe ipſum. Vorſt. Adag. Cap. X.

27. Υἱοὶ, diſcipuli. J.

29. Σκεῦος, utenſile qvodvis. I.

31. Διὰ τὅτο, praeterea porro. Reſpondet hebraico לָכֵן et eſt h. l. uti et infra Cap. 13, 52. mera connectendi particula. Ἀφεθήσεται, poteſt remitti. O. 12. α.

32. Οὔτε ἐν τέτῳ — μέλλοντι pro ἐδέποτε nunqvam O. 42.

33. Ποιήσατε, ſupponite, iudicate.

37. Καὶ, vel.

39. Σημεῖον Ἰωνᾶ, ſignum, quod eſt Ionas. Ob. 8. α.

40. Καρδία, abundat ex Hebraiſmo. O. 34.

41. Ἄνδρες. O. 34. α. Ἐις, propter.

42. Ὁ νότος, auſter, regio ad meridiem ſita. Πέρατα τῆς γῆς, longinqvae et procul remotae terrae. V. p. 430.

45. Ἑπτὰ, ſeptem, i. e. multa. Cf. 1 Sam. 2, 4. 5.

CAP. XIII.

2. Τὸ, qvoddam.

4. Ἐν τῷ σπείρειν αὐτόν. Vorſtius p. 596. putat Matthaeum ſemel modo hac conſtructione uſum fuiſſe ſc. Cap. 27, 12. ſed refellitur hoc exemplo. O. 38.

5. Βάθος γῆς, profunda terra. O. 5. γ.

8. Ὃ μεν, ὃ δε, Repetitio pronominis demonſtrativi diſtributionem ſignificat, *aliud*, *aliud*.

11. Δέδοται, Sens: veſtra haec eſt conditio et indoles, ut facile talia intelligere poſſitis.

12. Ὃ ἔχει, qvod putat ſe habere. O. 16.

13. Βλέποντες ȣ̓ βλέπȣσι, qvia non volunt videre. O. 12. γ. Συνιȣ̃σι, a συνιέω derivandum eſt, a συνίημι enim ſi eſſet, foret dicendum συνιεῖσι. F.

14. Ἀκοῇ ἀκȣ́σετε. O. 38.

15. Ἐπαχύνθη, ſtupidum factum eſt. Μήποτε ἴδωσι, cohaeret, apud prophetam et eius interpretes eum poſteriori ſenſu, qvi non comminatur, ſed comminationis cauſſam reddit, qvaſi dicas: *hoc egerunt ne qvid intelligerent.*

19. Ὁ πονηρὸς, diabolus. Σπαρεὶς a Kypkio et Wolfio ſubintelligitur ἀγρός.

22. Καὶ ἡ μέριμνα, καὶ hebraeo more poſitum eſt vice relativi: *Sed in qvo.*

25. Ἐν τῷ καθεύδειν, vide qvae ad verſum 4. dicta ſunt.

31. Comparatio cum grano Sinapi eſt locutio proverbialis ad rem perexiguam indicandam.

32. Μείζων, maior, h. l. maximus. O. 10. Κατασκηνόω reſpondet voci שָׁכַן, commoror.

35. Ἀνοίγειν ϛόμα, loqvi. *Hebr.* Ἐρεύγω, et ἐρεύγομαι, enuncio.

38. Υἱοὶ τῆς βασιλείας, membra regni Dei, J.

40. Συλλέγεται, κατακαίεται colligi, comburi *debet*. O. 24.

41. Σκάνδαλον, malus homo. J. ב. Καὶ h. l. est ἐξηγητικόν. Scandala i. e. facientes iniqvitatem.

42. Κάμινος πυρὸς, fornax igneus. O. 5. γ.

49. Μέσον abundat. O. 34. α.

52. Μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, instructus ad praedicandam doctrinam Evangelii.

53. Ἐγένετο. O. 34. γ.

54. Πατρίδα sc. πόλιν. Haec de Nazareth accipienda sunt. Patria autem recte vocatur ex longo parentum incolatu.

CAP. XIV.

1. Ἡρώδης, Herodes, qvi vocatus est cognomine Antipas. Ἀκοὴ Ἰησοῦ, fama de Iesu.

2. Παῖς, minister. Ἐνεργέω, vim exsero. Ἐν.

3. Ἔδησεν, vinxerat. O. 23. Haec antea contigerant, et per parenthesin sunt inserta. Herodias non fuit uxor Philippi, sed alicuius Herodis.

5. Ἔχω, aestimo.

6. Γενέσια, sc. συμπόσια, natalitia convivia. Προβιβάζω, produco h. l. instruo, instigo.

10. Πέμψας sc. τινά.

13. Πεζῇ sc. ὁδῷ, terrestri itinere.

19. Εὐλογέω, precor, gratias ago; respondet hac notione voci בָּרַךְ. Κλάσαι ἄρτον, panem distribuere. O. 40.

22.

Cap. 14, 3. Φιλίππου nomen delendum censet Griesb.

22. Ἐις τὸ πέραν h. l. *πέραν* respondet τῷ עֵבֶר, qvod Deut. 1, 1. *citra* denotat. in remotiorem verte *citerioris* partis locum sc. Bethsaida, ut Marc. 6, 45. indicatur. Gl. Ph.

24. Μέσον τῆς θαλάσσης, pro *ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης*. *Μέσος* relatum ad praecedens substantivum post se regit Genitivum eius rei, in cuius medio versatur; est elegans Graecismus.

26. Ὅτι, abundat. Ἀπὸ, prae.

31. Ἐις τί, quare.

34. Γεννησαρὲτ, Gennesaret, nomen regionis Galilaeae indeclinabile.

CAP. XV.

1. Οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων ὄντες s. *ἐλθόντες*.

2. Παράδοσις, traditio, institutum. *Ἄρτον ἐσθίειν*, cibum capere. In genere significat *comedere ex hebr.* O. 40.

4. Τιμᾶν voci כַּבֵּד respondet, qva comprehenditur etiam officium honeste alendi parentes. In qvem sensum vox *τιμῆς* et verbum *τιμᾶν* etiam a Paullo usurpatur 1 Tim. 5, 3. 17. Cf. Num. 22, 37. *Θανάτῳ τελευτάτω*, מוֹת יָמוּת, morte mulctator. O. 38.

5. Ὃς — δῶρον — ὠφεληθῆς. Qvicunqve dixerit patri aut matri: illud Deo iam consecratum et devotum est, qvo potuisses a me juvari (neqve adeo patrem et matrem beneficiis afficit) nullam culpam luet, hanc apodosin ex versu 4 et qvidem ex verbis *θανάτῳ τελευτάτω*. supplendam esse censet S. V. Ernesti

Loco *τιμᾶν* Marc. 7, 12. est *ποιᾶν*, qvod est pro *ἀγαθοποιᾶν* observante Grotio.

nesti. B. Vol. X. p. 409. Alii post ὠφεληθῇς supplent vel ἐστος ὀφείλει, obligatus est ad eiusmodi votum exsolvendum, K. vel, καλῶς ἔχει.

11. Κοινόω, inqvino J.

16. Ἀκμὴν a) plane, omnino. Kr. b) adhuc. Kypke et W.

17. Ὁ ἀφεδρὼν, latrina, cloaca.

23. Λόγον sc. ἕνα.

26. Λαμβάνω, aufero. J.

27. Ναὶ, Obsecro Kr. omnino K. Καὶ, γὰρ, etenim, attamen.

28. Θέλω, opto.

36. Εὐχαριστέω, precor. J. recito precationem.

CAP. XVI.

2. Ἐυδία (ἄυριον ἔσαι.)

3. Στυγνάζων ὁ ὀυρανὸς, coelum triste, i. e. nubibus obtectum. Χειμὼν, hiems, tempestas.

4. Ἡ μοιχαλὶς, ἴδος, adultera i. e. qvae a vero cultu defecit. Σημεῖον Ἰωνᾶ. Ionae legatio divina comprobata est hoc signo, ut post triduum salvus prodiret e ventre piscis, sic mea legatio divina ex reditu in vitam patebit.

7. Λέγοντες supple: (ita Christus loqvitur:) qvia panem non accepimus. Prius orationis membrum deest. G. Ph. p. 621. Ἐν ἑαυτοῖς, inter se. Cf. Marc. 8, 16.

13. Ὑιὸς τοῦ ἀνθρώπου, *Messias* et *filius hominis* in multis locis ut Synonyma ponuntur et permutantur. Cf. Dan. 7, 13.

17. Βαρ Ἰωνᾶ, filius Ionae. Σὰρξ καὶ αἷμα, nudus et infirmus homo, s. corruptus hominis intellectus. J.

18.

18. Ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ, a) ſuper Ieſu Chriſto, qvem Petrus confeſſus eſt. Kr. b) ſuper Petro, hoc ſenſu: tu eris fulcrum eccleſiae. cf. Gal. 2, 9. Petrus primus omnium Iudaeis. Act. 2, 14. ſqq. deinde et alienigenis. Act. 10, et 15, 7. id ipſum annunciavit, qvod hic profitebatur. Ideo Chriſtus v. 19. dicit: δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τȢ̃ ȢρανȢ̃, i. e. v. 19. tu primus aperies oſtium introductioni Evangelii. Πύλαι ᾅδȢ (cf. Ieſ. 38, 10. Pſ. 107, 18.) vel a) ſunt mors et pernicies ſc. Chriſtus eccleſiae promittit ſecuritatem ab interitu, nam ex hebraiſmo omne id, quod eccleſiae interitum minari poſſet, mors dicitur; vel b) ᾅδης, eſt regnum Satanae, πύλαι ᾅδȢ eſt eius periphraſis.

19. Δέω ſignificat vel a) ex W. ſententia *peccata retineo*, non remitto; vel b) illicitum pronuncio; Kr. vel c) indignum cenſeo, qvi baptizetur et membrum eccleſiae fiat. M. Λύω ſignificat, vel a) peccata remitto; W. vel b) praecipio; Kr. vel c) aperio eccleſiam, indico qvosdam poſſe baptizari et pro membris eccleſiae poſſe haberi. M. Accommodate ad rem S. V. Seilerus monet tres illas notiones perperam ſeiungi, comprehendiqve potius τῷ λύειν et δέειν omnia apoſtoli cuiuslibet et doctoris eccleſiae iura vid. Beylage zur gemeinnüß. Betr. 1778. p. 109.

20. Διαςέλλομαι, iubeo. O. 2. β. Ἤρξατο. O. 26. β.

22. Ἵλεώς σοι, (ἔςω Θεὸς) Deus tibi ſit propitius, Domine i. e. Deus eiusmodi mala a te avertat. Reſpondet voci חָלִילָה cf. Gen. 43, 23. et 2 Reg. 20, 20.

23. Σατανᾶς, adverſarius, abi poſt me, qui adverſaris mihi. Σκάνδαλόν J. נ. Φρονεῖν τὰ τȢ̃ ΘεȢ̃, ſapere, cogitare qvae Deo grata ſunt.

25.

Cap. 16, 20. ἸησȢ̃ς judice S. V. Erneſtio recte omittitur. B. N. IV. p. 38.

25. Ψυχὴν σῶσαι, vide notata ad Cap. 10, 39.

26. Ἀντάλλαγμα, compensatio, pretium redemtionis.

28. Γεύεσθαι θανάτε, mori. O. 41.

CAP. XVII.

4. Ἀποκριθεὶς. J. Εἰ θέλεις (ἵνα) ποιήσωμεν.

5. Ἐπισκιάζω, obumbro, circumdo. Ἀκέω, obedio J.

11. Ἔρχεται, pro ἐλεύσεται. Ἀποκαθίστημι, restituo, *metaph.* in meliorem conditionem redigo.

12. Ἐπιγινώσκω, agnosco practice, recte me erga aliqvem gero, aliqvem amore amplector. Respondet hac notione voci יָדַע. Ὅσα ἠθέλησαν, eum pro lubitu tractarunt.

17. Ἕως πότε ἔσομαι — utinam possem a vobis discedere, vos relinquere, haec sunt verba hominis, qvi est praeter modum animo commotus. Hoc dicitur in patrem aegroti eiusqve amicos, ita tamen, ut ex eorum exemplo commune Iudaicae gentis vitium accusaretur. Cf. Marc. 9, 19. Deut. 32, 20.

21. Ἐν per.

24. Δίδραχμα, sc. νόμισμα, nummus duas drachmas continens. Fuit moneta sacra in usum cultus Levitici collecta, et in sacris dimidius siclus vocatur, Cf. Exod. 30, 13. De tributo illo Wolfius intelligit, qvod Caesar exigere iusserit, sed haec sententia cum ratione concludendi, qva Christus utitur, non convenit. Christus enim, non Imperatoris Romani, sed regis regum omnium est filius. E. B. N. Vol. I. p. 309.

27. Στατὴρ, stater, moneta qvatuor drachmas valens.

CAP.

CAP. XVIII.

1. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, tempore illo. Μείζων, pro μέγιςος, maximus. O. 10. Voci μείζων ineſt dilogia, v. 1. ſignificat *maximum* ex ſententia diſcipulorum, qvi reliqvis ut inferioribus praeeminet, v. 4. ſignificat *eum*, qvi regni Dei eſt particeps, ſine reſpectu ad inferiores alios habito. Gl. Ph. p. 1346.

5. Ἐπὶ τῷ ὀνόματί μȣ, iuſſu meo, qvatenus ſc. ex mandato meo id peragit.

6. Ὁ μύλος, mola, ſynecd. pars pro toto poſita h. l. lapis molaris de mola aſinaria maiori, qvae ſic diſtingvitur a mola truſatili minori.

7. Ἀπὸ, propter. Ἀνάγκη, apud Graecos Scriptores haud raro ſignificat id, qvod fieri aliqva de cauſſa oportet, ut Luc. 14, 18. Hebr. 9, 23. Hoc loco vox haec referenda eſt ad finem, ob qvem Deus offendicula non impedit vi maiore, ſed permittit, ſc. ut integri ab hypocritis, conſtantes a levibus diſcernantur. Πλὴν, veruntamen. Σκάνδαλον J.

8. Καλὸν ἢ pro κάλλιον. Qvae conſtructio ſimillima eſt hebraicae טוֹב *bonum eſt* מִן. O. 10.

9. Γέενναν τȣ̃ πυρὸς, in gehennam h. e. ignem eius. O. 8. α.

10. Διὰ παντὸς ſc. χρόνȣ. Βλέπειν πρόσωπον, alicui praeſentem eſſe et miniſtrare. Eſt hebraica locutio. Cf. 2 Reg. 25, 19. Ier. 52, 25.

16. Ἀκȣ́ω, obedio. J. Στόμα abundat ex hebr. O. 34. α. Ἱςάω, ſtabilio, firmum reddo. Ῥῆμα, res, negotium. J. Verte: ut teſtimonio duorum aut trium teſtium omnis controverſia dirimatur. F.

17. Ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς. Iudaei cum pagano non familiariter vivebant. Sens: noli amplius cum eo familiaritatem habere.

18.

18. Δέω, ligo h. l. excommunico. Hoc loco traditur ecclesiae poteſtas improbos excommunicandi. Ἐν ȣ̓ρανῷ, haec excommunicatio erit etiam Deo probata.

20. Εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, iuſſu meo et in profeſſionem mei.

21. Ἀφήσω, condonare debeo. O. 12. β. Ἁμαρτήσει. Coniunctio condit. ſupplenda eſt. G. Ph. 523. Ἀδελφὸς. J. ר.

26. Μακροθυμέω, indulgeo.

28. Πνίγω, collum obtorqveo.

31. Διασαφέω, indico. Βασανιςὴς a) tortor. K. b) cuſtos carceris. Nam βάσανος in N. T. non qvaeſtionem ſolum, ſed omnem omnino cruciatum et moleſtiam ſignificat. R.

CAP. XIX.

3. Εἰ, an. Κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, propter qvamcunqve culpam.

4. Ὁ ποιήσας, pro nomine: κτιςὴς. Ἄρσεν καὶ θῆλυ ſc. γένος.

5. Εἶναι εἰς τι, hebraica locutio. O. 39. erunt i. e. fient hi duo caro una, vel unita.

8. Ὅτι. O. 28.

9. Ἐπὶ, propter.

10. Αἰτία, conditio, ſi ita ſe habet conditio viri cum muliere.

11. Χωρέω, capio, non omnes rem, de qva dixiſtis, praeſtare poſſunt h. e. in coelibatu manere.

12. Οἱ εὐνȣχίσαντες ἑαυτȣ̀ς ſunt continentiam ſervantes.

17. Τί με λέγεις ἀγαθόν; Sens: nolo a te *bonus* vocari, qvoniam non eo ſenſu, qvo mihi bonitas competit, me *bonum* appellas; aut me bonum non voca, aut me verum Deum et *θεάνθρωπον* eſſe crede. G. Ph. 1347. Ineſt voci *θεὸς* dilogia: prior vox *bonus* participatam a Deo bonitatem qvalemcunqve denotat, qvalis in ψιλανθρώπῳ ſ. homine mero eſt, (talem enim *νομικὸς* ille Chriſtum iudicabat,) poſterior, ad priorem alludens eſſentialem bonitatem in Deo exprimit.

18. Τὸ. O. 6.

20. Φυλάττειν νόμον, hebr. obſervare legem. J.

24. Κάμηλον διὰ τρυπήματος — eſt locutio proverbialis, qva *ἀδύνατόν τι* ſignificatur. *Κάμηλος* h. l. non eſt funis nauticus, ut aliqvi volunt, qvam ſignificationem nusqvam invenies, ſed camelus animal. Kr. *Πλέσιος* h. l. non qvilibet homo locuples indigitatur, ſed divitias nimis amans.

26. Παρὰ δὲ Θεῷ πάντα δύνατά ἐςι, hic ſc. poteſt ſenſus hominum et nimiam in divitias fiduciam mutare.

28. Παλιγγενεσία eſt vel a) ſtatus poſt reſurrectionem W. et Kr. b) plantatio eccleſiae Chriſtianae et emendatio generis humani per Chriſtianam religionem E. B. Vol. X. p. 540. *Κρίνω.* h. l. rego. J. *Θρόνος δόξης* ex hebraiſmo dictum eſt pro *θρόνος δεδοξασμένος*. O. 5. *γ*. In throno ſedere, iudicare vel regere melius ad priorem quam poſteriorem qvadrat interpretationem.

CAP. XX.

1. Ἅμα (σὺν τῷ) πρωῒ, cum prima luce.

2. Ἐκ, pro. Ἡμέραν pro *καθ' ἡμέραν ἑκάςην*, per diem.

6.

6. Ἑστήκατε, statis. O. 25.

12. Ποιέω respondet voci עָשָׂה et h. l. significat *laboro, facio opus.* J. Ἐποίησαν, fuerunt in opere.

13. Ἑταῖρος, amicus h. l. nomen, qvo compellamus hominem non satis notum.

15. Πονηρὸς, infidus, est Hebraeorum עַיִן רַע, Prov. 22, 9.

16. Κλητὸς h. l. dicitur de iis, qvi clementiam divinam non acceptarunt. J. א in voce καλεῖν. Πολλοὶ h. l. omnes. Ὀλίγοι, non omnes. E. Alterius ad alterum accommodanda est interpretatio. O. 1. Sens: omnes quidem sunt vocati, sed non omnes cari et probati. Ἐκλέγομαι, ex hebraismo significat *amo.* Idem valet de voce derivata ἐκλεκτός.

21. Εἰπὲ, iube. Εἷς καὶ εἷς pro ὁ μεν, ὁ δὲ, ex hebr.

22. Ποτήριον respondet voci כּוֹס, significatur sors prospera aut improspera, qvae Deo inspectante et moderante cuiqve obtingit. J. Βαπτισθῆναι, h. l. multis periculis et oneribus subiacere, qvod vulgo *baptismum sangvinis* vocant.

23. Ἀλλὰ, h. l. nisi i. e. prius humiliamini, qvi iam vultis exaltari. Οἷς ἡτοίμασται, sed non *nisi* illis qvibus paratum est sc. fidelibus et humilibus.

25. Οἱ μεγάλοι, summi, *positivus pro superl.* J. Κατακυριεύω, κατεξουσιάζω. O. 2. γ.

28. Ψυχὴ, vita. J. Ἀντὶ, in usum et salutem.

32. Τί θέλετε (ἵνα) ποιήσω.

CAP. XXI.

1. Βηθφαγὴ, Iudaeis Bethphage eſt locus extimus Hieroſolymorum, eiusdem cum ipſis iuris. *Gloſſa:* qvicqvid eſt in ambitu exteriore Hieroſolymorum, vocatur Bethphage.

2. Ἐις τὴν ἀπέναντι ὑμῶν ſc. ἔσαν, in vicum, qvi ex adverſo veſtri eſt.

3. Ὅτι. O. 28.

5. Vox θυγάτηρ nomini urbis addita denotat iſtius *incolas* ex Hebr. J. Σιὼν, nomen urbis, *meton.* ſedes verae eccleſiae. Dicite filiae Sion i. e. omnibus verae eccleſiae membris. Ἐπὶ ὄνον καὶ πῶλον per Hend. pro ἐπὶ πῶλον ὄνε. Ὑιὸς ὑποζυγίε *filius* i. e. foetus (aſinae) ſubiugalis. Vid. Ind. in voce ὑιός.

7. Ἐπεκάθισαν (αὐτὸν) collocarunt eum. Ἐπάνω ἑνὸς (αὐτῶν). O. 37.

9. Ὡσαννὰ, ex הוֹשִׁיעַ et נָא, ſerva, qvaeſumus, (hoc apprecamur) filio David, ſerva, qvaeſumus, (o Deus qvi habitas) in coelo. Ἐυλογημένος, laudandus et extollendus. J. ב. Ἐν ὀνόματι Κυρίε, iuſſu et auctoritate Domini.

13. Κληθήσεται, erit, vel eſſe debet. O. 15.

19. Τὸ τῆς συκῆς, qvod ficui accidit, τὸ (περὶ) τῆς συκῆς γεγονὸς.

25. Ὀυρανὸς, Deus. J.

39. Ἐγὼ h. l. eſt vox annuentis, ἐγὼ ſc. ἀπελεύσομαι.

31. Προάγεσιν, i. e. citius ad Deum convertuntur qvam vos.

32.

Cap. 21, 4. Ὅλον iudice S. V. Erneſtio recte omittitur. B. N. V. IV. p. 38. Idem ſentit de voce θεῖ v. 12.

32. Ὁδὸς δικαιοσύνης, vera doctrina. O. 5. γ. J. in voce ὁδός.

33. Πύργος, aedificium privatum, locis editis ſtructum aut altius proſpectus cauſſa in vineis, hortis, villis. Minus recte igitur vertitur turris. E. I. p. 246. Ἐκδίδωμι, eloco.

35. Δέρω, virgis et fuſtibus caedo.

38. Εἶπον ἐν ἑαυτοῖς, cogitarunt. *Hebr.* Κατέχω, occupo.

42. Λίθον pro λίθος *ex hebr.* O. 7. Hebraei hac conciſa oratione ſaepe utuntur cum ad ornatum, tum ad maiorem ſermoni vim addendam. Plerumqve praecipitur, explicandam eam eſſe per: *qvod attinet*. Sed cum ne ſic qvidem in verſione latina, neqve conſtructionis elegantia, neqve ſermonis ἐνέργεια exprimatur, formula illa: *qvod attinet*, rectius abſtinetur. Gl. Ph. p. 67. Ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν pro ἐγενήθη κεφαλὴ, *conſtructio hebr.* O. 39. Αὕτη pro τοῦτο, θαυμαστὴ pro θαυμαστὸν *ex hebr.* Hebraei enim genus neutrum non habent, et pro eo tum maſculino tum foeminino utuntur. Κεφαλὴ γωνίας, lapis angularis. J. in voce κεφαλή. Ἐν ὀφθαλμοῖς. O. 34. α.

44. Συνθλάω, confringo. Λικμάω, *proprie* ventilo, h. l. qvaſſo, ita comminuo, ut fere a vento diſſipari qveat.

CAP. XXII.

1. Ἀποκριθεὶς, ſermonem exorſus. J.

9. Διέξοδος, compitum. Nonnulli διεξόδους explicant *vias maxime celebres*, ſed διέξοδοι idem ſunt, qvod ἔξοδοι vel δίοδοι i. e. maiorum viarum flexus et tranſitus ſive meatus.

10. Ἐπλήσθη ὁ γάμος (ἐξ) ἀνακειμένων, impletum eſt *conclave nuptiale* accumbentibus. G. Ph. 875.

 11. Ἐν-

11. Ἔνδυμα γάμε, vestis nuptialis. O. 5. Fingitur ipsos convivii dominos convivis eiusmodi vestes exhibere consvevisse, qvod S. V. Ernesti refellit in B. Vol. X. p. 416.

14. Ἐκλεκτὸς, probatus. J. in voce ἐκλέγομαι. Sens: omnibus salus destinata est, sed non omnes domino probantur. E.

16. Ἡρωδιανοὶ. Probatissima est sententia, illos ita vocari, qvi partibus Herodis adhaeserunt, et conatui ipsius suffragabantur, cum Hasmonaeis pulsis regnum invaderet, oraculo qvodam divino, ut ferebat, ad id facinus commotus. Ἐν ἀληθείᾳ pro ἀληθῶς. Sic Hebraei dicunt בֶּאֱמֶת. Βλέπειν εἰς πρόσωπον, statuere inter personas discrimen, ita ut alter alteri praeferatur. *Hebr.*

21. Ἀποδίδωμι, solvo. Est verbum in hac re proprium. Τὰ Καίσαρος (ὄντα) καὶ τὰ Θεῦ (ὄντα.)

24. Ἐπιγαμβρεύω, iure adfinitatis duco. Ἀναστῆσαι, ad imitationem hebraici הָקִים usurpatur de sobole procreanda. Ἀνίστημι, h. l. procreo. O. 25.

25. Σπέρμα, soboles. J.

32. Θεὸς νεκρῶν. Respicitur ad foedus, Gen. 17, 7. qvod est aeternum. Θεὸς h. l. significat benefactorem. Seqvitur ergo Patriarchas in vitam restituendos esse, ut Deus ipsorum Deus, i. e. ἐυεργέτης esse possit.

34. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ, una, simul. Respondet hebraico. יַחְדָו.

36. Μεγάλη, maxima. O. 10.

37. Ἐν pro ἐξ ex hebraismo. Καρδίᾳ, ψυχῆ, διανοίᾳ. O. 30.

40. Ἐν ταύταις — κρέμανται, ab his — dependent lex et prophetae i. e omnia officia in lege et

pro-

prophetis praeſcripta. Νόμος, libri qvinqve Moſis. J.

43. Ἐν πνεύματι, inſtinctu Spiritus Sancti.

44. Ἐκ δεξιῶν ſc. μερῶν, τὰ δεξιὰ ſunt honoris ſigna. Hac phraſi indigitatur, Chriſtum Θεάνθρωπον cum patre regnare et naturae humanae eius gloriam divinam communicatam eſſe.

CAP. XXIII.

2. Ἐκάθισαν ſc. ἑαυτὲς, collocarunt ſe, ſedent.

3. Τηρέω. J.

5. Πλατύνεσι, *dilatant* phylacteria ſua i. e. talia habent, vel talibus utuntur. Φυλακτήρια ſunt membranulae, qvibus qvaedam pericopae legis Moſaicae inſcriptae ſunt. Has thecis inſertas Iudaei fronti et brachio ſiniſtro alligant.

6. Φιλέω, libenter habeo. J.

8. Μὴ κληθῆτε, ne affectetis ita vocari, uti ex antitheſi v. 6. 7. 8. apparet. Non ſimplex nomen reiiciebat ſervator, ſed ſpiritum et faſtum Rabbinicum.

9. Πατὴρ h. l. doctor. J.

11. Μείζων, maximus. O. 10.

14. Καὶ προφάσει, idqve cum religionis ſpecie. Κρίμα, poena.

15. Ξηρὰ, terra. J. Υἱὸς γεέννης, dignus gehenna. J. in voce υἱός. Gl. Ph. 97. Διπλότερον ὑμῶν, duplo magis, qvam vos.

16. Ἐν, per. J.

23. Κρίσις, h. l. iuſtitia. J.

Cap. 23, 14. Graeci, Hieronymus et Antiqvi non habent hunc verſum. Gr.

24. Διυλίζω, percolo.

25. Κώνωψ, culex vinarius. V. F. P. III. *Percolare culicem* et *camelum deglutire* dicit Chriſtus Phariſaeos, qvoniam in rebus minimis ſuperſtitioſi et anxii erant, ſed ea, qvae maioris momenti erant, negligebant. Eſt locutio proverbialis.

27. Τάφοι κεκονιαμένοι, ſepulchra dealbata. Comparatio operis gypſati fuit uſitata Iudaeis ad notandos mores fictos et ſimulatos. Cf Act. 23, 3. *τοῖχε κεκονιαμένε.*

30. Ἐν ταῖς ἡμέραις, temporibus. J. *Αἷμα*, h. l. caedes. J. *Ἐν*, qvod attinet. *Ἐν* reſpondet hebraico ב, et phraſis חֲבֵר בְּרָע h. l. exprimitur.

31. Μαρτυρεῖτε ἑαυτοῖς, pro *ἐφ᾽ ἑαυτὲς*, contra vos ipſos.

33. Κρίσις, h. l. poena.

34. Ἐξ αὐτῶν (τινὰς). O. 37.

35. Ὅπως eventum notat. O. 29.

36. Ζαχαρίε. Sermo eſt vel a) de filio Barachiae i. e. Iojadae vel b) de Zacharia Baruchi filio paullo ante excidium Hieroſolymitanum a Zelotis in medio templo nefarie interfecto. *Ὃν ἐφονεύσατε*, qvem occideritis ſc. Aoriſto pro Futuro poſito. E. B. Vol. IX. p. 136.

37. Πρὸς αὐτὴν, eſt locutio orientalium populorum, qvi primae et ſecundae perſonae poſt pronomen relativum aut participium ſubiungunt verba aut pronomina perſonae tertiae. *Τέκνα*, incolas. J. (*καθ᾽*) *ὃν τρόπον.*

38. Οἶκος, h. l. notat a) vel templum b) vel domus privatas, tunc ſupplendum foret *οἶκος* (*ἑκάστε*) *ὑμῶν*. E. B. Vol. X. p. 185.

CAP.

C A P. XXIV.

2. Ου βλέπετε, a) videtisne. E. b) nolite mirari. Olear. Grammatica ratione Olearii explicatio refellitur, dicendum enim fuiſſet μὴ βλέπετε. E. Opp. p. 280.

3. Αἰὼν. J.

5. Ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ſub praetextu nominis mei.

6. Μελλήσετε. O. 26. β. Ἀκοὴ, fama, rumor J. Οὔπω ἐστὶ τὸ τέλος, non ſtatim adeſt excidium Hieroſolymitanum. Cum Parthis Romani ſub Claudio, Nerone et Caligula perpetua bella geſſerunt. Parthi vero intrabant etiam Syriam et huic vicinam Palaeſtinam.

7. Ἐγερθήσεται, oppugnabit. J. Κατὰ τόπους, variis locis; κατὰ diſtributive ſumitur. De fame et peſtilentia vid. Sveton.

9. Ὄνομα. O. 34. α.

11. Ἐγερθήσονται, ἐγείρεσθαι de iis ſaepe dicitur, qvi novum et inſolitum qvid, vel bonum, vel malum, patrarunt. J.

12. Ψύχομαι, refrigeſco.

13. Εἰς τέλος, usqve ad deſtructionem Hieroſolymorum et interitum reipublicae Iudaicae. Σωθήσεται, non ſimul peribit, Pellae ei erunt refugium.

15. Βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, abominatio vaſtatrix i. e. exercitus Romanus. Cf. Dan. 12, 11. et Luc. 21, 20. O. 5. γ. Ἑστὼς, pro ἑστακὸς neutrum Participii Perf. contractum. Ἐν τόπῳ ἁγίῳ, circa Hieroſolymorum urbem.

22. Οὐ πᾶσα σὰρξ, neqve ullus homo. J. in voce σάρξ. O. 36. β. Ἐσώθη, mortis periculo eriperetur.

26. Ταμείοις pro ἐν ἑνὶ τῶν ταμείων, plurale sc. ponitur pro uno ex pluribus.

28. Ὅπȣ γὰρ ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα est locutio proverbialis. Πτῶμα, de *Republica Iudaeorum.* Ἀετοὶ, de *copiis Romanorum militaribus* commode explicari potest.

29. Εὐθέως respondet adverbio פִּתְאֹם, qvod in versione graeca etiam illo vocabulo exprimitur Iob. 5, 3. et de rebus repente existentibus dicitur. Vide qvae S. R. Dathius ad Gl. Ph. notavit p. 377. Δύναμις, h. l. exercitus, copiae. J. Copiae coeli sunt autem *sidera.* O. 30. Πεσȣ̃νται, non de lapsu proprio, sed splendoris defectu accipi debet.

30. Σημεῖον τȣ̃ υἱȣ̃, signum, qvod est filius hominis. O. 8. α.

31. Μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης, cum tubis magnum sonum edentibus s. sonoris. O. 5. γ. Ἀπ' ἄκρων ȣ̓ρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν, ab una extremitate coeli usque ad alteram. His verbis Hebraei totum terrarum orbem denotant. Cf. Deut. 4, 32. V. p. 456.

37. Ἡμέραι, tempora. J.

40. Εἷς καὶ εἷς, alter et alter. J. Παραλαμβάνομαι a) ab iis, qvi hoc vaticinium de iudicio extremo exponunt, vertitur, *excipior;* b) ab iis, qvi de excidio Hierosolymitano accipiunt illud, vertitur *captivus abducor*, atqve sic etiam ἀφίεται vel in bonam vel in malam partem explicatur.

43. Φυλακὴ, vigilia noctis. Apud Veteres nox in tres, vel etiam qvatuor vigilias erat divisa.

48. Εἴπῃ ἐν τῇ καρδίᾳ, cogitet. *Hebr.*

51. Διχοτομέω, diſſeco. Significatum *interficiendi* accepit a voce גָּזַר. J. Τὸ μέρος αὐτȣ̃ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει, locum ei aſſignabit inter hypocritas i. e. eodem modo tractabit, qvo hypocritas.

CAP. XXV.

9. a) Ante μήποτε ſupplendum eſt ȣ̓δαμῶς; βλεπτέον γὰρ — neqvaqvam; videndum enim eſt, ne non ſufficiat nobis et vobis. G. Ph. p. 619. b) vel poſt ὑμῖν ſuppleri poteſt φοβȣ́μεθα. E. B. Vol. X. p. 420.

15. Δύναμις h. l. ingenii ſolertia rerumqve tractandarum peritia.

16. Ἐργάζομαι, operor, h. l. negotior, qvaeſtum facio. Ποιέω, lucror.

20. Ἐπὶ, *per*, vel *ad*.

24. Θερίζων — διεσκόρπισας. Bis idem exprimitur diverſis modis, Hebraeorum more, proverbialiter. O. 30.

27. Βάλλω, h. l. trado, pono. Τραπεζίτης, menſarius.

31. Θρόνος δόξης, thronus glorioſus. O. 5.

33. Στήσει, collocabit. O. 25.

34. Ἐυλογημένοι (ὑπὸ) τȣ̃ πατρὸς. O. 33. Ἀπὸ ante, recipit ad exemplum praefixi מ hanc vim.

35. Συνάγω. hoſpitio excipio.

36. Ἐπισκέπτομαι, viſito ſc. ut opem feram. Cf. Iac. 1, 27. J.

38. Γυμνὸς, nudus, ex hebraiſmo ſignificat etiam *veſtitu levi et tenui indutum eſſe*. J.

40. Ἐφ' ὅσον. in qvantum, qvatenus.

CAP.

CAP. XXVI.

1. Ἐγένετο. O. 34. γ.

3. Ἀυλὴ, palatium. Dicebantur omnes magnatum et opulentiorum hominum aedes ἀυλαί.

5. Μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ ſc. ποιήσωμεν.

6. Λεπρὸς, leproſus i. e. qvi fuerat leproſus.

7. Ἀλάβαςρον, vas ungventarium ex lapide alabaſtrito vel aliis materiis confectum.

8. Ἐις τί ἡ ἀπώλεια ἅυτη; cui bono perditio haec?

10. Τί pro εἰς τί, qvare.

15. Ἵςημι, h. l. appendo, ſolvo.

17. Τῇ δὲ πρώτῃ, pro προτέρᾳ (uti πρῶτός μȣ Ioh. 1, 30.) die, qvi prior erat Azymis. Chriſtus ſc. non cum Iudaeis, ſed ante illos epulum paſchale inſtituit. E. B. N. Vol. II. p. 890. Πάσχα, h. l. epulum paſchale.

18. Ὑπάγω, morior. J. Ποιέω, celebro. J.

24. Καλὸν ἦν ἀυτῷ, melius eſſet ipſi. O. 21.

25. Σὺ εἶπας, tu dixiſti ſc. ita eſt, uti dixiſti. *Hebr.*

29. Γέννημα ἀμπέλȣ, vinum. J. Πίνω, bibam, vel bibiturus ſum. O. 23. Καινὸς, ἡ, ὸν, novus h. l. excellentiſſimus, praeſtantiſſimus. Cf. Ioh. 13, 24.

30. Ὑμνήσαντες, cecinerunt nocte paſchali pſalmos qvosdam ſc. Pſalm. 113 — 118. qvos Iudaei Hallel magnum vocant.

36. Ἀυτȣ͂, pro ἐπ' αὐτȣ͂ τόπȣ, illic, ibi.

39. Ποτήριον. J.

40. Ὅυτως, itane? ſiccine? Ἐισέρχεσθαι, hic idem eſt, quod 1 Tim. 6, 9. ἐμπίπτειν, immergi ſcilicet et ſuccumbere.

41. Πνεῦμα πρόθυμον, homo in qvantum renatus, in tantum promtus eſt. J. Kr. Σάρξ, natura hominis corrupta. J.

45. Καθεύδετε τὸ λοιπὸν, a) num *iam* dormitis et qvieſcitis cum omnium minime tempus ſit dormiendi. Λοιπὸν, iam, uti Act. 27, 20. Kr. b) dormite alio tempore, qvod vobis ſuperſit, et quieſcite, nunc adeſt hora. Ἤγγηκεν, adeſt.

51. Ἀποσπάω, deſtringo. Ὠτίον, auris. O. 4.

52. Ἀπολῦνται, occidi debent. O. 12. β.

55. Ἐπὶ, contra.

58. Τέλος, exitus.

61. Διὰ τριῶν ἡμερῶν, triduo. Ἐξορκίζω, adiuro.

63. Κατὰ, per. Ἐξορκίζειν τινὰ apud auctores Graecos nihil aliud eſt, qvam *iusiurandum ab aliqvo exigere.* Senſus eſt h. l. praecipio, ut intelligas, *te coram Deo conſiſtere, et velut a Deo ipſo interrogari.* Cf. Gen. 50, 16. 1 Reg. 22, 16. Reſpondet conſtructioni vocis הִשְׁבִּיעַ cum ב.

64. Δύναμις, h. l. Deus. J. Ἐκ δεξιῶν, a dextra. O. 2. δ.

65. Ὅτι abundat.

67. Κολαφίζειν et ῥαπίζειν Celeb. Fiſcherus ſic diſtingvit. Colaphus capiti, alapa autem ori, ille pugno, haec palma infligitur. Vid. Prol. III. de vitiis Lexic. N. F.

69. Ἦσθα, eras pro ἦς, Aeolice.

74. Καταναθεματίζω, vel καταθεματίζω, devoveo. Salmaſius docet, hanc iurandi formulam apud Iudaeos fuiſſe uſitatiſſimam: *anathema ſim* h. e. Synagoga vel eccleſia excluſus.

CAP.

Cap. 26, 74. Καταναθεματίζειν. Huic lectioni praeferenda eſt lectio καταθεματίζειν. E.

CAP. XXVII.

1. Συμβέλιον ἔλαβον, decretum fecerunt. E.

3. Ἀργύριον, h. l. ſiclus. F. P. III.

4. Αἷμα ἀθῷον, ſangvis (ſ. homo) innocens. J. Τί πρὸς ἡμᾶς σὺ ὄψει, qvid ad nos, tu videris. Eſt Latiniſmus. Kr.

6. Ὁ Κορβανᾶς, ᾶ, oblatio, h. l. aerarium templi.

9. Ὃν ἐτιμήσαντο, a) qvi aeſtimatus eſt, paſſive ex hebraiſmo reddendum eſt. Sic optime verbis Zachariae 11, 13. haec interpretatio reſpondet, Kr. b) qvem aeſtimatum emerunt a filiis Iſrael. K.

10. Ἔδωκαν, collocarunt eos in agro.

11. Σὺ λέγεις, formula affirmandi.

19. Poſt ἐκείνῳ ſupple ἔςω πρᾶγμα, nihil tibi rei ſit cum illo inſonte.

24. Αἷμα, reatus ſanguinis, *Hebr.* Cf. Ioſ. II, 19. J. Ἀπὸ abundat ex hebraiſmo.

29. Ὁ βασιλεὺς, o rex; *Enallage Nominat. pro Vocativo.*

32. Ἀγγαρεύω, angario, ad onus ferendum ſive iter faciendum cogo.

34. Ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον a Marco 15, 23. dicitur ἐσμυρνισμένος οἶνος, vinum myrrha imbu-

Cap. 27, 9. Ἰερεμίας, hanc vocem delendam eſſe multi pii et cordati Theologi cenſent, inter qvos eſt ſumme Venerab. E. B. N. IV. p. 38. Rehkopfius, Philologus doctrinae pariter ac modeſtiae laude florentiſſimus. Vide eius Programma Paſchale Helmſtadienſe de anno 1772.

imbutum. Qvaecunqve res amara χολὴ dicitur, valet hoc etiam de myrrha. Clarior Marci locus hunc obſcuriorem illuſtrat.

35. Ἵνα πληρωθῇ, ſic evenit illud, qvod olim prophetae praedixerunt. O. 29.

38. Εἷς, εἷς, alter, alter. J.

40. Οἰκοδομέω, inſtauro.

43. Θέλω, reſpondet voci חָפֵץ, εἰ θέλει αὐτὸν ſi delectetur illo.

46. Λαμὰ σαβαχθανί; qvare dereliqviſti me? σαβαχθανὶ, eſt vox ſyriaca.

47. Ὅτι abundat.

51. Καταπέτασμα, velum templi h. l. intelligendum eſt interius ante aditum ſanctuarii, qvod ſimpliciter καταπέτασμα dicitur; exterius, qvod erat ad in troitum templi κάλυμμα appellatur.

52. Κοιμάομαι, mortuus ſum. J.

57. Μαθητεύω, diſcipulus ſum; ἐμαθήτευσε ſc. ἑαυτόν.

58. Ἀποδίδωμι, pro ſimplici δίδωμι. Reſpondet hac notione verbo נָתַן.

60. Λατομέω, e lapide exſcindo.

64. Ἀσφαλίζω, munio, tutum reddo.

CAP. XXVIII.

1. Ὀψὲ, poſt. Σαββάτων. O. 2. δ. finito ſabbato. Μία h. l. prima ex hebr. Cf. Dan. 9, 1. V. 45. Τῇ ἐπιφωσκούσῃ ſc. ἡμέρᾳ, die illuceſcente, qvi futurus erat primus hebdomadis.

3. Ἡ ἰδέα, ſpecies.

11. Πορευομένων, qvum abiiſſent. Praeſens pro praeterito.

14. Πείθω, placatum reddo. Ὁ, ἡ *ἀμέριμνος*, ſecurus.

17. Οἱ δὲ pro *τινὲς*, qvidam.

19. Ἐις τὸ ὄνομα τȣ̃ πατρὸς, καὶ τȣ̃ υἱȣ̃, *καὶ τȣ̃ ἁγίȣ πνεύματος*, in nomen Trinitatis, h. e. ad profeſſionem eius religionis, qvae Trinitatem ſe credere et colere profitetur.

HYPO-

HYPOMNEMATA

IN

EVANGELIUM MARCI.

HYPOMNEMATA
IN
EVANGELIUM MARCI.

CAP. I.

Confer notata ad Matth. Cap. 3. 4. et 8.

1. Ἀρχὴ — Θεȣ̃, ſupple ἥδε ἐςὶ, quod ſuppletur a Herodoto: Ἡροδότȣ — ἱςορίης ἀπόδεξις ἥδε. E.

2. Προσώπȣ. O. 34. α.

3. Φωνὴ ſc. ἐςὶ vel ἀκȣ́εται.

4. Ἐγένετο βαπτίζων, O. 26. α. Βάπτισμα μετανοίας, a) baptiſma cum poenitentia coniunctum; K. b) vel Genitivus, ut multis aliis in locis, denotat cauſſam finalem ſc. hoc ſenſu: docebat homines baptizandos eſſe, eo conſilio, ut ſimul de poenitentia agenda graviter admonerentur. Sic λειτȣργία τῆς πίςεως ὑμῶν Phil. 2, 17. explicanda eſt de *miniſterio, quod eo conſilio praeſtatur, ut vos* credatis. B.

5. Πᾶσα, πάντες. Hic particula univerſalis reſtringenda eſt. Non enim ſignificat *omnes* homines in Iudaea acceſſiſſe ad Baptiſtam, ſed *multos* paſſim ex tota Iudaea.

6. Ἐνδεδυμένος τρίχας καμήλου, indutus panno ex pilis cameli contexto, qvali tenuiores homines in Oriente vestiebantur.

7. Genitivus οὗ pendet a voce: ὑποδημάτων; vox αὐτοῦ abundat.

8. Ἐν abundat et circumscribit ablativum.

9. Ἐν ἡμέραις, tempore. J. Ἐγένετο. O. 34. γ. Εἰς pro ἐν. O. 27.

10. Σχιζομένους pro σχίζεσθαι, scindi s. scissione aperiri.

14. Παραδοθῆναι sc. εἰς φυλακήν. O. 39. Τῆς βασιλείας, de regno.

15. Ὅτι. O. 28. Ἤγγικεν, adest. Πιστεύειν ἔν τινι, sapit constructionem vocis הֶאֱמִין mediante praefixo ב. O. 39.

16. Ἐν pro εἰς.

19. Τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, sc. υἱόν.

21. Τοῖς σάββασιν, Sabbatho. O. 2. δ.

23. Ἐν h. l. significat *cum*, sicut apud Hebraeos praepositio ב.

24. Ἔα, ah, vah, respondet hebraico הָאָח. Τί ἡμῖν καὶ σοὶ sc. πρᾶγμά ἐστι, qvid nobis tecum est negotii.

26. Σπαράσσω, h. l. vehementer concutio, distorqveo, respondet τῷ Hebraeorum גָּעַשׁ, Ier. 4, 19.

27. Ὥστε συζητεῖν πρὸς αὐτούς, ut mutuo inter se qvaererent. Infinitivus, qvia ὥστε praecedit, habet vim subiunctivi.

28. Ἀκοὴ αὐτοῦ, fama de illo. J.

32. Δύνω vel δῦμι, δύω, occido, Aor. 2. ἔδυν.

34. Ἤφιε, Aor. 2. verbi ἀφιέω.

35. Ἔννυχον (χρόνον,) tempore nocturno; ἔννυχον λίαν, multa adhuc nocte. Ἀναστὰς. O. 34. δ.

37. Ὅτι. O. 28.

38. Ἄγωμεν ſc. ἑαυτὲς, abeamus. Κωμόπολις, oppidulum, vicus oppidi aemulus.

39. Εἰς, propter. Εἰς ὅλην pro ἐν. Ἦν κηρύσσων. O. 26. α.

40. Ὅτι. O. 28.

43. Ἐμβριμάομαι, h. l. interminor, ſevero vultu praecipio.

44. Αὐτοῖς, contra eos.

45. Ἤρξατο. O. 26. β. Λόγος, res, vel hiſtoria ſanationis.

CAP. II.

Confer notata ad Matth. Cap. 9. et 12.

1. Δι' ἡμερῶν ſc. τινῶν, poſt aliquot dies. Εἰς pro ἐν.

2. Χωρεῖν ſc. αὐτὲς. Τὰ πρὸς τὴν θύραν ſc. ὄντα μέρη, loca, qvae erant ad oſtium.

3. Τεσσάρων ſc. ἀνδρῶν.

5. Ἀφέωνται, attice pro ἀφεῖνται, remiſſa ſunt.

7. Τί pro διὰ τί, cur, quare?

12. Ὅτι. O. 28. Οὕτως (τι), ita aliqvid, ſ. qvidqvam tale.

14. Λευὶ, Levi, filius Alphaei, cognomine Matthaeus. E. B. N. V. III. p. 606.

15. Ἐγένετο. O. 34. γ. Ἐν τῷ κατακεῖσθαι. O. 38. cum autem multi in eius aedibus una coenarent, atqve etiam multi portitores.

16. Τί pro διὰ τί, qvare?

17. Ἰσχύοντες, bene valentes. O. 1.

18. Ἦσαν νηστεύοντες, pro ἐνήστευον, ieiunare solebant. O. 26. α.

19. Υἱοὶ. J. Νυμφὼν, sponsi et sponsae conclave, υἱοὶ νυμφῶνος, sodales sponsi, qvibus in conclave sponsi patet aditus.

20. Ἡμέραις. J.

21. Αἴρει (sc. ἑαυτὸ) (ἀπὸ) τοῦ παλαιοῦ. Vid. notata ad Matth. 9, 16. Πλήρωμα, supplementum.

23. Σάββασι, sabbatho. O. 2. δ. Διὰ, iuxta. Ἤρξαντο. O. 26. β. Ὁδὸν ποιεῖν, ex Latinismo h. l. significat: *iter facere;* Graecis notat *aperire viam impedimentis remotis.* Sed ὁδὸν ποιεῖσθαι illis est: *viam ingredi, iter facere.* Kr.

26. Ἐπὶ Ἀβιάθαρ, a) tempore Abiatharis. Statuendum est eodem tempore binos fuisse pontifices, Abimelechum sc. patrem, et Abiatharem instar vicarii, b) praesente et factum probante Abiathare. R. c) in ea parte librorum Samuelis, qvae historiam Abiatharis continet. Ita Celeb. Michaelis ex more Rabbinico libros V. T. citandi explicat.

27. Διὰ, propter.

CAP. III.

Confer notata ad Matth. Cap. 10. et 12.

2. Παρατηρέω, curiose et sollicite observo vel bono vel malo animo, h. l. insidiose observo.

3. Ἔγειραι, surgens procede.

4. Ψυχὴ, homo. J.

5.

5. Ἐπὶ, propter. Ἡ πώρωσις, induratio i. e. inscitia rerum divinarum coniuncta cum animi contumacia.

9. Προσκαρτερέω, praesto sum.

10. Ἐπιπίπτω, irruo; ἐπιπίπτειν τινὶ, est *amplecti*, *occurrere*, *incidere vel amanter vel hostiliter*. Ἡ μάστιξ, flagellum, *metaph.* poena a Deo nobis inflicta, morbus.

11. Προσέπιπτεν sc. πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ. Dicuntur hic immundi spiritus fecisse id, qvod eorum impulsu faciebant obsessi.

14. Ποιέω, constituo.

17. Βοανεργὲς, est cognomen duorum filiorum Zebedaei Syriacum בְּנֵי רְגַשׁ, denotat filios tonitru i. e. tonantes. Vid. J. in voce υἱός.

18. Κανανίτης a קַנָּא, Zelotes. Vid. not. ad Matth. 10, 1—4.

20. Ἄρτον φαγεῖν, comedere. *Hebr.*

21. Οἱ παρ' αὐτοῦ sc. ὄντες, a) qvi una cum eo sc. Christo in domo aderant sc. apostoli. Kr. b) Monente V. C. Loesnero in Observatt. ad N. T. e Philone sunt οἱ παρ' αὐτοῦ, propinqvi sc. mater et fratres Christi. Scripsisset enim Marcus οἱ παρ' αὐτῷ si intelligi eos voluisset, qvi in domo aderant sc. apostoli. Κρατέω h. l. in officio contineo, αὐτὸν. sc. ὄχλον. Kr. Ὅτι. O. 28. Ἐξίστημι, de statu mentis deiicio. Aor. 2. habet significationem intransitivam. O. 25. Ἐξέστη sc. ὄχλος. S. V. Ernestius praefert lectionem περὶ αὐτοῦ pro παρ' αὐτοῦ et post ἀκούσαντες οἱ supplet Φαρισαῖοι (V. B. Vol. VIII. p. 20.) hoc sensu: cum audirent qvi-

 dam

v. 5. Verba ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη non leguntur apud Bezam; cum eo facit V. C. Griesbachius.

dam (sc. Pharisaei) de eo, egressi sunt, ut eum comprehenderent; dicebant enim, illum insanire sc. Christum.

26. Ἀνίστημι, excito; ἀνέστην, surgo. O. 25. h. l. insurgo contra aliqvem hostili animo. I. Vid. notata ad Matth. 12, 24—32.

29. Κρίσις pro κατάκριμα, condemnatio.

CAP. IV.

Confer notata ad Matth. Cap. 8. et 13.

2. Ἐν τῇ διδαχῇ, qvum doceret.

10. Καταμόνας, solum, seorsim, h. l. ut et alias plerumqve commodius vertitur per nomen *solus*. Vid. Heupelii Annot. ad h. l.

11. Τοῖς ἔξω sc. οὖσι, qvi foris sunt, a) qvi a Christi disciplina erant extranei, qvi audiebant qvidem eum, non autem seqvebantur, nec in eum credebant; b) qui ad interiorem Christi notitiam nondum erant admissi, sicut apostoli. Kr.

12. Ἵνα eventum notat. O. 29.

15. Οὗτοί εἰσιν οἱ παρὰ τὴν ὁδὸν sc. σπαρέντες ἀγροὶ, hi sunt agri ad viam consiti i. e. hi significantur per agros ad viam consitos.

21. Ἔρχεται, adfertur.

27. Καὶ καθεύδῃ καὶ ἐγείρηται, dormiat aut expergiscatur s. surgat. Νύκτα καὶ ἡμέραν, noctu et die. Ὡς οὐκ οἶδεν αὐτὸς, ita ut ipse nesciat. Hoc loqvendi genere securitas indicatur agricolae, qvi semente facta minime dubitat, qvin semen germinet. Sensus esse videtur, *Christum a facta semente ad messis tempus agro i. e. ecclesiae aspectabili sua praesentia non adfuturum.*

28. Ἀυτόματος, η, ον, ex ſe ipſo aliqvid faciens. Dicitur de eo, qvod ſponte a terra naſcitur, nec humanae curae et induſtriae debetur. Ἀυτομάτη pro ἀυτομάτως, ultro. Adiectiva enim apud Graecos ſaepiſſime partes adverbiorum agunt.

29. Παραδῷ, ſc. ἑαυτὸν, exhibeat ſe. Παρέστηκεν, adeſt. O. 25.

33. Ἀκέειν, idem qvod βαςάζειν, Ioh. 16, 12. h. e. auditorum captui ſe accommodavit, ita, ut parabolas ſuas aeqvo animo audirent, neqve ſermonem eius (qvod Ioh. 6, 60. factum eſſe narratur) ut intolerabilem averſarentur.

36. Ὡς ἦν, a) ita ut eſſet in navi. K. b) in eodem habitu, ut tum erat i. e. feſtinanter. W.

41. Ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν, magnopere timuerunt. O. 38.

CAP. V.

Confer notata ad Matth. Cap. 8. et 9.

1. Εἰς τὸ πέραν (ſc. χεῖλος) Γαδαρηνῶν. Gadarenorum regionem vocat Marcus et Lucas, qvam Matthaeus Gergeſenorum. Gadara et Gergeſa erant oppida adeo vicina, ut, cum in Gergeſenorum regionem venit Chriſtus, etiam in Gadarenorum veniſſe recte dicatur.

2. Ἐν, cum.

7. Ὁρκίζω, adiuro (εἰς) τὸν θεὸν. Vid. notata ad Matth. 8, 28—34.

14. Ἐις pro ἐν.

19. Ὀυκ ἀφῆκεν ἀυτὸν, non permiſit illi, ſc. εἶναι μεθ᾽ ἀυτȣ̃.

23. Ἐσχάτως ἔχει sc. ἑαυτὸ, pessime habet i. e. in summo mortis periculo versatur. Ὅτι abundat.

28. Ὅτι abundat. Κἂν pro καὶ ἐὰν, dummodo.

29. Πηγὴ αἵματος, omnem scaturiginem Hebraei fontem appellant. Cf. Lev. 12, 7.

30. Δύναμις, miraculum.

34. Εἰς pro ἐν.

35. Σκύλλω, vexo, fatigo. Commode etiam σκύλλειν per μεταπέμπεσθαι, *arcessere* exponi potest, hoc sensu, ne arcessas, ne iubeas venire. Vid. S. V. Ernesti de recte usu Glossar. p. 20.

41. Ταλιθὰ κοῦμι, puella, surge. Sunt verba Syriaca.

42. Ἐξέστησαν ἐκστάσει μεγάλῃ, vehementer obstupuerunt. *Hebr.* O. 38.

43. Εἶπε, iussit. J.

CAP. VI.

Confer notata ad Matth. Cap. 10. et 14.

1. Πατρὶς, locus nativitatis vel educationis h. l. Nazareth.

2. Διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ i. e. per illum. J.

3. Ἀδελφὸς, cognatus. J.

4. Ὅτι abundat.

5. Ἠδύνατο, hoc verbum potestatis pro verbo molestiae accipitur h. e. difficulter et cum taedio qvasi miracula ibi fecit, pertaesus infidelitatis Nazarethanorum. D. O. 13.

7. Ἤρξατο. O. 26. β. Δύο, δύο, bini. Adiectivum numerale ad exemplum hebraei sermonis geminatur

natur ad designandam distributionem. O. 32. Τῶν πνευμάτων, in spiritus. Vid. notata ad Matth. 10, 5—15.

14. Ἡρώδης, Antipas, Herodis Magni filius. Ὅτι abundat. Ἐν, per. Ἐνεργέω, vim exsero.

16. Ὃν — Ἰωάννην, pro Ἰωάννης. Relativum pronomen qvandoqve antecedens nomen in suum casum pertrahit, et id sibi subiunctum habet.

17. Ἀποστείλας sc. ὑπηρέτας. Ἐκράτησε, ἔδησεν, comprehenderat, vinxerat. O. 23. Vid. notata ad Matth. 14, 1—12.

19. Ἐνέχω, infensus sum. W. insidior. Kr.

25. Ἐξ αὐτῆς sc. ὥρας, hac ipsa hora, protinus.

27. Ὁ σπεκουλάτωρ, speculator, miles carnifex.

31. Κατ᾽ ἰδίαν (χώραν,) seorsim. Vid. notata ad vocem καταμόνας, Marc. 4, 10.

33. Πεζῇ sc. ὁδῷ, terrestri itinere.

39. Συμπόσιον, convivium, societas convivarum. Repetitio ex hebraismo distributionem notat, συμπόσια, συμπόσια, per sodalitates. O. 32.

40. Πρασιαὶ, πρασιαὶ, per singulas areas, areolatim.

52. Ἐπὶ τοῖς ἄρτοις, post hoc, qvod paullo ante panibus acciderat. Elegans usus est praepositionis ἐπὶ cum Dativo, qvo denotat *post* et recens aliqvod factum indicat: ne nunc qvidem intelligebant miraculosam Christi potentiam, qvum, qvod paullo ante panibus acciderat, vidissent. Kr.

CAP.

CAP. VII.

Confer notata ad Matth. Cap. 15.

2. Κοινὸς, impurus. J. Non intelligendae sunt manus simpliciter *impurae* vel *pollutae*, sed per lotionem non purificatae et qvasi sanctificatae.

3. Ἡ πυγμὴ, pugnus; πυγμῇ pro ἐν πυγμῇ, freqventer, crebro.

4. Ἀγορὰ, a) forum; supple γενόμενοι, vel ὅταν ἔλθωσι. Sic βαπτιζόμενος ἀπὸ νεκρȣ̃. Sir. 34, 27. est, qvi se lavat reversus a mortuo curando. Vid. Loesneri. V. C. Observatt. e Philone ad h. l. b) *metaph.* res venales in foro, qvae ad victum pertinent. Kr.

5. Περιπατέω, gero me, vitam instituo. J. Ἐσθίειν ἄρτον, comedere, *ex Hebr.*

9. Καλῶς ἀθετεῖτε, a) pulchre abrogatis mandatum Dei. Ironice. Kr. b) rectene violatis? K.

10. Θανάτῳ τελευτάτω, morte mulctetur, *Hebr.* O. 38.

11. Ἐὰν ἄνθρωπος, si qvis. J. Vid. notata ad Matth. 15, 4.

12. Ποιέω, praesto, est pro ἀγαθοποιέω, observante Grotio.

13. Ἧι παρεδώκατε, qvam tradidistis. O. 11.

15. Κοινόω, polluo. J.

18. Οὕτω, itane? adeone?

22. Ἡ ἀσέλγεια, lascivia, protervia, a Σέλγη, urbe Pamphyliae, ubi boni valebant mores. Ὀφθαλμὸς πονηρὸς, respondet hebraico עַיִן רָע et denotat *invidiam*.

24.

v. 5. Griesbachius lectionem κοιναῖς praefert communiori ἀνίπτοις.

24. Ἀναςὰς. O. 34. γ. Ὁ, ἡ μεθόριος, conterminus, μεθόρια ſc. μέρη, in partes Tyri et Sidonis conterminas, ſ. in regionem inter has urbes, ſex milliaribus ab invicem diſtantes, interiectam.

25. Αὐτῆς. O. 34. β.

26. Ἑλληνὶς, plerumqve nomen religionis eſt, non regionis. Qvicunqve enim Iudaiſmum non profitebantur, Iudaeis Ἕλληνες dicebantur, et totus mundus ab his dividebatur in Ἕλληνας et Ἰȣδαίȣς. Idem ergo in libris ſacris Ἕλλην et Ἐθνικος, Act. 14, 1. 5.

31. Ἀνὰ μέσον τῶν ὁρίων, inter medios fines. D. Γαλιλαίας, Galilaea inferior intelligenda eſt, cum Galilaea ſimpliciter commemoratur.

32. Φέρȣσιν. O. 17. Μογιλάλος, difficulter loqvens, h. l. idem qvod ἄλαλος, reſpondet hebraico אִלֵּם, Eſ. 35, 6. E.

33. Κατ᾽ ἰδίαν, ſeorſim, Chriſtus ſc. hunc miſerum hominem ſeorſim collocavit, ut e regione reliqvorum ſtaret, ſicqve reliqvis omnibus ac ſingulis in conſpectu eſſet.

34. Ἐφφαθὰ, te ipſum aperi, *vocab. ſyriac.*

36. (Καθ᾽) ὅσον αὐτοῖς διεςέλλετο μᾶλλον, qvanto magis illis praecepit ſc. nemini dicere. (Comma aptius ponitur poſt vocem μᾶλλον, qvam ante illam.) Περισσότερον, pro τοσȣ́τȣ περισσότερον, tanto magis. K.

CAP. VIII.

Confer notata ad Matth. Cap. 15. et 16.

3. Ἐκλύω, enervo; ἐκλύομαι, deficio, pereo.

6. Εὐχαριςέω, h. l. preces recito. Ἄρτον κλάσαι, panem diſtribuere. O. 40.

7. Εἶπε, iuffit.

10. Δαλμανεθὰ, Matth. 15, 39. legitur pro Dalmanutha Magdala. Vicinae fuerunt hae civitates, in cuius utriusqve loci fines Chriſtus veniſſe dicitur, qvia locus, in qvem venit, utriqve loco vicinus erat. W.

12. Ἀναστενάζω, ingemiſco. O. 2. ιγ. Εἰ ponitur pro οὐ poſt formulam iurandi vel aſſeverandi, reſpondet particulae אִם, qva Hebraei utuntur in formulis iurandi ellipticis. J.

15. Βλέπω, ſedulo caveo mihi.

16. Ὅτι ἄρτους οὐκ ἔχομεν, qvoniam panes non habemus, *ſc. haec dicit.*

19. Εἰς, inter.

20. Σπυρίδων πληρώματα, ſportae plenae. O. 5. γ.

22. Φέρουσιν — παρακαλοῦσιν. O. 17.

25. Ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι, fecit, ut attolleret oculos. Τηλαυγῶς, clare; Heſychius exponit λαμπρῶς.

31. Μετὰ, h. l. intra. Sic Gen. 40, 20. μεθ' ἃς, intra qvas.

32. (Ἐν) παῤῥησίᾳ, aperte, libere.

33. Ὕπαγε ὀπίσω μου, abi poſt me i. e. e conſpectu meo, qvae verba ſunt increpantis, et repellentis. Σατανᾶ, qvi adverſaris mihi. Kr. Quidam volunt Chriſtum per metaphoram qvandam vocaſſe Petrum Satanam ſ. Diabolum, qvia Satanicum conſilium, Dei voluntati e diametro contrarium, ſuppeditaſſet. Vid. Heupel. ad Marc. p. 194. Τὰ τοῦ θεοῦ ſc. πράγματα, non ſtudes rebus divinis, non ſunt tibi ea curae cordiqve, qvae Deo placent.

34. Ὀπίσω μου ἐλθεῖν, me ſeqvi. O. 39.

35. Ψυχὴ, vita. J. Vid. notata ad Matth. 10, 39. et 16, 25.

CAP.

CAP IX.

Confer notata ad Matth. Cap. 16. et 17.

1. Γεύσονται θανάτε, morientur. V. *Hebr.* Ἐληλυθυῖαν pro ἐληλυθέναι, donec viderint venisse. Ἐν, cum.

2. Μεθ' ἡμέρας ἕξ, Lucas IX, 28. dicit spatium circiter octo dierum fuisse. Non contemnendum, qvod Grotius notat: Lucam hic non voluisse exacte designare spatium temporis interlabentis, et qvod dicit ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτὼ tale esse, qvale cum vulgo dicimus, post septimanam circiter. Nam Iudaeos octo dies appellasse id, qvod ab uno Sabbatho est ad alterum, apparere ex Ioann. 20, 26. et. Ioseph. Antiqvit. VII, 9. cum dixisset ἐπὶ ἡμέρας ὀκτὼ, statim explicare ἀπὸ σάββατε ἐπὶ σάββατον.

3. Στίλβω, splendeo.

5. Καὶ ποιήσωμεν, faciamus igitur.

6. Ἤδει, pro εἰδήκει.

8. Ἐξάπινα, repente. Ἀλλὰ, nisi.

10. Τὸν (τἒτον) λόγον, illam rem. J. Κρατέω, teneo. Τὸ, illud. O. 6.

11. Ὅτι (διὰ τί) λέγεσιν, qvare dicunt? Ὅτι. O. 28. Πρῶτον pro πρότερον, prius, antea.

12. Ἀποκαθισᾷ *praes:* ab ἀποκαθισάω, restituere debet. O. 24. Καὶ πῶς γέγραπται, a) et etiam hoc (docere debet) scriptum scilicet esse; b) Schöttgenio πῶς non est particula interrogationis, sed encliticia. *Sens:* Elias qvidem venire debet: et scriptum est *quoque* — verum dico vobis. Ἐπὶ, de. Ἵνα. O. 29.

15. Ἐξεθαμβήθη, a) obstupuit. Forte qvod videret in vultu Iesu paullo ante transfigurati reliqvos adhuc aliqvos maiestatis radios, sicut Mosis facies, post

Dei

Dei colloqvium cum ipſo, ita lucida erat, ut radios luminis vibraret. Vid. Heupelii Annot. b) populus, qvi Ieſum ex improviſo venientem videbat et gaudio et expectatione commotus accurrit, qvem finem nunc res habitura ſit, multo cum affectu expectans. Ἐκθαμβεῖσθαι h. l. exprimit affectum ex re improviſa ortum. Poſterior interpretatio priori praeferenda eſt ob interdictum Ieſu v. 9. relatum.

17. Πνεῦμα ἄλαλον, ſpiritus qvi hominem obſeſſum reddit mutum.

18. Ῥήσσει, a) clamare facit. Cf. Ieſ. 54, 1. Olear. b) diſtorqvet. K. vid. notata ad Matth. 17, 14 — 17.

23. Τὸ pro τȣ̃το, hoc, ſi potes credere.

25. Τὸ πνεῦμα. *Nominat. pro Voc.*

28. Ὅτι pro διὰ τί?

29. Ἐν, per.

30. Παραπορεύομαι, proxime praetereo. Multum ſcilicet differunt loqvendi formulae παραπορεύεσθαι διὰ τόπȣ τινὸς et παραπορεύεσθαι διὰ μέσȣ τόπȣ τινός, de qva re vide Kr. Obſervatt. Flav. p. 128.

37. Ἐπὶ τῷ ὀνόματί μȣ, mei cauſſa. Οὐκ ἐμὲ δέχεται (μόνον) ἀλλά. G.

38. Τῷ ὀνόματί σȣ, in nomine tuo i. e. te invocato, factaqve per nomen tuum adiuratione.

41. Ἐν τῷ ὀνόματί μȣ, mei cauſſa.

42. Περίκειμαι, circumponor.

47. Εἰς τὴν γέενναν τȣ̃ πυρὸς, in gehennam i. e. ignem eius. O. 8. α. B.

49. Πᾶς (refer ad v. 42. et ſupple: ὃς ἂν σκανδαλίσῃ τινὰ vel ἑαυτὸν v. 43. 45. 47.) Πυρὶ, ignis cauſſa, vel ad ignem, ut eum ſc. facilius capiat, ſalietur (igne et ſale ut urbs Sodomorum obruetur.) Καὶ h. l. ſicut. E. B. N. Vol. III. p. 608.

CAP.

CAP. X.

Confer notata ad Matth. Cap. 19. 1—30. et Cap. 20, 18—28.

1. Διὰ τȣ͂ (μέρȣς) πέραν τȣ͂ Ἰορδάνȣ ὄντος, per regionem, qvae eſt trans Iordanem i. e. Peraeam.

2. Ἐι ἔξεςι, num liceret. O. 21. α.

5. Πρὸς, propter.

6. Ἀυτȣ̀ς, ſc. homines. Ad imitationem lingvae hebraeae pronomen relativum adhibetur, aliqvid tanqvam antecedens, qvod tamen non apparet, reſpiciens. Eodem modo Cap. 9, 44. 46. 48. σκώληξ ἀυτῶν dicitur. Vide notata ad Matth. 19, 1—9.

11. Ἐπ᾽ ἀυτὴν, contra illam, qvam repudiat.

18. Τί pro διὰ τί, quare?

19. Ἀποςερέω, damno afficio.

21. Ἀγαπάω, h. l. ſignum amoris et approbationis do, blande cum aliqvo ago. Cf. 2 Paralip. 18, 2. Pſ. 38, 36. E. B. N. Vol. IV. p. 184.

26. Καὶ, itaqve, igitur. Praeponitur καὶ iis interrogationibus, qvae cum aliqva admiratione fiunt. Latinis etiam hoc non inſolens v. c. Virgil. Ecl. 10, 28. *Et qvis erit modus.*

30. Μετὰ, a) inter; b) poſt, i. e. ſuperatis calamitatibus.

33. Ὅτι. O. 28.

35. Θέλω, opto.

37. Εἷς, εἷς, alter, alter. J.

42. Δοκȣ͂ντες ἄρχειν, imperantes. O. 26. β.

51. Ῥαββονὶ, magiſter. Eſt vox ſyriaca.

CAP.

Cap. 10, 51. Pro Ῥαββονὶ optimi et plurimi Codd. legunt Ῥαββȣνί.

CAP. XI.

Confer notata ad Matth. Cap. 21. 1—27.

3. Ὧδε, huc.

4. Τὸ ἄμφοδον, bivium.

8. Ἡ ςοίβας, frons.

13. Ὀυ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων. Καιρὸς (εὔφορος) a) annus ferendis copiose ficubus opportunus; b) neqve enim erat tractus locusve ficuum ferax. Kr. Qvae Wolfius in Curis ad h. l. variis interpretum sententiis addit, notatu dignissima mihi videntur. Existimo, inqvit, Dominum nostrum vere expectasse ex arbore ista fructus. Esuriens enim accedebat ad istam v. 14. Poterat etiam ita augurari ex foliis, non repugnante tempore, eo qvod usu venire solebat, ut ficus qvacunqve anni tempestate ex arboribus nonnullis penderent. Persvasio autem illa frustrata fraudi non est omniscientiae Christi, alias luculentis exemplis probatae: sed indicio potius est, Dominum eo tempore usu eius se abdicasse, qvod non minus facere poterat, qvam idem permisit, ut fame afficeretur. Consilium autem Christi erat, (ut Loesnerus V. C. in Observatt. e Philone ad h. l. monet,) docere apostolos, qvantas res facere possent ii, qvi pleni essent fiduciae.

22. Πίςις θεῦ, fides in Deum.

CAP. XII.

Confer notata ad Matth. Cap. 21, 33—46. et Cap. 22, 15—46.

1. Ὑπολήνιον, torcular.

2. Τῷ καιρῷ, iusto tempore, qvo fructus maturi erant.

4.

Cap. 11, 10. Voces ἐν ὀνόματι recte omitti censet Griesbachius.

4. Κεφαλαιόω, h. l. in capite vulnero. Ἔσχατον, ultimo.

6. Ὅτι abundat.

12. Πρὸς αὐτὲς, contra illos.

13. Ἀγρεύω, irretio, capio. 24. 26.

24. Ὀυ, nonne.

26. Ἐπὶ τῆς βάτε, a) in historia rubi ardentis. Ἐπὶ est formula citantis. b) Ἐπὶ τῆς βάτε, ὡς ἐ͂ιπεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, qvomodo in rubo locutus sit cum illo Deus. Particula ὡς postponitur, uti ἑκάςῳ ὡς, Rom. 12, 3. K.

32. Ἐπ' ἀληθείας pro ἀληθῶς, vere.

34. Νενεχῶς, prudenter.

36. Ἐν, per; ἐν τῷ πνεύματι ἁγίῳ, impulsu Spiritus sancti.

38. Θέλω, summa cum cupiditate expeto, G. re aliqva delector. K. Στολὴ, vestis longior. Proprie tunica mulierum manicata et ad talos demissa. F.

40. Προφάσει, ad speciem faciunt precationes longas. Κρῖμα, poena.

41. Γαζοφυλάκιον, aerarium, cista qvae pecuniam sacram custodit. Vocabulum tantum in versione Alexandrina obvium. Ὁ χαλκὸς, aes, pecunia. Λεπτὸν, sc. νόμισμα, octava pars assis, obolus. Κοδράντης, qvarta pars assis.

44. Ὁ βίος, opes, facultates.

CAP. XIII.

Confer notata ad Matth. Cap. 24. et 25.

1. Ποταπὸς, qvalis et qvantus.

2. Ὀυ μὴ ἀφεθῇ, non relinqvetur.

4. Συντελέω, perficio. Μέλλη. O. 26. β.

Cap. 12, 28. 29. Πασῶν, ubi legendum πάντων. Gr.

6. Ἐπὶ τῷ ὀνόματί μȣ, ſub praetextu nominis mei.

7. Τὸ τέλος ſc. πάρεςι, ſed nondum finis adeſt.

9. Δαρήσεσθε, caedemini, *fut. 2. ind. P.* a δέρω. Σταθήσεσθε, cauſſam dicere vos oportet apud praeſides. F. Ἐις μαρτύριον αὐτοῖς, in teſtimonium contra illos.

11. Ἄγω, h. l. ad ſupplicium duco, ſupple εἰς κρῖμα. Μελετάω, meditor. Eleganter μελετᾷν dicitur de iis, qvi praeparati ad dicendum prodeunt. Ὑμεῖς (μόνον) G.

16. Ἐις pro ἐν.

19. Θλίψις, erunt adflictio, *pro:* erit in diebus illis adflictio. Sic hebraice Gen. 41, 29. *Septem anni erunt ſaturitas in Aegypto.* O. 5. β. Ἧς. O. 11.

27. Ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, a qvatuor mundi plagis, unde ſpirant venti cardinales.

34. Ἀπόδημος, ȣ, ὁ, ἡ, peregre proficiſcens.

CAP. XIV.

Confer notata ad Matth. Cap. 26.

3. Νάρδȣ πιςικῆς, nardi non adulteratae, alabaſtrum plenum ungventi ex nardo confecti. Συντρίβω, h. l. refringo. Hoc autem de refracta ſuperiore parte colli lagenulae intelligendum eſt, ſc. de orificio obſignato, qvod ſignum erat genuini et foris advecti ungventi. Kr. Κατὰ, in. Ὄντος αὐτȣ̃, cum eſſet in Bethania. Participium ὢν *praeteriti* ſignificationem qvandoqve aſſumit; fit haec enallage, qvando Participium per verbum et particulam *cum* explicandum eſt; in narrationibus ſc. rerum factarum Gl. p. 354.

7. Μεθ' ἑαυτῶν, vobiscum, pro μεθ' ὑμῶν. Ἑαυτȣ non modo de tertia, ſed etiam de prima et ſecunda perſona dici ſolet. F.

8. Προλαμβάνω, anticipo.

12. Τῇ πρώτῃ, pro προτέρᾳ, die ante feſtum Paſchatos. E. Τὸ πάσχα, h. l. agnus paſchalis. G. Ἔθυον, mactare ſolent. O. 24.

13. Κεράμιον (ἀγγεῖον) ὕδατος, amphora aqva plena.

14. Ὅτι. O. 28.

15. Ἀνώγεον (ἀνώγαιον ſcribi debet. E.) ἐστρωμένον, coenaculum, ubi lecti ſtrati erant.

19. Εἷς καθ' εἷς, unusqvisqve ſigillatim. Eſt vox helleniſtica.

27. Ὅτι. O. 28.

31. Ἐκ περισσȣ pro περισσῶς, multo magis.

36. Ἀββᾶ, vox Syriaca, ὁ (ἐστὶ) πατὴρ. Πατὴρ eſt interpretatio alterius, ἀββᾶ.

41. Ἀπέχει, ſufficit, ſatis eſt. Cf. Num. 16, 3. Ἐχέτω ὑμῖν, pro qvo v. 7. ἱκανȣ́σθω ὑμῖν. Kr.

44. Σύσσημον, ſignum. Ἀσφαλῶς, a) tuto. Reſpondet hebraico לָבֶטַח. Kr. b) caute, ſ. magna cum attentione ne elabatur. Cf. Act. 17, 23. ubi cuſtos carceris iubetur ἀσφαλῶς τηρεῖν, i. e. diligenter obſervare captivos. W.

45. Καταφιλέω, oſculor. O. 2. γ.

49. Ἀλλ' (τȣτο γίνεται,) ἵνα.

51. Ἡ σινδὼν, ſindon, linteum ſubtile i. e. pallium e lino ſubtiliter textum. F. Γυμνὸς, parum veſtitus.

Cap. 14, 15. Ἕτοιμον, iudice S. V. Erneſtio, recte omittitur. B. N. V. IV. p. 38.

tus, e. g. ſolo induſio indutus. J. Ἐπὶ γυμνȣ̃ ſc. σώματος. Οἱ νεανίσκοι, iuvenes h. l. milites. Sic apud Polybium νεανίσκοι ſunt milites et apud Livium iuvenes. Kr.

54. Πρὸς τὸ φῶς, ad lucem h. e. ad ignem, qvia una cum calore lucem praebet. G.

56. Ἴσαι μαρτυρίαι, a) teſtimonia idonea, ſufficientia ad Chriſtum capitis damnandum. K. Hanc explicationem probavit atqve exornavit Vir Doctiſſimus S. V. Rehkopfius. b) teſtimonia convenientia, ſ. ſibi conſtantia. W.

65. Ῥάπισμα, alapa. F. P. III.

66. Καὶ ὄντος, cum eſſet. Vide notata ad v. 3.

72. Ἐκ δευτέρȣ ſc. μέρȣς, ſecunda vice. Tȣ̃ ῥήματος, ȣ̃. O. 11. Ἐπιβαλων, a) ſc. ἱμάτιον, et ſuperiniiciens veſtimentum. Cf. Eſth. 6, 12. אָבֵל וַחֲפוּי רֹאשׁ, contriſtatus et opertus capite. Kr. b) alii ἐπιβάλλειν vertunt *incipere;* non ſolum verborum Chriſti recordatus eſt, ſed coepit etiam flere. K.

CAP. XV.

Confer notata ad Matth. Cap. 27. 1—61.

1. Πρωῒ, mane, matutinum tempus.

6. Κατὰ ἑορτὴν, ſingulis feſtis i. e. qvolibet feſto Paſchatos. Ἀπέλυεν, dimittere ſolebat. O. 24.

7. Συςασιαςὴς, ſocius ſeditionis.

9. Θέλετε (ἵνα) ἀπολύσω, vultisne ut dimittam.

11. Μᾶλλον ſimpliciter ponitur, et tamen oppoſitio tacite fit: potius Barrabam qvam Ieſum h. e. Barrabam et non Ieſum. Gl. 415.

14. Ποιέω, patro.

15. Τὸ ἱκανὸν (μέρος) ποιῆσαι, ſatisfacere. Eſt Latiniſmus. Kr. Τὸν Ἰησοῦν φραγελλώσας, poſtqvam Ieſum flagris caedi iuſſerat.

17. Περιτιθέασι (pro περιτιθεῖσι, Attice et Ionice,) αὐτῷ πλέξαντες ἀκάνθινον στέφανον, coronam ſpineam contextam illi imponebant.

23. Σμυρνίζω, myrrha imbuo.

26. Ἐπιγραφὴ erat tabula dealbata litteris atris ſcripta. Αἰτία, crimen, cauſſa ſupplicii.

28. Μετὰ, inter. Λογίζομαι, annumeror. Ἄνομος, ου, ὁ, ἡ ſceleratus.

29. Οὐὰ, vah! hem! Interiectio irridentis.

30. Κατάβα pro κατάβηθι, deſcende.

34. Ἐλωΐ eſt vox hebraica אֵלִי, Deus mi.

36. Γεμίσας (ἐξ) ὄξους. Γεμίζειν conſtruitur cum Genitivo, idqve vi Ellipſeos praepoſitionis ἐκ aut ἀπό. Suppletur Luc. 15, 16. Apoc. 8, 5.

37. Ἀφιέναι τὴν φωνὴν ab Alexandrinis Interpretibus adhibetur ad exprimendam hebraicam phraſin נָתַן אֶת־קוֹלוֹ. Genes. 45, 2. ubi denotat *clamare*.

35. Εἰς δύο ſc. μέρη.

39. Κεντυρίων, Centurio. Vox Latina a centum.

42. Προσάββατον, dies ſabbathum antecedens.

43. Βουλευτὴς, Decurio. Qvi Romae *Senatores*, ii in municipiis *Decuriones* dicebantur. E. Ἦν προσδεχόμενος pro προσεδέχετο, expectabat.

44. Εἰ pro ὅτι. Cum verbis commotionem qvandam animi indicantibus, ut admirationem vel indignationem, εἰ non ſolum ad exemplum hebraicae vocis אִם notat *qvod*, ſed etiam ex Graecorum conſvetudine pro ὅτι ponitur. Vid. Loeſneri Obſervatt. ad N. T. e Philone ad h. l.

46. Καθαιρέω est proprium hac de re verbum, ut apud Latinos, *refigere.*

CAP. XVI.

Confer notata ad Matth. Cap. 28.

1. Διαγίνομαι, interſum, h. l. finior: exacto intercedente ſabbatho.

2. Τῆς μιᾶς (ſc. ἡμέρας πρὸ) σαββάτων, primo die ante ſabbathum i. e. primo die hebdomadis. O. 2. δ. Μία ad imitationem vocis אחד ſignificat *primam.*

5. Εἰσελθοῦσαι, verte: intrare volentes, qvum in eo eſſent, ut introire vellent. Hac ratione, monente S. V. Rehkopfio, Marcus cum Matthaeo conciliari poteſt. Vid. eius programma Paſchale de anno 1775. Ἐν τοῖς δεξιοῖς ſc. μέρεσι, in dextra, ad dextram. O. 2. δ.

7. Καὶ τῷ Πέτρῳ, inprimis Petro. Cf. Ioſ. 2, 1. 1 Reg. 11, 1. Pſ. 18, 1.

8. Ἔχω, occupo.

9. Πρώτη (ἡμέρα πρὸ) σαββάτου, prima die ante ſabbathum i. e. prima die hebdomadis.

14. Ὕστερον, deinde. Thucydides μικρὸν ὕστερον dicit, Plutarchus ὀλίγον ὕστερον, qvum qvid volunt paullo poſt factum ſignificare.

15. Κτίσις, creatura. Apud Hebraeos בְּרִיָּה κατ' ἐξοχὴν notat hominem.

17. Γλῶσσαι καιναὶ, lingvae novae i. e. peregrinae, antea ignotae.

18. Αἴρω, tollo e medio, aufero. Θανάσιμος, ὁ, ἡ et θανάσιμος, ίμη, ον, mortifer, lethalis.

19. Οὖν, vero, h. l. ad exemplum particulae לָכֵן tranſitioni inſervit.

HYPO-

HYPOMNEMATA

IN

EVANGELIUM LUCAE.

HYPOMNEMATA
IN
EVANGELIUM LUCAE.

CAP. I.

1. Ἐπιχειρεῖν, de conatu vano et inepto multi intellexerunt, unde colligerent, Lucam de Pſeudo-Evangeliſtis loqvi, ſed eſt *rem aggredi.* O. 26. β. Πληροφορέω, plenam fidem facio. Διήγησις περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων, καθὼς παρέδοσαν, hiſtoria earum rerum, qvae nobis ſunt compertiſſimae, ex illorum narratione. —

2. Ὑπηρέται τοῦ λόγου, a) miniſtri rei narratae; b) miniſtri filii Dei. W. Prior ſententia praeferenda eſt, qvoniam reliqva omnia ſc. a verſu 1—4. ad graecam elegantiam ſunt compoſita. Παρακολουθέω ἀκριβῶς, diligenter examino, accurate diſco. Καθεξῆς, ſerie perpetua. Ἄνωθεν, a principio. Κράτιστος, optimus; eſt epitheton amoris. Ὁ Θεόφιλος, a) Theophilus: *nomen proprium.* Si appellativum vel fictum fuiſſet, non additurus erat Lucas elogium κράτιστος, nec nomen ipſum duobus in locis repetiturus, praeterea Theophili nomen ea aetate fuit freqventiſſimum.

mum. W. b) Dei amator. Adſerit Buxtorf. in catelectis C. 140. nomen Θεοφίλȣ non proprium eſſe, ſed appellativum, et ab Evangeliſta omnibus in genere Chriſtianis attribui, qvemadmodum Patres Graeci in allocutionibus adhibuiſſent vocem φιλόχριςοι.

5. Ἐν ταῖς ἡμέραις, tempore. J. Ἐφημερία, claſſis. Ἐκ τῶν θυγατέρων, ex poſteris. J.

6. Ἐνώπιον τȣ͂ Θεȣ͂, iudice Deo, i. e. vere. O. 35. Πορεύομαι, vitam ago. J. Δικαίωμα, ſtatutum. J.

7. Προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις, reſpondet phraſi בָּאִים בַּיָּמִים. Gen. 18, 11. provecti aetate.

8. Ἐγένετο ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν, qvum is ſacerdotio fungeretur. O. 34. γ. et 38.

9. Ἱερατεία, functio ſacerdotalis. Ἔλαχε τȣ͂ θυμιάσαι, ſorte nactus eſt, ut thura adoleret.

10. Τὸ θυμίαμα, ſuffimentum, h. l. ipſa ſuffitum faciendi actio.

12. Φόβος ἐπέπεσεν, metus occupavit eum. *Hebr.* Cf. Genes. 15, 12.

13. Ὄνομα. O. 34. α. Ἰωάννης, יוֹחָנָן proprie eſt Θεὸς ἠλέησεν aut ἐχαρίτωσεν. Solet autem utrumqve verbum hoc apud Helleniſtas, ut et hebraeum illud, ſaepe ſignificare inſignis gaudii exhibitionem; qvare in verbis ſeqventibus nominis huius explicatio eſſe videtur.

15. Μέγας ἐνώπιον τȣ͂ Κυρίȣ, praeter modum et vere inſignis. O. 35. Σίκερα, vox indecl. hebr. שֵׁכָר, qvivis potus inebrians. Ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτȣ͂, a puero.

16. Ἐπιςρέφω, adduco. Κύριος, h. l. eſt Meſſias.

17. Ἐν

17. Ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίȣ, donis divinis, qvalia habuit Elias, inſtructus. (Ἐις τὸ) ἐπιςρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, ut conciliet animos parentum filiis, atqve adeo tollat diſſidia, qvae ex diverſitate ſectarum inter Iudaeos vigentium et ipſas qvoqve familias ſeparantium oriri ſolebant. Kr. b) efficiet, ut parentes cum liberis i. e. omnis aetatis et indolis homines reſipiſcant. Nam ἐπὶ ponitur pro hebraico עַל. Mal. 3, 24. Haec locutio eſt inſtar proverbii, ad multitudinem ſignificandam, ut Exod. 20, 5. 34, 7. Ἀπειθεῖς, rebelles, Deo non audientes, מוֹרִים. Ἐν pro εἰς, a) ἐν φρονήσει δικαίων, ad ſenſum piorum; b) ἐν, per, *ex hebr.* K.

18. Κατὰ, ex.

19. Παρεςηκὼς ἐνώπιον τȣ̃ θεȣ̃, miniſter Dei, qvi praeſens Deo famulor. *Hebr.* Cf. 2 Reg. 25, 19.

20. Ἀνθ᾽ ὧν, propterea qvod. Gl. Ph. p. 534. Ἐις O. 27.

21. Ἦν προσδοκῶν. O. 26. α. Ἐν τῷ χρονίζειν. O. 38.

23. Ἐγένετο. O. 34. γ.

24. Περιέκρυβεν ἑαυτὴν, domi ſe continuit.

25. Ὅτι. O. 28. Ἡμέρα. J. Ἐπεῖδεν ἀφελεῖν, benigne ſuſtulit. O. 20. Ἐπείδω reſpondet voci פָּקַד, reſpicio, beneficiis orno.

28. Χαριτόω, beneficiis orno. J. Μετὰ σȣ̃ ſc. ἐςὶ ſ. ἔςω. Ἐυλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, feliciſſima tu (ſc. es) inter mulieres i. e. prae mulieribus. *Hebr.* G. Ph. p. 41.

30. Ἑυρίσκω, conſeqvor. Reſpondet hebraico מָצָא. J.

32.

Cap. 1, 29. Ἰδȣ̃σα — ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτȣ̃. Haec verba recte omittuntur. E. B. N. IV. p. 39.

32. Συλλήψῃ sc. ἔμβρυον. Ὕψιστος respondet phrasi רָם וְנִשָּׂא Es. 57, 15. et voci עֶלְיוֹן, altissimus i. e. Deus. Κληθήσεται, erit. O. 15.

34. Γινώσκω. J. Ex hebraismo de concubitu adhibetur per εὐφημίαν.

35 Δύναμις ὑψίστου, filius Dei. Sic עֹז, potentia pro בֵּן Gen. 49, 3. Deut. 21, 17. usurpatur. Ἐπισκιάσει, obumbrabit. Monente S. V. Hirtio non alluditur ad chuppam Hebraeorum in nuptiarum solennitate eo fine adhibitam, ut, qvum sub dio fieret consecratio, umbram praestaret, sed ad ἐπισκιασμὸν templi. 1 Reg. 8, 10. Κληθήσεται, erit. O. 15.

36. Τὸ Γῆρας, senectus; γήρᾳ pro γήρατι, per syncopen τ eiicitur, et deinde fit contractio.

37. Ῥῆμα, res. Ου πᾶν pro οὐδὲν. O. 36. Est proverbium hebraicum לֹא יִפָּלֵא מִמְּךָ כָּל־דָּבָר.

39. Ἀναστᾶσα. O. 34. Ὀρεινὴν (χώραν). Εἰς πόλιν Ἰούδα, i. e. Hebronem. Hebron κατ᾽ ἐξοχὴν πόλις vocatur, sicut Romani *Romam*, Graeci *Constantinopolin* vocant *urbem*.

41. Ἐγένετο. O. 34.

42. Εὐλογημένος, foetus tuus *felix*, qvi honorem hunc habet, ut cum Deo coniungatur. Καρπὸς τῆς κοιλίας, filius. J.

44. Ἐν, cum exsultatione.

46. Μεγαλύνω, laudibus extollo. J. Ἡ ψυχή μου, uti נַפְשִׁי, est pronominis loco, *ego*.

49. Μεγαλεῖα sc. πράγματα, magnifica opera s. magna et inaudita beneficia. Ἅγιος, venerabilis. Ὄνομα. O. 34.

50. Εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν, in aetatem et aetatem h. e. in omnem aetatem. O. 32. β.

51.

51. Ἐποίησε, edere solet. O. 24. Τὸ κράτος, robur h. l. fortia facta. Βραχίων, robur. J. Διασκορπίζω, dispergo, h. l. perdo. Cf. Ps. 89, 11.

53. Πεινῶντες et πλουτοῦντες sibi invicem opponuntur; πεινῶντες ergo h. l. sunt *egeni*. O. 1. F. רְעֵבִים pauperes, Ps. 107, 36.

54. Ἀντιλαμβάνομαι, opem fero.

59. Ἐπὶ, secundum.

61. Ὅτι, atqvi tamen.

62. Τὸ, sc. hac de re. Cf. Luc. 9, 46. Τὸ non solum interrogationibus, sed unicuiqve sententiae proponitur, seqventemqve adeo sententiam indicat. Τί (ὄνομα).

63. Ἔγραψε λέγων, scripsit hunc in modum. Cf. 2 Reg. 10, 6.

64. Ἀνεῴχθη στόμα, facultas loqvendi reddita est. O. 40. Εὐλογέω, laudo. J.

66. Ἔθεντο ἐν τῇ καρδίᾳ, mente perpendebant et memoria retinebant. Respondet haec ῥῆσις phrasi שׂוּם עַל־לֵב. Χεὶρ Κυρίου ἦν μετ' αὐτοῦ; Dominus illi rector, fautor et adiutor erat. Cf. 1 Sam. 16, 18.

68. Ἐπισκέπτομαι. J.

69. Ἐγείρω, exoriri facio. Κέρας σωτηρίας, pro σωτήριον, a) persona salutem adferens, idem significat, qvod αἴτιος σωτηρίας. Cf. Ps. 18, 3. Ad altaria respici videtur, qvorum cornua miseri et supplices arripiebant. F. P. VIII. b) potentia omnis Hebraeis *cornu* dicitur, v. c. Deut. 33, 17. praecipue vero potentia regalis, Zach. 2, 1. Dan. 7, 24. 8, 21. Atqve ideo vocem קֶרֶן veteres Paraphrastae interdum vertunt מַלְכוּת. S. R. Noesselt observat, *reges et heroas servatores* in nummis cornutos exhiberi.

70. Λαλέω, polliceor. Στόμα. O. 34. Ἀπ' αἰῶνος sc. ὄντων, antiqvissimorum.

71. Σωτηρίαν sc. δοῦναι. Χεὶρ, potestas. J.

72. Ποιῆσαι ἔλεος μετά τινος est hebraea ῥῆσις. Cf. 1. Sam. 15, 6.

73. (Καθ') ὅρκον.

75. Ἐνώπιον αὐτοῦ, re vera.

76. Κληθήσῃ, eris. Πρόσωπον. O. 34.

77. Ἐν, a) cum, per. K. b) pro εἰς, ad. Cf. 1 Cor. 7, 15.

78. Διὰ σπλάγχνα ἐλέους, per intimum misericordiae divinae affectum. Ἀνατολὴ i. e. ἀνατέλλων. Gl.

79. Κάθημαι, versor. J. Σκιὰ θανάτου, umbra lethalis. O. 5. J. Εἰρήνη. J.

80. Ἀνάδειξις, ostensio h. l. auspicium muneris.

CAP. II.

1. Δόγμα, decretum. Ἀπογράφω, describo, in tabulas censuales refero. Οἰκουμένη, orbis Romanus s. imperium Romanum.

2. Πρώτη, h. l. prior. Distingvitur a secundo censu, qvi habitus est decem annos post Christum natum, Act. 5, 37. Prior census ab Herode Magno vel a Sentio Saturnino, posterior a Qvirinio actus est. Prior tantum *capitum*, posterior simul *facultatum* fuit, indeqve factum, ut Scriptores profani hanc descriptionem qvippe rem exigui momenti omitterent.

7. Φάτνη, a) praesepe. K. b) locus praeseptus i. e. ipsum stabulum.

9. Δόξα

Cap. 1, 75. Τῆς ζωῆς recte omittitur. E. B. N. IV. p. 38.

9. Δόξα κυρίȣ, a) ſplendor fulgidiſſimus. K. b) praeſentia Dei glorioſa. Kr. J. Ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν. O. 38.

13. Στρατιὰ ȣ̉ρανȣ̃, angeli. J.

14. Ἐιρήνη et εὐδοκία (ἔςω) a) eodem modo, ut δόξα, ad Deum referri debent. *Sens:* Deus celebretur in coelo et terra, et hominibus delectetur ſ. gaudeat de illis. Cf. Apoc. 7, 10. E. B. N. Vol. I. p. 790. b) Gloria ſit Deo in coelis, et in terra ſit ſalus hominibus dilectis. Ii, qvi hoc modo doxologiam interpretantur, praeferunt lectionem εὐδοκίας communiori.

15. Ὁι ἄνθρωποι. O. 34. Ῥῆμα, res. J.

19. Συμβάλλω, accurate pondero. Cf. Act. 4, 15.

20. Ὁις. O. 11.

21. Ἐπλήσθησαν, h. l. qvum adveniſſet dies octavus. Gl. Ph. 475.

22. Παρίςημι, praeſento, conſecro.

23. Διανοῖγον μήτραν, uterum aperiens, i. e. primogenitum. Τὸ ζεῦγος, par.

25. Παράκλησις τȣ̃ Ἰσραὴλ, Meſſias et eius beneficia.

26. Ἰδεῖν θάνατον, mori. *Hebr.* V.

27. Ἐν τῷ πνεύματι, per impulſum ſpiritus ſancti. Ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν, qvum. O. 38. Ἐθίζω, adſvefacio. Κατὰ τὸ εἰθισμένον τȣ̃ νόμȣ, ſecundum illud, qvod ex lege moris erat.

30. Τὸ σωτήριον, ſalus h. l. ſervator.

31. Κατὰ πρόσωπον, coram. Reſpondet hebraico לִפְנֵי. Πρόσωπον. O. 34.

32. Ἀποκάλυψις, h. l. illuminatio.

34. Κεῖται — πολλῶν, ita comparatus eſt, ut multi in eo collidi, multi qvoqve erigi qveant. Cf.

Rom. 9, 33. 1 Petr. 2, 8. Multi, qvi ante ſtabant, i. e. pii iudicabantur, cadebant, i. e. malitia eorum omnibus patuit. Alii contra qvi ante velut iacebant in ignorantiae luto, erecti ſunt per doctrinam Chriſti, et viam ad veram felicitatem ingredi coeperunt. Ἀντιλέγω, h. l. oppono me, rebellis ſum. J. exemplum erit viri ſubditorum rebellionem experti. E. B. N. Vol. IV. p. 184.

35. Ῥομφαία, gladius, dolor acerbiſſimus. J.

36. Θυγάτηρ, ex poſteris. J.

38. Ἀνθομολογέομαι, laudo. J.

46. Μεθ' ἡμέρας τρεῖς, die tertio. Ἐν τῷ ἱερῷ. Aliud eſt ναὸς, ſive aedes, cuius partes erant ſanctum, in qvod non niſi ſacerdotibus ingredi licebat, et Sanctum Sanctorum ſoli Pontifici ſemel qvotannis patens; aliud ἱερὸν, complectens atria, porticus et varia conclavia, in qvibus et doctores ſederent. Solebant autem auditores doctori qvaeſtiones praeponere. R.

47. Ἐπὶ τῇ συνέσει καὶ ἀποκρίσεσι, ſuper ſapientia in reſponſionibus.

48. (Διὰ) τί.

49. Ἐν τοῖς τοῦ πατρὸς, a) ſc. οἰκήμασι, in domibus patris mei i. e. in templo. F. Sic τὰ τοῦ Διὸς pro ὁ ναὸς τοῦ Διός. b) Alii ſuppleri volunt πράγμασι. *Sens:* oportet me in iis, qvae ad voluntatem patris mei pertinent, occupari. Cf. Ioh. 4, 34. 1 Tim. 4, 15.

52. Ἡλικία, a) aetas. Kr. b) ſtatura. W.

CAP.

CAP. III.

Confer notata ad Matth. Cap. 3. et Marci Cap. 1.

1. Τετϱαϱχȣ̃ντος. Origo utriusqve tetrarchiae, ut et praesidatus Iudaeae debetur illi divisioni Augusti, qva Herodis M. regnum inter tres ipsius filios Archelaum, Herodem Antipam, et Philippum distribuit. Archelao enim dedit regni Herodis dimidium cum Ethnarchae nomine; reliqvum vero dimidium, in duas tetrachias divisum, duobus aliis Herodis filiis tribuit, unam Philippo, alteram Antipae. Sed Archelao in exilium eiecto, ditio eius in formam provinciae Romanae redacta et a Procuratoribus administrata est.

2. Ἐπ' ἀϱχιεϱέων. Ad tollendam difficultatem de duobus Pontificibus commodissimum et facillimum est existimare, eos, qvibus Pontificatus abrogatus esset, nominis dignitatem servasse, et in Synedrio magna auctoritate fuisse. E. J. p. 227.

3. Βάπτισμα μετανοίας κηϱύσσων, invitans homines ad baptismum, *qvo se obstringant vitae meliori* s. eo consilio, *ut poenitentiam faciant.*

5. Ταπεινωθήσεται, deprimantur. Imperative haec Futura vertantur. Τὰ σκολιὰ sc. μέϱη ἔσαι εἰς εὐθεῖαν sc. ὁδὸν. — Curva fiant recta, et viae asperae fiant laeves.

6. Πᾶσα σὰϱξ, qvilibet. J.

8. Ἄϱξησθε. O. 26. *β*.

13. Πϱάσσω, exigo.

14. Στϱατευόμενοι, i. e. ςϱατιῶται, nam Hebraei utuntur participiis loco nominum, qvae verbalia

 Gram-

Cap. 3, 2. Pro ἀϱχιεϱέων Codd. fere 90 habent ἀϱχιεϱέως. Griesb.

Grammatici vocant. Διασείω, vi ac terrore ab aliqvo exprimo aliqvid. Συκοφαντέω, dolofe circumvenio, per fraudes aliqvid eripio, ex σῦκον et φαίνω, indico. Athenis erat vetitum ficus exportare, qvi contra hoc inftitutum praevaricantes indicabant, συκοφαντεῖν dicebantur.

18. Παρακαλέω, doceo.

23. Ἀρχόμενος, a) pro ἤρξατο εἶναι incipiebat effe annorum triginta. b) Alii fupplent διδάσκειν, qvod praeferendum eft. Cf. Act. 1, 22. Cap. 10, 37. Ὢν (ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσὴφ) τοῦ Ἡλὶ, erat Iefus (qvi pro filio Iofephi habebatur) *filius*, five potius *nepos* τοῦ Eli. Fuit igitur *Eli* pater Mariae.

CAP. IV.

Confer notata ad Matth. Cap. 4. et 8.

6. Δίδωμι, poffum dare. O. 12. α.

14. Ἐν, cum.

16. Ἀναγινώσκω, lego, h. l. interpretor.

17. Ἀναπτύσσω, evolvo.

18. Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ. *Sens:* ut propheta inftructus fum donis divinis. Οὗ ἕνεκεν, qvoniam. Ἄφεσις, libertas. Ἀνάβλεψις, vifus recuperatio. Ἐν ἀφέσει, in libertatem. O. 27.

20. Πτύσσω, convolvo, complico.

21. Ὅτι. O. 28.

22. Μαρτυρέω, laudo. Λόγοι χάριτος, fermones fvaves. O. 5. γ.

27. Ἐπὶ

Cap. 4, 18. Ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν. Omittitur haec particula in Codd. Verff. et Patrr. haud paucis, et probabile eft additam effe ex Iefaia et LXX. Griesb.

27. Ἐπὶ Ἐλισσαίȣ, tempore Elissaei. Ἐι μὴ, sed. Gl. Ph. 429.

29. Ἡ ὄφρυς, supercilium, clivus.

32. Ἐν ἐξȣσίᾳ, cum potestate, i. e. efficax.

35. Ἐπιτιμάω, inhibeo; respondet voci גָּעַר. J.

37. Ὁ ἦχος, fama.

39. Ἐπάνω, iuxta.

40. Δύνοντος ἡλίȣ, qvum sol occidisset. Praesens hic usurpatur pro praeterito.

CAP. V.

Confer notata ad Matth. Cap. 9.

1. Ἐν τῷ ἐπικεῖσθαι. O. 38.

2. Ἀποπλύνω, abluo.

3. Ἐπανάγω, proveho.

4. Λαλῶν pro λαλεῖν. O. 22.

6. Διεῤῥήγνυτο, rumpi videbatur s. incipiebat. Gl. Ph. 188.

7. (Ἕνεκα) τȣ͂ συλλαβέσθαι, ut opem ferrent.

9. Ἐπὶ, propter. Ἠι. O. 11.

10. Ζωγρέω, *servandi*, non *perimendi* consilio capio.

17. Δύναμις Κυρίȣ ἦν, vis domini se exserebat.

19. Διὰ ποίας sc. ὁδȣ͂ s. χώρας.

26. Παράδοξος, ȣ, ὁ, ἡ admirabilis. Graeci Interpretes sic vertunt נִפְלָאוֹת.

36. Σχίζει sc. ἑαυτὸ, abrumpit se.

39. Χρηςὸς, ἡ, ὸν, mitis.

CAP. VI.

Confer ad v. 1—11. Matth. Cap. 12, 1—14.
ad v. 27—36. Matth. Cap. 5, 39—48.
ad v. 37—49. Matth. Cap. 7, 1—27.

1. Δευτερόπρωτος, primus post secundum (diem Paschatos, qvo manipulus frumenti ex mandato divino est oblatus, Lev. 23, 15.) E. Διὰ, iuxta. Ψώχω, tero.

12. Διανυκτερεύω, pernocto. Ἐν τῇ προσευχῇ, a) noctem transigebat in precatione. W. b) pernoctavit in proseucha s. oratorio. Olearius.

16. Ἰούδαν Ἰακώβου, sc. ἀδελφόν.

17. Πεδινὸς, campestris, planus.

20. Ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς. O. 34.

22. Ἐκβάλλω, h. l. reiicio, sperno. Ὄνομα. O. 34.

25. Ἐμπλήθω, impleo, saturo.

26. Καλῶς τινα εἰπεῖν, bene de aliqvo loqvi, collaudare aliqvem.

32. Χάρις, h. l. praemium.

35. Ἀπελπίζοντες, a) dictum est pro ἐλπίζοντες ἀπ᾽ αὐτῶν. Kr. b) Monente Moro, V. C. ἀπελπίζειν nunqvam significat, *qvid ex qvo sperare*. Verti igitur vult: ne desperetis (qvid tandem eventurum sit vobis, si multis beneficiis exhibitis alii nihil vobis tribuant.)

38. Δώσουσι, dabitur. O. 17.

48. Ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε, profunde effodit. O. 20.

49. Τὸ ῥῆγμα, ruina, ruptura.

C A P. VII.

Confer ad. v 1—10. Matth. Cap. 8, 5—13.
ad v. 18—35. Matth. Cap. 11, 2—19.

1. Πληρόω, absolvo.

2. Ἤμελλε τελευτᾷν, moribundus, morti vicinus erat.

6. Μὴ σκύλλȣ, ne defatigeris.

11. Ἐν τῇ ἑξῆς sc. ἡμέρᾳ, die seqvente. Ναΐν, Galilaeae oppidum hoc adscribit Hieronymus et post eum alii. *Eusebius*: Endor est iuxta oppidum Naim, in qvo Christus filium viduae suscitavit, estqve circa Scythopolin.

12. Τῇ μητρὶ sc. ὢν s. γενόμενος. Dativus pro Genitivo per elegantem Graecismum usurpatur.

15. Ἀνακαθίζω, erectus consideo.

16. Ἐγήγερται, Attice pro ἤγερται. Ἐπισκέπτομαι, visito ut opem feram, beneficiis afficio. J.

17. Ἐν pro εἰς.

19. Ἐρχόμενος, qvi venire debet. Προσδοκῶμεν, exspectare debemus. O. 24.

21. Ἡ μάστιξ, flagellum, morbus excrucians. Τὸ βλέπειν, visus.

23. Σκανδαλίζεσθαι ἔν τινι, haec constructio facta est Hebraeorum more, qvi suum כָּשַׁל, qvod itidem *impingere* significat, cum nominibus construunt interveniente praefixo בְּ. Cf. Es. 8, 15. O. 39.

25. Ἐν τοῖς βασιλείοις sc. οἰκήμασι, in palatiis regiis.

27. Πρὸ προσώπȣ σȣ, ante te. O. 34. α.

29. Δικαιόω, iustum pronuntio, approbo voluntatem alicuius.

30. Βελὴ, decretum. Ἀθετέω, irritum reddo. Εἰς ἑαυτὲς, a) qvantum in ipſis fuit, qvantum ipſos attinebat. Kr. b) adverſus ſe ipſos i. e. ſuo damno. K. c) Conſtrui poteſt cum βελὴν, ex more Lucae voces traiicientis, ut ſit: τὴν τε̃ Θεε̃ εἰς ἑαυτὲς βελὴν ἠθέτησαν. Nam εἰς pro ל Hebraeorum poni ſolet, ut infra Cap. 9, 13. R.

35. Καὶ, attamen. Ἐδικαιώθη, approbari ſolet. O. 24. Ἡ σοφία, prudens vitae ratio. Ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς, a ſtudioſis prudentiae et ſapientiae.

37. Ἡ ἁμαρτωλὸς, proſtibulum. Γυνὴ ἐν τῇ πόλει ſc. Ναΐν. Deylingius in Obſervatt. monet iſtam mulierem a Maria Marthae et Lazari ſorore, et etiam a Maria Magdalena, diſtingvendam eſſe. Ἀλάβαστρον μύρε, alabaſtrum ungvento plenum.

39. Εἶπεν ἐν ἑαυτῷ λέγων, cogitavit ſecum hunc in modum. *Hebr.* Ἂν Imperfecto Indicativi addit vim Coniunctivi.

43. Ὑπολαμβάνω, exiſtimo.

45. Καταφιλε̃σα pro καταφιλεῖν. O. 22.

47. Ὅτι, ideo. Reſpondet particulae כִּי, qvae non ſolum eſt αἰτιολογικὴ, ſed etiam συλλογιστική. Cf. 1 Sam. 2, 25. Πορεύε εἰς εἰρήνην, abi ſalva. Alexandrini Interpretes Exod. 4, 18. לֵךְ לְשָׁלוֹם reddiderunt βάδιζε ὑγιαίνων. F.

CAP. VIII.

Confer ad v. 4—15. Matth. Cap. 13, 1—23.
ad v. 21—56. Marc. Cap. 4, 33—41. et 5, 1—43.

1. Ἐν τῷ καθεξῆς ſc. ὄντι χρόνῳ, poſtea. Κατὰ πόλιν καὶ κώμην ſc. ἑκάστην, per ſingulas urbes et vicos ſ. oppidatim et vicatim. K.

5. Ὁ σπείρων, ſator qvidam. O. 6.

6. Ἰκμάς

6. Ἰκμάς, άδος, ἡ, humor.

7. Ἐν pro εἰς. O. 27.

8. Ποιέω, edo, progenero. J. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκέειν, ἀκεέτω, qvi ſapit, hoc ſibi dictum putet.

9. Τίς εἴη, qvaenam eſſet? qvid ſibi vellet?

10. Μυςήρια τῆς βασιλείας τȣ̃ Θεȣ̃, obſcuriores ſermones de eccleſia et gratia Dei.

14. Ὑπὸ μεριμνῶν, ſub tyrannide cupiditatum pecuniae et illicitarum voluptatum. Πορευόμενοι, viventes. J. Ου τελεσφορȣ̃σι (τὸν καρπὸν), non fructum ad plenam maturitatem perducunt. Eleganter haec vox uſurpatur de fructibus maturis. Συμπνίγονται ſc. τὸ σπέρμα.

15. Ὑπομονὴ, perſeverantia.

16. Κλίνη, menſa.

19. Συντυγχάνω, convenio, colloqvor.

20. Ἰδεῖν σε, colloqvi tecum. E. B. N. IV. p. 185.

22. Ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, qvodam die. Εἰς τὸ πέραν ſc. χεῖλος, in littus ulterius. Ἀνάγομαι, provehor nave.

23. Συνεπληρȣ̃ντο (ὕδασι).

26. Καταπλέω, appello. Ἀντὶ πέραν, ex adverſo.

29. Χρόνοι, monente V. C. Loeſnero in Obſervatt. e Philone, accipiendi ſunt de annis, qvod additae voces πολὺς et ἱκανὸς hic et infra Cap. 20, 9. demonſtrant. Nam ubi χρόνος, *tempus* denotat, additur μήκιςος ad longitudinem ſignificandam. Ὁ δεσμὸς, vinculum, *plur.* δεσμοὶ et δεσμά.

34. Εἰς pro ἐν.

42. Ἀπέθνησκε, moribunda erat, in agone mortis verſabatur.

43. Οὖσα ἐν ῥύσει, laborans fluvio. Βίος, opes.

48. Πορεύȣ εἰς εἰρήνην, abi salva. F.

54. Ἡ παῖς, o puella.

CAP. IX.

Confer ad v. 1—17. Marc. Cap. 6, 7—44. ad v. 28—45. Matth. Cap. 17, 1—21.

2. (Εἰς τὸ) κηρύσσειν. Gl. Ph. 459.

3. Ἀνὰ adverb. distributivum. Μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας ἔχειν (θέλετε), neqve singuli duas tunicas habete.

4. Ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε, illinc exite, qvando sc. ex urbe emigratis.

5. Ἐπὶ, adversus.

12. Κλίνειν sc. εἰς ἑσπέραν, dies coeperat inclinare ad vesperam. Ὁ ἐπισιτισμὸς, cibus.

13. Post ἰχθύες deest integrum orationis membrum, qvod ita suppleri potest: *itaqve non possumus iis dare, qvo vescantur*, nisi forte profecti. Gl. Ph. 621.

14. Κατακλίνω, facio discumbere. O. 19. Κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα, ut qvinqvaginta collocentur singulis discubitibus.

18. Ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν προσευχόμενον, qvum ille precaretur. O. 38.

23. Ὀπίσω μȣ ἐλθεῖν, me seqvi. Idem est, qvod ἀκολȣθεῖν ὀπίσω τινός. De isto hebraismo vide Vorst. p. 655.

25. Ὠφελέω, utilis sum; ὠφελȣ̃μαι, utilitatem percipio. Ζημιόω, damno s. mulcta adficio, *pass.* iacturam facio, h. l. miserum me reddo.

27. Γεύσονται θανάτε, morientur. *Hebr.* V. 718.

28. Ἐγένετο (pro ἐγένοντο) ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτὼ, praeterierunt circiter octo dies; a) enallagen numeri statuit K. b) W. tria haec verba parentheſi vult includi et subintelligi ἦσαν.

29. Ἐξαστράπτω, emico, refulgeo.

31. Τὴν ἔξοδον, i. e. τὸν θάνατον.

36. Οὐδὲν (τέτων) ὧν.

39. Σπαράσσω, concutio. Συντρίβω, contundo, vires alicuius attero.

43. Οἷς pro ἃ. O. 12. Ῥῆμα, ſermo.

45. Αἰσθάνομαι, mente percipio, intelligo.

48. Μικρότερος, minimus. *Comparat.* pro *Superl.*

49. Μέγας, maximus. Ἀκολεθεῖ μεθ' ἡμῶν, pro ἡμῖν. V. docet ſatis graecum eſſe p. 655.

51. Ἐν τῷ συμπληρεσθαι, cum inſtaret tempus. G. 475. Ἀνάληψις, receptio, h. l. aſcenſio in coelum. Πρόσωπον ἀυτε στηρίζειν, faciem ſuam dirigere, i. e. firmiter proponere. Reſpondet phraſi שׂוּם פָּנִים. Ezech. 6, 2. et 14, 8.

52. Ἑτοιμάσαι (ſc. ξενίαν vel τὸ κατάλυμα).

53. Πρόσωπον, vultus i. e. ipſe. J.

55. Οἷε πνεύματός ἐστε, qvalis animi eſſe debetis.

62. Manum aratro admovere, pro eo, qvod eſt, *opus aliqvod aggredi*, etiam Graeci dicunt. Hic ut alibi ſaepe, miſcetur ἀπόδοσις comparationi. Nam ſimplex proverbium fuerat: eum, qvi in arando reſpiciat, non eſſe bonum aratorem; nunc cum proverbio ſignificatur, cui rei aptetur proverbium. Βλέπων εἰς

τὰ

τὰ ὀπίσω ſc. ὄντα μέρει, qvi reſpicit ad ea, qvae retro ſunt i. e. qvi orationi non eſt intentus, ſed oculis aliorſum vagatur.

CAP. X.

Confer notata ad Matth. Cap. 10. et 11.

1. Ἀναδείκνυμι, deſigno. Ἀνὰ δύο, bini.

2. Ἐν pro εἰς.

4. Ἀσπάσησθε, ſalutationibus et colloqviis moras haud nectite. Conf. 2 Reg. 4, 29.

5. Εἰρήνη ſc. ἔστω, ſalus, proſperitas. J.

6. Ὁ υἱὸς εἰρήνης, dignus veſtris votis. J. Ἐπαναπαύσεται — ἀνακάμψει, illi continget id, qvod vos illi precati eſtis, ſin minus vota illa erunt irrita.

13. Ὁ σάκκος, veſtis anguſtior.

18. Ὡς ἀστραπὴν, qvemadmodum de coelo delabitur fulmen, i. e. repente aderat, et multa moliebatur, multos obſidebat.

19. Ἰδὲ, ſed ſcitote, qvanqvam adſit Satanas. Οὐδὲν, nihil (i. e. nulla in re) vos omnino laedet ſc. inimicus; οὐδὲν *eſt accuſ.* K.

20. Γράφω, adnumero. *Sens:* veſtra nomina accenſentur iis, qvibus aeterna felicitas parata eſt.

21. Ἐξομολογοῦμαι, laudo. J. Ἀπὸ, coram. Νήπιοι, plebs indocta.

28. Τοῦτο ποίει, hoc ſi feceris. O. 21.

30. Ὑπολαμβάνω (λόγον,) reſpondeo.

31. Κατὰ συγκυρίαν, caſu.

32. Γενό-

Cap. 10, 11. Ἐφ' ὑμᾶς recte omitti poteſt. E. B. N. IV. p. 38.

32. Γενόμενος κατὰ τὸν τόπον, qvum veniſſet ad illum locum.

35. Προςδαπανάω, praeterea inſumo.

40. Ἔπω, iubeo.

41. Τυρβάζω, turbas excito, *paſſiv.* perturbor, ſollicitus ſum. Ἑνὸς δὲ ἐϛι χρεία, a) una re opus eſt, ſedeas hic et me audias; b) uno ferculo opus eſt. Veriſimile eſt, ἑνὸς, ut et δὲ oſtendit, opponi τῷ περὶ πολλὰ, multis ferculis. R. Ἀγαθὸς, optimus.

CAP. XI.

Confer ad v. 1—4. Matth. Cap. 6, 9—13.
ad v. 14—32. Matth. Cap. 12, 22—45.
ad v. 39—52. Matth. Cap. 23, 4—32.

3. Τὸ ὁ abundat.

5. Χράω, mutuum do.

7. Ἐις pro ἐν. Ὀυ δύναμαι, grave mihi eſt et difficile. O. 13.

8. Γε, tamen, certe. Ἀναίδεια, importunitas, impudentia, licentia petendi.

13. Πονηροὶ, maligni ſ. qvi ſoletis negare petita.

14. Κωφὸν, mutum h. e. hominem, qvem obſederat, reddiderat mutum. Metonymice, ut *pallida mors.*

15. Ἐν, per.

16. Σημεῖον ἐξ ὀυρανȣ̃, ſignum coeleſte, in coelo conſpicuum.

17. Οἶκος ἐπὶ οἶκον, a) una domus ſupra alteram. K. b) domus contra ſe ipſam (ſc. diviſa) corruit. W. Haec interpretatio antecedenti phraſi βασιλεία ἐφ᾽ ἑαυτὴν διαμερισθεῖσα optime convenit.

19. Ὑιὸς, diſcipulus. J. Κϱιταὶ ἔσονται, condemnabunt.

20. Ὁ δάκτυλος, digitus, *per meton.* potentia.

22. Σκῦλον, τὸ, ſuppellex. J.

28. Μενȣ̃νγε, immo vero.

34. Ἁπλȣ̃ς, ſanus, integer. Πονηϱὸς, vitio aliqvo laborans. O. I.

36. Ἔσαι φωτεινὸν ὅλον, lucidum erit univerſum i. e. omnia extra te erunt lucida; ὅλον non conſtrui debet cum σῶμα. Ὡς ὅταν — φωτίζῃ σε, ut, qvum lucerna illuminet te fulgore ſuo. Cf. Matth. Cap. 6, 22.

39. Νῦν, atqvi.

40. Ποιέω, perficio. Nondum ille, qvi externa purgavit, etiam interna perfecit.

41. Πλὴν, veruntamen. Τὰ ἐνόντα, a) i. e. κατὰ τὰ ἐνόντα ſc. χϱήματα, pro viribus veſtris; alibi κατὰ δύναμιν. K. b) Quae inſunt ſc. in poculis et patinis veſtris. Kr. Καὶ ἰδȣ̀ — ἐςι, et ſcitote omnia veſtra Deo grata fore et accepta. Glaſſius ſic vertit: veruntamen qvod ſupereſt, date eleemoſynam, et ecce omnia ſunt munda vobis. Accipit haec verba ironice, ſc. ſervatorem taxaſſe iis Phariſaeos, qvi putabant, ſi darent eleemoſynam de eo, qvod rapuerant, omnia pura et munda eſſe. Gl. Ph. p. 908.

48. Μαϱτȣϱέω, laudo. Συνευδοκέω, probe.

50. Ἐκζητέω, vindictam propter rem qvandam repoſco, vindico. Sic Ezech. 3, 18.

51. Οἶκος, templum, ſanctum.

52 Ἐ-

Cap. 11, 44. Γϱαμματεῖς καὶ Φαϱισαῖοι ὑποκϱιταί. Hae voces recte omittuntur. E. B. N. IV. p. 38.

52. Ἐισερχομένες, intrare volentes. O. 12. γ. Ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως, praeclusistis aditum ad scientiam.

53. Ἐνέχω, insector. Ἀποςοματίζω, *memoriter recitare aliquem iubeo*, h. l. *ad loquendum allicio, captiose interrogo.*

54. Θηρεύω, venor, capto.

CAP. XII.

1. Ἐν οἷς, interea. Πρῶτον, inprimis.

7. Ἀλλὰ, qvin immo.

8. Ὁμολογήσῃ ἐν, qvi se discipulum meum esse fatebitur. O. 39.

11. Ἐξεσίαι, imperantes. Ἀρχαὶ, magistratus.

13. Ἔπω, iubeo.

15. Ἐν τῷ περισσεύειν, qvum alicui abunde est. Ζωὴ, felicitas, beatitudo. J. Ἐςὶ, pendet.

16. Ἐυφορέω, ferax sum, fructus copiosos fero.

20. Ἀπαιτεσι. O. 17. Ἀπαιτεῖν est poscere a nolente.

21. Θησαυρίζων ἑαυτῷ, qvi genio suo indulget in divitiis colligendis. Ἐις Θεὸν, propter Deum, s. Deo, i. e. in usum et honorem eius.

26. Περὶ τῶν λοιπῶν, de rebus maximi momenti. O. 1.

29. Μετεωρίζομαι, animo fluctuo. Exprimitur id, qvod Horat. Libr. I. Epist. 19. v. 110. sentit et precatur: *ne fluitem dubiae spe pendulus horae.*

33. Ἀνέκλειπτος, ὁ, ἡ non deficiens, inexhaustus. Σὴς, tinea, vermis lanae et vestibus noxius.

35. Περιζώννυμι, praecingo. Veteres in tunica utebantur cinctu, atqve propter hoc ipsum denotat

prae-

praeparo. Sic etiam Latini dicunt operi ſe accingere. *Sens:* eſtote modo ſemper parati et cauti.

36. Ἀναλύω, redeo, diſcedo.

37. Ἀνακλίνω, diſcumbere facio. O. 19.

39. Ἔρχεται, venturus eſſet. O. 21.

42. Τίς ἄρα ἐςὶ, qvalis erit ſors et conditio fidi oeconomi. Τὸ *σιτομέτριον*, demenſus cibus.

46. Διχοτομήσει. Cf. notata ad Matth. 24, 51.

47. Πολλὰς (πληγὰς), caedetur multis plagis.

48. Παρατίθημι, depono, mando. O. 17.

49. Πῦρ, h. l. doctrina Evangelica. Θέλω, opto. Ἐι, a) ecce. Alexandrini Interpretes הִנֵּה ſaepe per ἐι expreſſerunt; b) utinam.

58. Δὸς ἐργασίαν, da operam. Eſt Latiniſmus. Ἀπαλλάσσω, dimitto, libero. Verte: da operam, ut ab iſto placato diſcedere poſſis. Ὁ *πράκτωρ*, lictor.

CAP. XIII.

1. Αἷμα ἔμιξε μετὰ τῶν θυσιῶν αὐτῶν. Sententia loci eſt Pilatum iuſſiſſe iſtos homines occidi inter ſacrificandum.

2. Παρὰ, prae.

4. Ὀφειλέτης, peccator. J.

7. Ὁ ἀμπελεργὸς, vinitor. Καταργέω, otioſam reddo, facio ut nihil ferat.

9. Κἂν, a) fortaſſe; b) qvodſi fructum feret ſc. καλὸν ἐςί.

11. Πνεῦμα ἀσθενείας, morbus à malo ſpiritu inflictus. Συγκύπτουσα (ἑαυτὴν,) incurvata. Ἐις τὸ παντελὲς, prorſus, omnino.

12. Ἀπολύω, libero.

13. Ἀνορ-

13. Ἀνορθόω, erigo.

19. Γίνεσθαι εἰς τι. O. 39.

21. Ἄλευρον sc. φύραμα, tota massa s. farina.

25. Ἑστάναι pro ἑστακέναι.

26. Ἐφάγομεν — ἐπίομεν, i. e. admodum familiariter tecum viximus.

29, Βοῤῥᾶς, boreas, regio septentrionalis.

32. Ἀλώπεκι, proverbii figura sic vocat fraudulentum insidiatorem. *Σήμερον καὶ αὔριον καὶ τῇ τρίτῃ sc. ἡμέρᾳ, post aliqvod tempus. Qvod nos dicimus *postea*, id Hebraei per מִיֹּמַיִם בַּיּוֹם הַשְּׁלִישִׁי *duos dies in die tertia* exprimant. Cf. Hos. 6, 2. Sensus igitur verborum Christi est: vobis invitis adhuc aliqvamdiu vivam et miracula patrabo, sed brevi post τελειοῦμαι, consummabor i. e. occidar. Mors enim fuit extrema pars sanctissimi Christi officii in carne pro peccatis peragendi. Gl. Ph. p. 309.

33. Τῇ ἐχομένῃ sc. ὥρᾳ, tempore proxime seqventi. Ἐνδέχομαι, admitto, capio. Ουκ ἐνδέχεται sc. τὸ χρῆμα, res vel usus non admittit, fieri non potest, fieri non solet.

34. Τέκνον, incola, civis. J. (Καθ') ὃν τρόπον, qvemadmodum. Ἡ νοσσιὰ, pullities.

CAP. XIV.

1. Καὶ ἐγένετο. O. 34. γ. Φαρισαίων, ex Pharisaeorum numero. Φαγεῖν ἄρτον, supple εἰς τὸ, ad capiendum cibum. Hebr.

3. Ἀποκριθεὶς, sermonem orsus. Respondet formulae וַיַּעַן וַיֹּאמֶר, qvae vel initium sermonis vel sermonis continuationem indicat. Gl. Ph. 336.

7. Πα-

Cap. 13, 35. Ἔρημος recte omittitur. E. B. N. IV. p. 38. Küttn. Hypomn.

7. Παραβολὴ, ſententia. J. Ἐκλέγομαι, appeto. Ἀγαπῆσαι et ἐκλέξασθαι Deut. 4, 37. ut ſynonyma coniunguntur.

10. Πορευθεὶς. O. 34. δ.

12. Ἀντικαλέω, viciſſim invito.

15. Φαγεῖν ἄρτον, qvando *prandium totum* aut *coenam* ſignificat, ea ſignificatione iſta phraſis in Hebraiſmis eſt numeranda. V. 695.

18. Ἀπὸ μιᾶς ſc. γνώμης vel φωνῆς.

19. Ζεῦγος, par.

23. Ἀναγκάζειν, ex uſu optimi cuiuscunqve ſcriptoris ſaepe eſt, verbis alicui aliqvid perſvadere, rationibus aliqvem permovere.

26. Μισέω, minus diligo, poſtpono. J.

28. Πύργος, *qvodvis aedificium altius* denotat et non tantum *turrem.* E. Τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν ſc. δέοντα, qvae ad conſummationem neceſſaria ſunt.

31. Συμβαλεῖν (εἰς πόλεμον) ut congrediatur ad bellum ſ. pugnam.

32. Τὰ πρὸς εἰρήνην ſc. ἀνήκοντα.

33. Ἀποτάσσομαι, renuntio.

34. Ἀρτυθήσεται, condietur ſc. ſal.

CAP. XV.

1. Πᾶς, h. l. varius. (Ἕνεκα) ἀκούειν.

2. Προσδέχομαι, benigne excipio.

7. (Μᾶλλον) ἢ, magis qvam.

11. Εἶπε δὲ, perrexit in hunc modum.

12. Τὸ ἐπιβάλλον μέρος, a) pars competens, mihi debita. K. b) ſorte mihi eveniens.

13. Διασκορπίζω, dissipo. Ἀσώτως, luxuriose, perdite.

14. Κατὰ, in.

15. Πορευθεὶς. O. 34. δ.

16. Κεράτιον, siliqva, fructus arboris, qvae Graecis κερατωνία, Hebraeis חָרוּב dicitur, qvem Iudaei hodierni *Bockshorn*, nos *Iohannis - Brod* vocamus.

17. Ἐις ἑαυτὸν ἔρχεσθαι dicitur de eo, qvi aliqvid ad maturiorem et diligentiorem deliberationem revocat.

18. Ὀυρανὸς, h. l. *per Meton.* Deus. Ἐνώπιον, adversus. Respondet hebraico לִפְנֵי.

20. Ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον, collum eius amplexus est.

22. Πρῶτος, praecipuus. Toga alba et annulus aureus erat ingenuorum hominum, cum vicissim servi annulo ferreo uterentur. W.

23. Σιτευτὸς, ὴ, ὸν, saginatus.

25. Συμφωνία, concentus musicus. Ὁ χορὸς, caterva tripudiantium.

30. Ὁ βίος, opes. Καταφάγω, per luxum abligurio, consumo.

C A P. XVI.

1. Διαβάλλω, accuso.

3. Εἶπε ἐν ἑαυτῷ, cogitavit. Hebr.

4. Μεθίσημι, submoveo. Δέξωνταί με, recipiar. O. 17.

6. Τὸ γράμμα, chirographum.

7. Ὁ Κόρος, Corus, mensurae genus decem capiens batos.

8. **Τῆς ἀδικίας** pro ἄδικον. O. 5. Υἱοὶ τȣ̃ αἰῶνος τȣ́τȣ, dediti rebus terrenis. *Hebr.* Υἱοὶ τȣ̃ φωτὸς, ſtudioſi ſapientiae divinae. Εἰς τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτῶν, a) qvantum attinet ad tempus huius vitae; b) in ſuo genere.

9. **Μαμωνᾶς ἄδικος**, divitiae non verae, qvam interpretationem v. 11. ſvadet. Ἐκλίπητε (βίον,) qvando e vita diſceſſeritis.

11. **Ἀληθινὸν**, certum, firmum.

12. **Ἀλλότριον**, mutuum acceptum.

13. **Μισέω**, minus diligo, negligo.

15. **Βδέλυγμα** pro βδελυκτὸν, abominabile.

16. **Βιάζομαι**, vi irrumpo. Πεσεῖν, cadere. Sermo Hebraeis נָפַל dicitur, ſi, qvod eo praedictum aut promiſſum eſt, non fiat, ſive non praeſtetur. V. 164.

19. **Ἡ βύσσος**, byſſus; lini pretioſiſſimi genus.

20. **Λάζαρος**, ab hebr. אֱלִיעֶזֶר, Deus mihi auxilium. Pro qvo per Aphaereſin Iudaei in Talmude Hieroſolymitano et hodienum dicere ſolent לעזר, Leſer. Pro ז vero Graeci ſaepe ponunt ζ. Kr.

21. **Ἀλλὰ καὶ**, qvin etiam. Ἀπολείχω, lambo.

23. **Ἐπάρας τȣ̀ς ὀφθαλμȣ̀ς.** O. 24. ϛ.

24. **Καταψύχω**, refrigero.

26. **Ἐπὶ πᾶσι τȣ́τοις**, praeter haec omnia, praeterea. Τὸ χάσμα, hiatus.

28. **Διαμαρτύρομαι**, demonſtro. Ad exemplum τȣ̃ הֵעִיד hanc ſignificationem recepit.

29. **Ἀκȣ́ω**, lego. Plutarchus ſcripſit librum πῶς δεῖ ἀκȣ́ειν τȣ̀ς ποιητάς.

CAP.

C A P. XVII.

2. Λυσιτελεῖ αὐτῷ sc. μᾶλλον, magis ei expediret. Μύλος ὀνικὸς, lapis molae asinariae.

6. Συκάμινος, sycaminus; nomen arboris.

8. Φάγεσαι pro φαγῇ, πίεσαι pro πιῇ. Fut. 2. med.

13. Ἄιρειν φωνήν. O. 34. ς.

18. Δοῦναι δόξαν τῷ Θεῷ, in Dei laudem, aliqvid fateri. Ios. 7, 19.

20. Μετὰ παρατηρήσεως, ita ut (oculis corporis) observari possit.

22. Ἡμέρα τοῦ υἱοῦ ἀνθρώπου, dies, qvo Christus visibiliter cum suis versatur. Sens: optabitis, ut unum saltem diem cum eo vivere possitis.

27. Ἄχρι (τῆς ἡμέρας) ἧς.

30. Ἀποκαλύπτεται pro fut. ἀποκαλύψεται. O. 23.

33. Ζωογονέω, vivum conservo. Respondet hebraico הַחְיָה.

34. Παραληφθήσεται. Vide notata ad Matth. 24, 40. 41.

37. Ποῦ κύριε; ubinam eveniet illae clades?

C A P. XVIII.

1. Πρὸς τὸ δεῖν, de eo, qvod eos oporteret. Πάντοτε, h. l. saepissime. G.

2. Ἐντρεπόμενος, verecundia utens.

3. Ἐκδικέω, vindico h. l. defendo.

Totus versus 36. cap. 17. recte omittitur. E. B. N. V. IV. p. 38.

4. Ἐπὶ χρόνον (τινὰ vel πολὺν).

5. Εἰς τέλος, indeſinenter. Ὑπωπιάζῃ, obtundat ſc. aures.

6. Ἀδικίας pro ἄδικος. O. 5.

7. Καὶ μακροθυμῶν, qvamvis ultionem differat. O. 22.

8. Ἐλθὼν ἆρα εὑρήσει πίστιν. Tunc credent homines eum veniſſe auxilii et poena cauſſa.

11. Πρὸς ἑαυτὸν, apud ſe ipſum i. e. tacitus. Ὁ Θεὸς, o Deus.

12. Σάββατον, hebdomas.

14. (Μᾶλλον) ἤ. More Hebraeorum negatio per comparationem expreſſa eſt. Gl. Ph. 416.

19. Ἀγαθὸς, perfectus. Vide notata ad Matth. 19, 17.

CAP. XIX.

2. Ἀρχιτελώνης, princeps portiorum, Pro magiſtro dictus.

3. Ἀπὸ, prae, propter. Συκομορέα, ſycomorus, arbor habens folia ficus, et fructus mori.

5. Μένω, h. l. diverſor, commoror in aliqvo loco.

8. Συκοφαντέω, alicui aliqvid extorqveo.

9. Καθότι, qvoniam. Sens: cadet etiam in hunc, qvod Abrahamo promiſſum eſt.

11. Προσθεὶς εἶπε, haec addit. Eſt hebraica formula וַיּוֹסֶף וַיֹּאמֶר.

12. Εὐγενὴς, genere nobili ortus. Parabolae huius ratio repetenda eſt ex moribus poſt Herodis tempora in Iudaea receptis. Reges enim Iudaeorum non

non ſine impetrato Romani Imperatoris conſenſu imperium in ſuos capeſſere et titulo regio uti potuerunt.

13. Μνᾶ, ᾶς, ἡ, mina; libra varii ponderis apud diverſas gentes. Apud Hebraeos erat pars qvinqvageſima talenti, ſiclis conſtans ſexaginta. K. Πραγματεύομαι, negotior.

15. Ἔπω, iubeo. Διαπραγματεύομαι, negotior, negotiando lucrum facio.

16. Προσεργάζομαι, lucrifacio.

18. Ποιέω, inſuper facio, acqviro.

20. Σουδάριον, ſudarium; vox Latina a Iudaeis recepta denotat *linteolum ad ſudorem vultus abſtergendum.* Iudaeis etiam aſſervandae pecuniae inſerviit.

22. Ἐκ τοῦ στόματός σου, locutio proverbialis. Senſus eſt: *arripio, qvod dicis.*

23. Πράσσω, h. l. exigo.

26. Λέγω γὰρ ὑμῖν, confirmo enim vobis. Ante vocem λέγω ſupple: *qvid hoc ad me.*

33. Οἱ κύριοι, Plur. pro ſingul. ex hebr. E.B.N. IV. 146.

38. Εἰρήνη ſc. ἔστω, idem eſt qvod ὡσαννὰ Matth. 21, 9. Ἐν οὐρανῷ (ὁ ὢν) Pax ſit! o qvi es in coelo, i. e. utinam Deus iſti faveat! Καὶ δόξα (ἔστω) ἐν ὑψίστοις (ὁ ὢν), et gloria ſit tibi, o Deus altiſſime.

39. Ἐπιτιμάω, increpo. Senſum *coercendi* et *inhibendi* recepit ad exemplum vocis גָּעַר.

40. Κεκράξομαι, a) Fut. 1. med. verbi κεκράγω, qvae forma in Verſ. Alexandrina V. T. freqvens eſt. Vid. Fiſcheri V. C. Animadverſſ. ſuper Vuell. Gramm. p. 172. b) Paullo poſt futurum: mox clamabunt. Kr. et K.

42. Ὅτι. O. 28. Εἰ, a) utinam. K. b) supple: καλῶς ἔχει, si cognosceres — o qvam bene tecum ageretur. Kr. Καί γε, saltem. Τὰ πρὸς εἰρήνην, sc. ἀνήκοντα.

43. Ὅτι, scilicet. Ἡμέρα, tempus. J.

44. Ἐδαφίζω, solo allido. De hominibus occidendis usurpatur Ps. 137, 9. Οὐκ ἀφήσουσιν — ἐπὶ λίθῳ, saxa saxis avellent. Ἐπισκοπή. Vid. J. in voce ἐπισκέπτομαι.

46. Σπήλαιον λῃστῶν, latibulum latronum i. e. commoratio foedissima et turpissima, confluxus hominum sceleratissimorum. Locutio proverbio similis.

47. Τὸ καθ' ἡμέραν sc. ἑκάστην, τὸ redundat.

48. Ἐκκρέμαμαι, pendeo. Latini et Graeci dicunt: pendere ab ore alicuius i. e. libenter aliqvem audire.

CAP. XX.

4. Ἐξ οὐρανοῦ, a Deo. J.

9. Ἐκδίδωμι, colloco pro mercede. Est proprium in hac re vocabulum.

10. Ἐν καιρῷ (τῶν καρπῶν,) tempore vindemiae.

11. Προσέθετο πέμψαι, iterum misit. Haec phrasis respondet constructioni verbi יָסַף. Gl. Ph. p. 274.

13. Ἀγαπητὸς, a) unicus. Respondet hebraico יָחִיד, qvod Alexandrini Interpretes expresserunt per ἀγαπητός. Kr. b) dilectus.

17. Τί οὖν ἐστι, qvid ergo sibi vult. Λίθον, vid. Matth. 21, 42.

19. Πρὸς αὐτοὺς, de illis, contra illos.

20. Πα-

20. Παρατηρήσαντες, qvum obſervare eum vellent. Ἐγκάθετος, inſidiator. Δίκαιος, h. l. bene affectus. J.

26. Ἐπιλαμβάνομαι, a) capio. Kr. b) carpo. K.

34. Οἱ υἱοὶ τȣ͂ αἰῶνος τȣ́τȣ, homines in hac vita.

35. Καταξιωθέντες abundat. O. 26. Qvibus hoc continget, ut ad alteram vitam tranſeant.

36. Ἰσάγγελος, ὁ, par angelis vox ficta ad ſimilitudinem Ἰσοθέȣ. Ἀναςάσεως υἱοὶ, ii, ad qvos reſurrectio ad vitam aeternam pertinet. J. in voce υἱός.

37. Ἐπὶ τῆς βάτȣ, in hiſtoria viſionis rubi ſc. ardentis.

38. Πάντες γὰρ αὐτῷ ζῶσι, a) Omnes enim eius voluntati ſe accommodant, Deum colunt. Kr. b) reſpectu eius vivunt, qvia ſc. facillime vitam iis reddere poteſt. K.

46. Θέλω, cupio, affecto. Φιλέω, libenter habeo. J. Στολὴ, veſtis longior.

47. Προφάσει, ad ſpeciem faciunt precationes longas. Κρίμα, poena.

CAP XXI.

Confer ad v. 6—36. Matth. Cap. 24, 1—41.

4. Βίος, pecunia.

5. Λίθοι καλοὶ non ſunt gemmae, qvae incluſae latebant, ſed moles lapideae. Cf. Matth. 24, ubi οἰκοδομὴ dicitur de mole et ſtructura aedificii. Ἀνάθημα, donarium in templo ſuſpenſum.

9. Ἀκαταστασία, ſeditio, vita inqvieta.

11. Φόβητρον, terriculamentum, res tremenda.

13. Εἰς μαρτύριον, in laudem ſc. innocentiae veſtrae.

14. Θέσθε εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, diligenter attendite, nolite oblivifci. Reſpondet phraſi שׂוּם עַל־לֵב. Προμελετάω, praemeditor.

15. Στόμα, *meton.* facundia.

18. Καὶ θρὶξ — ἀπόληται. V. de Adag. C. VI.

19. Κτᾶσθαι ψυχὴν, vivere. Sens: ita vivite, ut patientiam probetis ſ. conſervetis. E.

23. Ἀνάγκη, adflictio, calamitas. Reſpondet hebraico צָרָה. Ἐν pro εἰς, in, contra.

24. Στόμα. O. 34. α. Καιροὶ ἐθνῶν, tempora paganis conceſſa ad devaſtandam urbem.

25. Ἐν ἀπορίᾳ, cum conſilii inopia. Σάλος, ὁ, ora maris, ſalum. (Ὡς) ἠχέσης θαλάσσης καὶ σάλε. Placet Heinſii explicatio: ἀπορίαν illam et calamitatem mari fore ſimilem, qvoties horrendum tonat et commovetur. Nihil enim Hebraeis uſitatius, qvam ut ſuum כ diſſimulent. Cf. Ierem. 51, 55.

26. Αἱ δυνάμεις τῶν ἐρανῶν, ſtellae. Eſ. 34, 4. J.

34. Βιωτικὸς, ἡ, ὸν, ad victum pertinens. Αἰφνίδιος, ὁ, ἡ, ex improviſo veniens.

35. Κάθημαι, habito. J. Πρόσωπον. O. 34. α.

36. Καταξιόω redundat. O. 26. Ut tales ſitis, qvi effugiant. Σταθῆναι, ſtare coram iudice i. e. cauſſam obtinere.

38.

Cap. 21, 19. Κτήσασθε. Melior eſt lectio: κτήσεσθε.

38. Ὀρθρίζω, matutinus aliqvid ago. Verbum novum eſt ad exemplum vocis הִשְׁכִּים formatum.

CAP. XXII.

Confer notata ad Matth. Cap. 26.

4. Ὁ ϛρατηγὸς (ſc. τȣ ἱερȣ,) praefectus excubiarum Leviticarum. Errant, qvi de *praefecto cohortis Romanae Hieroſolymis collocato* interpretantur.

5. Συντίθεμαι, paciſcor.

6. Ἐξωμολόγησε, adſtipulatus eſt, pro ὡμολόγησε ἐκ τȣ ἀργυρίȣ. Ἐκ latet in verbo compoſito (ſic Matth. 20, 2. dicitur συμφωνεῖν ἐκ δηναρίȣ,) et ἀργυρίȣ ex antecedenti eſt repetendum. Ὄχλος, turba; ἄτερ ὄχλȣ, abſqve ſtrepitu.

7. Πάσχα, agnus paſchalis.

15. Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα, vehementer cupivi. *Hebr.* O. 38.

16. Πληρωθῇ, perfectius dabitur. Epulum paſchale opponitur epulo myſtico in regno patris laetitiae pleniſſimo.

20. Μετὰ, poſt. Ἐν τῷ αἵματί μȣ, a) cum ſangvine meo; b) propter ſangvinem meum, qvem ſc. mediante vino benedicto bibendum exhibeo. Gl.

22. Πορεύομαι, diſcedo e vita. J. Graece eſſet ἀπέρχεται.

24. Φιλονεικία, diſſidium. Μείζων, maximus.

25. Εὐεργέτης, beneficus. Alluditur ad hebraicum נְדִיבִים. Hoc cognomen datum fuit regibus Orientis, ut Ptolomaeus Evergetes.

26. Νεώ-

26. Νεώτερος, iunior, h. l. minimus.

28. Πειρασμοὶ, res adverſae.

20. Διατίθεμαι, promitto. Graece ſignificat *paciſcor*. Reſpondet in N. T. phraſi עֲשׂוֹת בְּרִית. Vide J. in voce διαθήκη. Sens: promitto vobis regnum, ut pater mihi promiſit regnum, Pſ. 2. ſed ſenſu paullulum alio, i. e. promitto vobis dignitatem et felicitatem.

30. Κρίνω, regno. J.

31. Ἐξῃτήσατο, popoſcit ad poenam. Ἐξαιτοῦμαι, poſco, ut alter mihi et meae poteſtati tradatur. Τοῦ σινιάσαι, cribrandi i. e. labefactandi cauſſa, ut a conſtantia te abduceret.

32. Ἐπιστρέψας, a) (ἑαυτὸν) poenitentia ductus; b) ex noto Hebraiſmo verbum ἐπιστρέψας reſolvendum eſt in adverbium, ut שׁוּב Pſ. 85, 6. *Sens:* tu qvoqve olim viciſſim fratres confirma, i. e. pro ipſis ora, ſicut ego pro te oro.

37. Τὸ h. l. ut et verſu antecedente 24. praepoſitum eſt ſententiis, qvae materialiter accipiendae ſunt. Gl. Ph. 135. Τὰ περὶ ἐμοῦ τέλος ἔχει, qvae de me praedicta ſunt, implentur. Kr.

38. Ἱκανόν ἐστι, ſatis de his dictum, deſinite tam inepta proferre. Sic דַּיֶּךָ, *ſufficit tibi*, a Iudaeis adhibetur, qvoties ab altero abſurdum qvid profertur, qvi tacere potius debebat. Sic hebraicum רַב לָכֶם Num. 16, 26. vertitur ἐχέτω ὑμῖν, et Deut. 3, 26. ἱκανούσθω.

41. Ἀπεσπάσθαι de diſceſſu placido et tranqvillo capi debet, ſine emphaſi.

42. Βούλει Attice pro βούλῃ. Poſt ἀπ' ἐμοῦ ſupple οὖν ἔχει.

44. Ἀγωνία, magna animi trepidatio. Ὡσεὶ θρόμβοι, similis erat guttis maioribus sangvinis.

51. Ἐᾶτε ἕως τούτου sc. πράγματος, sinite illos huc usqve sc. agere, nolite eos impedire; desinite nunc a pugna et eam omittite.

53. Ἡ ἐξουσία τοῦ σκότους, imperium impietatis.

58. Ἄνθρωπε, non est vox expostulantis, sed blandientis, qvod observat Fischerus, V. C. ad. Od. 9. Anacr.

70. Ὑμεῖς λέγετε, rem dicitis, ut apud Xenophontem: αὐτὸς τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες.

CAP. XXIII.

1. Ἅπαν τὸ πλῆθος, omne illud collegium senatorum.

2. Διαστρέφω, perversis opinionibus imbuo.

5. Ἐπισχύω, acrius urgeo.

7. Ἐξουσία, h. l. ditio, iurisdictio, territorium.

8. Θέλω, opto. Διὰ τὸ ἀκούειν, eo qvod audiret.

11. Στράτευμα, agmen. Λαμπρὸς, candidus.

14. Ἀνακρίνω, inqviro. Αἴτιον (τούτων) ὧν.

18. Παμπληθεί, per totam multitudinem, omnes.

24. Ἐπικρίνω, decerno.

29. Ἐροῦσι, dicetur. O. 17.

31. Ξύλον, arbor. J. Ποιοῦσι. O. 17. Ὅτι h. l. ad exemplum particulae כִּי significat *qvamvis*.

41. Κρίμα, condemnatio. Ἄξια (τούτων) ὧν. O. 11. Ἄτοπος, absurdus, h. l. improbus.

42. Ἐν,

42. Ἐν pro *εἰς*.

46. Παραθήσομαι pro *παρατίθεμαι*.

51. Συγκατατίθεμαι ſc. *τὴν ψῆφον*, calculum adiicio, aſſentior. Βελὴ, decretum.

53. Καθαιρέω, refigo. Λαξευτὸς, ἡ, ὸν, in rupe exciſus.

CAP. XXIV.

1. Τῇ μίᾳ (ἡμέρᾳ,) prima die. J. Τὰ σάββατα, hebdomas. O. 2. δ.

4. Ἐν τῷ διαπορεῖσθαι αὐτὰς, cum illae haeſitarent. Περὶ τέτε (πράγματος,) hac in re. Ἡ ἐσθησις, veſtimentum.

6. Ἔτι ὢν, cum adhuc eſſet. Gl. Ph. 354.

10. Μαρία Ἰακώβε ſc. *μήτηρ*.

11. Ὁ λῆρος, nugae.

12. Πρὸς ἑαυτὸν, a) apud ſemet ipſum in animo ſuo. W. b) *ἀπῆλθε πρὸς ἑαυτὸν*, abiit domum. Heumann. Prior explicatio, monente. S. V. Rehkopfio, praeferenda eſt, ita ut *πρὸς ἑαυτὸν* non coniungatur cum *ἀπῆλθε*, ſed potius cum *θαυμάζων*, ut habent etiam poſt Syrum veteres Interpretes paene omnes. Vid. doctiſſimum eius programma Paſchale de anno 1775.

16. Ἐκρατεντο, capti tenentur. (Ἕνεκα) *τε μὴ ἐπιγνῶναι αὐτὸν*, ut non agnoſcerent illum.

17. Λόγες ἀντιβάλλειν, ſermones invicem ſerere.

18. Παροικεῖς, a) idem ſignificat, qvod *κατοικεῖς*: cum incola ſis urbis. E. B. V. IX. 671. b) ignarus

rus es. Plane ut Latini: *hospes est in ea re*, vel aures eius in urbe pergrinantur. Kr.

19. Ἀνήρ. O. 34. α. Λόγος, doctrina. Δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ, insignis miraculorum patrator et doctor. Ἐναντίον τοῦ θεοῦ καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ, omnium omnino consensu et testimonio Dei scilicet et populi. O. 35.

21. Ἀλλά γε, atqvi. Σὺν πᾶσι, a) praeter haec omnia. Kr. b) inter haec omnia. K. Τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει (ὁ χρόνος,) ut apud Aristoph. in Nub. v. 15. iam tres dies elapsi sunt.

25. Οἷς. O. 11.

28. Οὗ, qvorsum. Προσποιέομαι, simulo.

29. Παραβιάζομαι, cogo, h. l. omnibus annitor viribus et precibus ad aliqvem impellendum. Πρὸς, circa.

30. Εὐλογέω, gratias ago. J.

31. Ἄφαντος, ὁ, ἡ, qvi non conspicitur, invisibilis. Γίνεσθαι ἀπό τινος, discedere ab aliqvo.

32. Καιομένη ἦν, exarsit i. e. vehementissime commovebatur. Διανοίγειν ad imitationem verbi פָּתַח significat *docere, explicare.*

34. Ὅτι. O. 28.

35. Ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, inter comedendum, super coena. Respondet phrasi פְּרוֹס לֶחֶם. J.

41. Βρώσιμος, ὁ, ἡ, esculentus.

42. Ὀπτὸς, ἡ, ὀν, assatus. Μελίσσιος, ad apes spectans, vel ab apibus proveniens. Κηρίον, favus.

44. Ἔτι ὢν, cum adhuc essem.

45. Διανοίγειν translate notat; *excitare ad attente audiendum, et vim Spiritus S. largiri ad intelligendum, qvae docentur.*

46. Ὅτι. O. 28.

47. Καὶ κηρυχθῆναι — ἀπὸ Ἱερȣσαλὴμ. Debebit etiam eius iuſſu inter omnes nationes doceri, emendandam eſſe vitam et conſeqvendam eſſe remiſſionem peccatorum, initio facto Hieroſolymis.

48. Ἔςε, eſtote.

49. Ἀποςέλλω, mox miſſurus ſum. *Praeſ. pro Paullo poſt Fut.* Καθίζω, maneo. J.

53. Διὰ παντὸς ſc. χρόνȣ, ſemper i. e. freqventiſſime.

HYPO-

HYPOMNEMATA

IN

EVANGELIUM

IOHANNIS.

HYPOMNEMATA
IN
EVANGELIUM IOHANNIS.

CAP. I.

1. Ἐν ἀρχῇ, in initio omnium rerum. Respicitur ad בְּרֵאשִׁית. Gen. 1, 1. Hac loqvendi formula aeternitas exprimi ſolet. Cf. Mich. 5, 2. Eph. 1, 4. De initio N. T. Sociniani male explicant; refelluntur v. 3. Conf. Ioh. 17, 5. Ὁ λόγος, filius Dei. Cur Chriſtus λόγος dicatur, modeſtiae eſt ignorantiam fateri. Mihi qvidem omnes huius nominis explicationes non ſatis firmo niti videntur fundamento. Duplex huius appellationis fundamentum tradi ſolet, a) grammaticum; דָבָר enim, cui voci λόγος reſpondet, non ſolum de verbo ore prolato dicitur, ſed etiam perſonaliter, de miniſtro orationis ſ. legato. Vid. 2 Sam. 7, 21. et 1 Chron. 17, 19. Ex comparandis duobus his locis apparet, דָבָר et עֶבֶר interdum Synonyma eſſe. Additur a qvibusdam אֲמַר, qvod uſurpatur in hiſtoria creationis, qvoniam veteres Iudaei et Chaldaei illic intellexerunt perſonam aliqvam a patre diſtinctam. Deylingius exiſtimat, Iohannem ſpeciatim ad Pſ. 33, 6. ubi *verbo Iehovae coeli facti*

dicuntur, reſpectum habuiſſe. Nuperrime Vir qvidam doctus ita explicavit, ut λόγος h. l. ſit *promiſſio* et per Metonym. *promiſſus*, qvo ſenſu hebraico דָּבָר et λόγος apud LXX Interpretes haud raro occurrit. Ὁ λόγος τοῦ θεοῦ igitur eſſet, a Deo (per prophetas) promiſſus Meſſias. Cf. Apocal. 1, 2, 9. 6, 9. 19, 11. Vid. *Beyträge zur Beförderung theologiſcher und andrer wichtiger Kenntniſſe, herausgegeben von I. A. Cramer.* b) reale ſ. theologicum, qvod partim in generatione aeterna, partim in deſtinatione ad miniſterium doctoris et legati in hac terra obeundum deprehenditur. Poſterius certo probat, λόγον eſſe perſonam. Ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, ille λόγος fuerat cum Deo i. e. Deo coniunctiſſimus. Eſſe apud Deum, qvando de filio Dei dicitur, notat, *idem eſſe cum Deo patre et eandem habere gloriam.* Cf. Ioh. 17, 5. Καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, et idem ille λόγος erat ipſe Deus. Subiectum eſt ὁ λόγος, qvod apparet ex ſerie orationis et ex adiecto articulo. Gl. Ph. 665.

3. Διὰ et ἐν (Col. 1, 16. 17.) cauſſam *efficientem*, non autem *miniſterialem* notant. Arius dixit: de patre in ſcriptura ſ. ſimpliciter dici: *creaſſe*, ſed de filio dici διά. Reſp. De patre dicitur qvoqve διά. E. Γενέσθαι et κτίζεσθαι ſunt ſynonyma. Cf. Pſ. 33, 6. Ariani et Macedoniani per ζωὴν intelligunt Spiritum Sanctum, et inde colligunt, eum eſſe vim creatam; ponunt ſc. punctum poſt οὐδὲ ἕν. Sed rectius ponitur punctum poſt γέγονεν. Sic qvoqve Chryſoſtomus laudat hunc locum, qvi plurimos codices inſpexit.

4. Ζωὴ, vis vivifica, felicitatem ſalutemqve hominibus conferens. J. Ἦν pro ἐστὶ *ex hebr.* Notent tirones, Evangelium Iohannis maxime abundare hebraiſmis, qvod obſervari poteſt in uſu temporum plane hebraico. Hebraei enim, cum non niſi duo tempora

pora habeant, adhibent ea, ut Graeci Aoriſtos, promiſcue pro omnibus, qvam lingvae hebraicae conſvetudinem Iohannes ſaepe imitatus eſt. Ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς, hic auctor felicitatis eſt lux i. e. doctor generis humani.

5. Ἐν per. Ἐν τῇ σκοτίᾳ in medio malorum hominum. Καταλαμβάνω, recipio, admitto. Parallelifmus v. 10. et 11. hanc explicationem exigit. Sens: tenebrae tam denſae fuerunt, ut evangelium eiusqve cognitio eas non poſſet depellere.

6. Αὐτῷ pro ᾧ. Hebraeorum eſt לו ponere pro relativo.

7. Εἰς μαρτυρίαν, ad docendum. J. Τὸ φῶς, lumen illud, qvod ſc. promiſſum erat.

8. Ἀλλ' (εἰς τοῦτο ἦλθεν,) ἵνα. Elliptica locutio maxime Iohanni propria, ubi ſemper tota aliqva conſtructio ſubintelligitur.

9. Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, exiſtit ergo qvaedam lux vera i. e. excellentiſſima. Nam Iohannes et alii erant etiam veri doctores. O. 6. Ἔρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον, naſci. Eſt phraſis Iudaeorum בוֹא בְּעוֹלָם O. 41. Verba ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον cum φῶς conſtruenda ſunt, hoc ſenſu: Chriſtus, lux, cum homo naſceretur, nos omnes illuminavit.

10. Κόσμος, mundus. Mundus qvidem non bene dicitur latine de impiis, attamen vocabulum hoc retinendum eſt, qvia alias perit character lingvae. Hic locus exemplo ſit, puritatem lingvae Latinae in Verſione interdum eſſe negligendam. Γινώσκω. J. Κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω, impii eum non probarunt, curarunt.

11. Τὰ ἴδια, Iudaea. Οἱ ἴδιοι, Iudaei. Kr. Παραλαμβάνω, excipio fide.

12. Ἐξουσία, ius. (Τοῦ) γενέσθαι, ut fierent.

13. Οἱ οὐκ ἐξ αἱμάτων, qvi non ex ſemine paterno. Cf. Act. 17, 26. Οὐδὲ ἐκ θελήματος — ἀνδρὸς, neqve inſtinctu corporeo et humano ſunt nati. *Sens:* liberi Dei non ſunt naturali modo nati, ſed a Deo emendati.

14. Σὰρξ, homo. J. Σκηνόω, a) in tabernaculo habito. Alluditur ad Schechinam ſive maieſtatem divinam, qvae Iſraelitis in V. T. erat notiſſima, a rad. שָׁכַן, *habitavit*, a qva et verbum hoc deſcendere videtur. Kr. b) Alii monent, in hac voce non argutandum eſſe, et vertunt eam, *commoror*, *vivo*. Ὡς, vere. J. Χάρις καὶ ἀλήθεια, gratia vera et maxima. Reſpondet verbis חֶסֶד וֶאֱמֶת et denotat amorem ſingularem, qvo Deus in homines propter Chriſtum fertur. E. B. V. X. 570. O. 5. α.

15. Ἦν pro ἐστί. Πρῶτος, h. l. prior.

16. Χάρις ἀντὶ χάριτος, gratia uberrima et copioſiſſima. Eſt periphraſis ſuperlativi reſpondens hebraeo חֵן עַל חֵן. Vide Notam S. R. Dathii ad Gl. Ph. 487.

17. Χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια, amor veriſſimus. O. 5. α.

18. Εἰς pro ἐν.

20. Ὅτι, abundat.

21. Ὁ, a) pro τις, aliqvis. Qvaerebant ſc. an Iohannes eſſet aliqvis de veteribus prophetis; b) vel eſt articulus emphaticus: num tu es ille propheta ſc. Deut. 18, 18. promiſſus? Kr. Priorem ſententiam praeferre ſvadet infra v. 25. ubi promiſſus ille propheta ſc. Chriſtus ipſe et ὁ προφήτης aliqvis ex prophetis, ut perſonae diverſae, memorantur.

23. Φωνὴ βοῶντος, doctor.

25. Διὰ τί; cur?

26. Ἕστηκε, ſtat. O. 23.

28.

28. Πέραν, ad, penes. J. Ἦν βαπτίζων. O. 26.

29. Τῇ ἐπαύριον ſc. ἡμέρᾳ, poſtero die. Ἀίρω, auſero. Ἀίρειν eſt poenas luere pro peccatis, atqve adeo expiare. Cf. Lev. 5, 1. 20, 17.

30. Πρῶτος, prior pro πρότερος.

31. Εἰδέω, plusqvamperf. εἰδήκειν, et per Sync. εἴδην. Attice vero dicitur ᾔδειν. Ουκ ᾔδειν, a) non noveram ſc. penitus ratione officii. Gl. 1247. b) non noram de facie. Poſterior explicatio praeferenda eſt.

32. Ὅτι. O. 28.

39. Μένω, commoror, diverſor in aliqvo loco.

42. Πρῶτος pro πρότερος. Μεσσίας, unctus. Hebr. מָשִׁיחַ.

43. Κηφᾶς, ᾶ, ὁ, Cephas. Eſt cognomen Simonis Syriacum a כֵּאפָא, petra.

44. Ἠθέλησε, placuit.

46. Γράφω, deſcribo, depingo. Νόμος, libri Moſis. J.

47. Τί ἀγαθὸν, aliqvid bonum h. e. aliqvis homo bonus et excellens. Εἶναι, ortum habere.

49. Ὑπὸ τὴν συκὴν, ſub ficu. Iudaei preces ſuas et lectiones ſub arboribus tractare ſoliti ſunt. Idem ergo feciſſe Nathanaelem, Chriſtus his verbis innuit.

51. Μείζω pro μείζονα ſc. πράγματα.

52. Οὐρανὸν ἀνεῳγότα, coelum ſe aperiens et patens. Ἀνοίγω habet ſignificationem reciprocam, nempe activam et paſſivam. Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, i. e. Meſſias e muliere natus. Cf. Pſalm. 8, 5. Ἀγγέλους ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας i. e. poſthac magis magisqve intelligetis, me eſſe illum ipſum, qvi praefiguratus eſt in viſione ſcalae Iacobaeae, Genes. 28, 12. Gl. 1233.

CAP. II.

1. Τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ. Tertius dies fuit, ex qvo Chriſtus a Bethania Peraeae in Galilaeam iter ſuſceperat.

3. Οἶνον ἐκ ἔχεσι, vinum deficit. O. 17.

4. Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ ſc. πρᾶγμα κοινόν ἐςι, qvid mihi tecum eſt negotii. Eſt formula illius, qvi intempeſtivum monitorem non admittit, neqve audire vult. Cf. 2 Sam. 16, 10. et 19, 22. *Sens:* noli alienas res et ad te nihil pertinentes curare. Γύναι in verſione omittendum eſt; nihil ineſt duri. Cf. Ioh. 19, 26. Ἥκει, adeſt.

6. Κατὰ, ad. Καθαρισμὸς, lotio; ex more ſe lavandi. Ἀνὰ, qvaelibet, ſingulae, *adverb. diſtribut.* Ὁ μετρητὴς, metreta, *menſura Attica duodecim capiens congios ſ. ſexaginta ſextarios.*

7. Ἕως (τε) ἄνω (ὄντος μέρες), usqve ad ſuperiorem partem.

8. Ἀρχιτρίκλινος, Architriclinus, qvi praeeſt apparando convivio.

10. Μεθύω, ebrius ſum, h. l. ſenſu honeſtiori ſignificat, *ad ſatietatem bibo.* Reſpondet Latinorum *ſubbibere* i. e. plusculum bibere, qvam vulgo fieri ſolet. Cf. Gen. 43, 34. 1 Cor. 11, 21.

11. Οὗτος, αὕτη, τετο h. l. talis. Emphaſis ineſt huic phraſi; redde: tam praeclarum initium fecit. Ἐπίςευσαν, crediderunt, i. e. maiori cum fiducia, qvam antea.

14. Ὁ κερματιςὴς, nummularius. Nummularii in atrio templi peregrinis ſiclum ſanctuarii pro alia pecunia permutabant.

16. Ἐμπόριον, mercatura, locus ad mercaturam exercendam aptus.

H

18.

18. Ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον, eſt formula transeundi et pergendi hebraica, qvae uſurpatur, etiam ſi nulla praeceſſerit interrogatio. Ὅτι ταῦτα ποιεῖς, a) h. e. te eſſe Meſſiam, qvi hoc facis. Cf. Iud. 6, 17. שָׁאַתָּה מְדַבֵּר עִמִּי h. e. (te eſſe Iovam) qvi locutus mecum iſta fuiſti. Gl. 619. b) Ποιεῖς (καλῶς) ſc. tibi licere hoc facere. O. 12. β.

19. Λύσατε, deſtruetis. Imperativus pro Futuro poſitus eſt. Gl. 286. Ἐν, intra.

20. Τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν. Hoc referendum eſt eo, qvod Herodes templum multo ſplendidius reddendum curabat. Vid. S. V. Erneſtii progr. de templo Herodis.

21. Περὶ τȣ̃ ναȣ̃ τȣ̃ σώματος, de templo, qvod eſſet corpus. O. 8. α.

22. Ὧι pro ὃν. O. 11.

23. Εἰς τὸ ὄνομα ἀυτȣ̃, i. e. in eum. O. 34. α.

24. Οὐκ ἐπίςευσε, non ſe fidei eorum committebat. Μαρτυρέω, doceo. J.

CAP. III.

1. Ἄρχων, doctor, ſic dicitur in ſacris litteris, qvi habet ἀρχὴν h. e. qvamlibet poteſtatem, qvamvis parvam, ac dignitatem. Nicodemus erat e numero doctorum publicorum, ideoqve a Chriſto vocatur διδάσκαλος. E.

2. Μετ' ἀυτȣ̃ ᾖ, auxilio ipſi fuerit.

3. Ἀμὴν, certo. Iohannes id ſemper geminat. Ἄνωθεν, denuo. Ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τȣ̃ θεȣ̃, membrum regni gratiae fieri, eiusqve bona percipere.

5. Ἐκ pro διὰ, per. Tit. 3, 5. Σὰρξ, homo per peccatum corruptus. J.

6. Πνεῦμα priori loco denotat ipſum Spiritum S. gratioſe per verbum et baptiſmum operantem; poſteriori loco Spiritus S. ἐνέργημα ſalutare intelligitur. Eſt meton. perſonae efficientis pro re effecta. Gl. 815. Πνεῦμά ἐστι, idem qvod πνευματικός ἐστι, i. e. ſentit, ſtatuit, vult, cupit, ut Deus ſentit, ſtatuit, vult, cupit.

8. Πνεῦμα, ventus. Πόθεν, ex qvo angulo veniat ſtrepitus flatus, et ubi finem flandi ſit habiturus.

11. Οἴδαμεν, ſcio. E. Μαρτυροῦμεν, doceo. Μαρτυρία, doctrina. J. *Sens:* doceo res, de qvibus mihi planiſſime conſtat. Ἐπίγεια, terrena, i. e. qvae ad regnum gratiae in hoc mundo pertinent. Ἐπουράνια, qvae ad regnum gloriae pertinent. E.

13. Ἀναβέβηκε, coeleſtes res cogitat et perſpicit. Tropice notat mente et cogitatione in coelum aſcendere. Cf. Deut. 30, 11. 12. et Rom. 10, 6. Ὁ ὤν, qvi eſt. Gl. 353. *Sens:* Nemo poteſt coelum petere, ut inde de hominum ſalute conſilia Dei cognoſcat et audiat.

14. Ὑψωθῆναι (ἐκ τῆς γῆς,) qvod Ioh. 12, 32. additur. J.

17. Κρίνω, exſcindo, perdo. Iudaei enim exſpectabant Meſſiam gentis ſuae adverſus ethnicos vindicem.

19. Κρίσις, *met.* cauſſa condemnationis. Μᾶλλον h. l. non comparationis, ſed oppoſitionis nota eſt, i. e. dilexerunt tenebras, et oderunt lucem. Voluerunt in ſpiritualibus coeci eſſe et opera ſua in occulto manere. Gl. 415.

20. Φαῦλα ſc. ἔργα, mala opera.

21. Ποιεῖν τὴν ἀλήθειαν, peragere veritati doctrina Chriſtianae conſentanea. Vid. J. in voce ἀλήθεια.

θεια. Ἐν θεῷ, in communione cum Deo, ad normam voluntatis divinae.

23. Σαλείμ. Hieronymus: Salem oppidum est iuxta Scythopolin, qvod usqve hodie appellatur Salem. Iud. 4, 4.

25. Ζήτησις, controversia. Καθαρισμὸς, h. l. baptismus.

26. Μαρτυρέω, laudo.

27. Ὀυ δύναται, non licet. O. 13. Λαμβάνω, h. l. arrogo mihi aliqvid. Ἐκ τȣ̃ ὀυρανȣ̃, a Deo. J.

29. Ὁ ἑστηκὼς, ministrans sponso. Nam עָמַד, stare est interdum *ministrare*.

30. Ἐλαττȣ̃σθαι, imminui sc. in qvorundam hominum opinione, qvi nimis magnifice hactenus de Iohanne senserant. Alioqvi baptista non fuit imminutus ex Christi incrementis. O. 16.

31. Ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς — λαλεῖ, qvi de homine habet originem suam, terrenus est, et etiam terrena loqvitur.

33. Ἐσφράγισε, obsignavit i. e. assensu suo confirmavit. J.

34. Ὀυ γὰρ ἐκ μέτρȣ, sine mensura, i. e. non parce et modice. Ante ὃν est ellipsis relativi, *ille*, *is*.

35. Ἐν pro εἰς.

36. Ὄπτεσθαι ζωὴν pro ζῆν. Hebr. O. 41.

CAP. IV.

1. Ἰησȣ̃ς, pro pronomine positum est ipsum nomen sive subiectum orationis. Post ἤκȣσαν supple: *et eos aegre ferre, eiqve exitium parare*. Haec enim vera discessus Christi caussa erat. Gl. 620.

2. Καίτοιγε, qvamvis.

5. Ἐις πόλιν, ad urbem.

6. Σιχὰρ, Sichem. Χωρίον, praedium. Ὅυτως, a) redundat. Simili particula pleonaſtice utimur in lingva Germanica: weil Ieſus von der Reiſe müde war, *ſo* ſezte er ſich bey dem Brunnen nieder. Sed illud *ſo* poteſt etiam omitti. Eſt obſervatio Celeb. Dathii ad Glaſſ. 439. b) hanc ob cauſſam. K. c) alii: ſic, ut venerat.

9. Συγχϱάομαι, converſor, h. l. communi cibo aut menſa cum aliqvo utor.

10. Ὕδωϱ ζῶν, a) aqva perennis. K. b) aqva optima. J. Significatur doctrina Evangelica, qvatenus ea continet, qvae ad ſalutem aeternam pariendam neceſſaria ſunt ac ſufficiunt.

11. Ἄντλημα, vas ad hauriendum.

12. Τὸ θϱέμμα, pecus.

14. Οὗ, pro ὅ. O. 11. Ἐις τὸν αἰῶνα, in aeternum; ἐκ εἰς τὸν αἰῶνα, nunqvam. V.

18. Ὀυκ ἔςι σε ἀνὴϱ, forſan, qvia alii viro obligata adhuc tenebatur, non accepto libello dimiſſionis.

20. Ἐν τῷ ὄϱει τέτῳ, digitis monſtrat montem *Garizim*, ubi templum Sanbelletes ſtruxerat; et qvanqvam id templum diruerat Hyrcanus, ſacra tamen ibi eodem more fieri non deſierant. Πϱοσκυνέω, h. l. cultum Deo praeſto precibus et ſacrificiis.

22. Ὃ ἐκ οἴδατε (καλῶς.) Ἡ σωτηϱία, ſalus, h. l. Chriſtus, qvi eſt cauſſa ſalutis.

23. Ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ, cultu interno et vero, ſc. N. Teſtamento conveniente, i. e. actionibus incorporeis et inviſibilibus.

24. Πνεῦμα ὁ θεός ſc. ἐςι.

25. Ἔϱχεται, venturum eſſe.

27. Ἐπὶ

27. Ἐπὶ τούτῳ sc. ῥήματι vel χρόνῳ. Μέντοι, tamen.

31. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ sc. ὄντι χρόνῳ, intermedio tempore, interea.

34. Ἐμὸν βρῶμά ἐστι, hoc mihi loco cibi eſt.

35. Οὐχ ὑμεῖς λέγετε, dicitis vulgo (facta ſementi) τετράμηνον (μέρος) ἐστὶ, ſpatium qvadrimeſtre (totum) adhuc ſupereſt, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται, et (tunc demum) meſſis venit. Eſt dictio proverbialis, qva Chriſtus utitur, ad animos diſcipulorum ſuorum ad meſſem ſpiritualem, praedicationem nempe Evangelii, excitandos. E. Vid. Gl. 378. Ἐπάρατε. *Hebr.* O. 34.

36. Καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον, fruges in aeternum ſibi profuturas. Ἵνα, adeoqve.

37. Λόγος, h. l. proverbium. Ἐν τούτῳ sc. μέρει, hac in re. Ὁ σπείρων, qvi praeparat, ut eccleſia colligi poſſit. Θερίζων, qvi homines ad eccleſiam colligit. Metentes ſunt apoſtoli, ſerens Chriſtus, Iohannes Baptiſta et prophetae.

38. Ἀπέστειλα, mitto. Εἰσεληλύθατε, ingreſſuri eſtis. Ex hebraiſmo tempora permutata ſunt. E. B. N. I. p. 216.

42. Ἀκούω, *perf. med.* ἤκοα, et Attice ἀκήκοα.

44. Μαρτυρέω, dico. Οὐκ ἔχει, habere non ſolet. O. 24.

46. Βασιλικὸς sc. συγγενὴς vel ὑπηρέτης, regius cognatus vel miniſter. Syrus vertit עבד מלכא i. e. δοῦλος βασιλικός. Poſterius praeferendum videtur.

47. Ἤμελλε ἀποθνήσκειν, erat moribundus. Ἤμελλε Attice pro ἔμελλε.

50. Ζῇ, convaluit. J.

52. Κομψὸς, ἡ, ὸν, elegans. Κομψότερον ἔχειν, ſc. ἑαυτὸν melius ſe habere.

CAP.

CAP. V.

1. Ἑορτή. Bengelius festum Pentecostes vult intelligi; rectius accipitur de Paschate.

2. Ἐπὶ τῇ προβατικῇ sc. πύλῃ, ad portam oviariam. Βηθεσδά, syr. בֵּית־חֶסְדָּא domus s. locus benignitatis, qvod videlicet ibi Deus benigne potentiam suam exerceret in curandis qvibusvis populi sui morbis. Κολυμβήθρα, lavacrum. Syrus interpres vertit *domum lotionis.*

4. Κατὰ καιρὸν, certo tempore. Ἐν pro εἰς. Δήποτε, unqvam, ᾧ δήποτε, qvocunqve.

5. Ἐν τῇ ἀσθενείᾳ pro ἀσθενῶς, male habens, morbo affectus. Gl. Ἔχειν ἔτη, vel ut v. seq. ἔχειν χρόνον, annos consumere.

7. Post ἀσθενῶν deest prius sermonis membrum: *Omnino volo, et hac de caussa hic exspecto motum aqvae: sed non habeo hominem.* Gl. 621.

13. Ἐκνεύω pro ἐκνέω, proprie *enato*, metaph. clam evado, secedo. F.

18. Λύω, h. l. violo.

19. Οὐ δύναται, fieri non potest, qvin. Ἀφ' ἑαυτοῦ, sine exemplo.

24. Εἰς κρίσιν ἔρχεσθαι, ut reum sisti, condemnari. Θάνατος, status miserrimus, et ζωὴ sibi invicem opponuntur. J.

26. Ἔδωκε — ἐν ἑαυτῷ, filio etiam concessit ius dandae vitae, ita, ut, cui velit, eam dare possit.

27. Καὶ, atqve adeo. Ὅτι, qvatenus.

30. Ἀπ' ἐμαυτοῦ, a me ipso, sine norma a patre praescripta. Οὐ (μόνον). Conferatur hoc cum v. 19. et perspicuum evadet, ad ὁμοουσίαν (cui ὁμοθέλησις con-

coniuncta) patris et ſuam, Chriſtum dicta phraſi reſpicere. Gl. 421.

31. Ὀυκ ἔςιν ἀληθὴς, a vobis pro vero non habetur. O. 16. Gl. et infra cap. 8, 14.

34. Λαμβάνω, accipere ſtudeo. O. 12. δ.

35. Πρὸς ὥραν, ad tempus.

36. Μείζω pro μείζονα. (Τῆς) τȣ̃ Ἰωάννȣ (μαρτυρίας.)

37. Ὄυτε φωνὴν — ἑωράκατε, vera ſenſa divinarum vocum et revelationum aſſecuti nunqvam eſtis. Ita Vitringa. Hanc interpretationem v. ſeqvens 38. confirmat.

38. Μένειν, Iohanni eſt *ineſſe, infigi.*

39. Ἐρευνᾶτε, legitis qvidem ſcripturam. E. B. N. II. O. 2. β. p. 127.

41. Λαμβάνω, accipere ſtudeo, qvaero.

43. Ἔρχεσθαι ἐν τῷ ὀνόματί τινος, docere et proferre ea, qvae audivit et didicit qvis ab aliqvo. Ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, propria auctoritate. Kr.

44. Δόξαν παρὰ ἀλλήλων λαμβάνοντες, mutuam gloriam invicem qvaerere vultis. Nam hoc ſibi Phariſaei laudi ducebant, ſi Chriſtum ſpernerent.

45. Ὅτι κατηγορήσω. Negatio non prorſus id removet, qvod dicitur, ſed corrigit, ſc. Chriſtus dicit, ipſos nullum habituros acriorem accuſatorem Moſe, cuius patrocinio confidebant. Gl. 419.

CAP. VI.

1. Τιβέριας, Tiberias, urbs Galilaeae ad mare ſita, qvod inde nomen *mare Tiberiadis* accepit.

2. Ἑώρων, ab ὁράω, video. Attice temporali augmento ſyllabicum praepoſitum eſt.

5. Ἐπάρας, O. 34.

7. Βραχύ τι (μέρος,) exiguum qvid.

10. Ἐν τῷ τόπῳ, in illo loco. O. 6.

14. Ὁ ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσμον, qvi nasci debuit. O. 41.

19. Ἐλαύνω sc. (τὴν ναῦν,) remigo. Perf. ἤλακα et Attice ἐλήλακα.

21. Ἤθελον λαβεῖν, cupidissime eum recipiebant. Θέλειν ex eleganti Graecismo significat vehementius alicuius rei studium, haec consvetudo freqventissima etiam est in lingva hebraica ubi respondet τῷ חָפֵץ, qvod cum ב coniunctum significat: mirifice aliqva re delectari. Sic Ioh. 8, 44. 7, 17. J.

25. Πότε, qvando. Γίνομαι pro παραγίνομαι, advenio.

26. Οὐχ ὅτι εἴδετε σημεῖα, non ducti reverentia erga me, qvia audistis me miracula patrare.

27. Ἐργάζομαι, comparare mihi studeo. Μὴ (μόνον) Christus non prohibet necessariam pro conservanda vita hac terrena sollicitudinem, sed curam et zelum in spiritualibus ante omnia reliqva inculcat. Gl. 419. Σφραγίζω, confirmo i. e. hoc ago, ut alicui fidem conciliem, quomodo reges sigillo litteris impresso solent. J.

28. Ἔργα τοῦ θεοῦ, opera Deo grata.

29. Ἔργον τοῦ θεοῦ, actio in solius Dei gloriam cedens, et propterea ipsi vere grata. O. 8. β. ד.

30. Ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμεν, qvo viso moveamur ad credendum. E. B. N. I. 217.

31. Μάννα, vel μὰν, τὸ, Manna. *Vox hebr indecl.* hebr. מָן.

32. Τὸν

32. Τὸν ἄρτον, illum panem verum. O. 6. Ὀυ, negatio non pertinet ad dantem, ſc. Moſen, ſed ad rem datam. Gl.

35. Ἄρτος τῆς ζωῆς, panis vitam dans et conſervans.

38. Ὅτι, h. l. igitur, propterea.

39. Πᾶν — μὴ pro ἐδὲν, eſt Hebraiſmus. O. 36. Senſus eſt: ne qvid pereat ex illa multitudine, qvam Deus mihi tribuit; licet vos ſtatuatis, omnes gentes per Meſſiam eſſe perdendas. Ἐξ αὐτȣ̃ ſc. τί. O. 37. Ἀπολέσω, non ſinam vel patiar perdi. O. 11. ζ.

42. Ὅτι abundat.

44. Ἑλκύειν habet vim alliciendi, ut apud Latinos: *trahi laudis ſtudio.* Trahit autem Deus docendo. Ἑλκύσῃ, edocendum curet.

45. Διδακτοὶ (ὑπὸ) τȣ̃ Θεȣ̃, docti a Deo. V. O. 33. Ἄρτος ὁ ζῶν, i. e. ζωοποιῶν.

51. Σὰρξ, h. l. pro σῶμα, uti Luc. 22, 19. exponitur. Edere carnem Chriſti morti tradendam, notat; *credere in* mortem eius. Ergo hic locus de ſacra coena non eſt intelligendus.

52. Μάχομαι, diſputo.

55. Ἀληθῶς (ἀληθής) ἐςι βρῶσις, eminentiſſime. Caro mea violentae morti tradita, eo ſenſu eſt *paſtus animorum*, qvo nulla alia res in rerum natura.

57. Ὁ ζῶν, fons felicitatis. Ζῶ, felix ſum. J. Διὰ, per. Καὶ pro ȣ̃τως, ex hebraiſmo. Ζήσεται, beatus erit. J.

58. Ὀυ καθὼς, non ſimilis ei pani, ex hebraiſmo.

60. Σκληρὸς, durus, difficilis intellectu, vel horribilis auditu. Τίς δύναται, qvis poteſt, ſc. ſine taedio et moleſtia. O. 13.

63. Τὸ πνεῦμα, doctrina ſpiritualis (nam Chriſtus ſtatim ſic explicat, *τὰ ῥήματα ἃ λαλῶ, πνεῦμά ἐςι* i. e. doctrina ſpiritualis, a ſpiritu ſ. orta et patefacta,) vitam largitur. Ἡ *σὰρξ*, ſenſus humanus. Ὠ᾽φελεῖ ἐδὲν, non ducit ad vitam aeternam. Cf. 1 Cor. 2, 13—16.

65. Ἐκ pro *παρὰ*, a, ab.

66. Ἐκ *τέτε* ſc. *χρόνε*, ſ. *ῥήματος*. Ἀπέρχεσθαι *εἰς τὰ ὀπίσω* ſc. *ὄντα μέρη*, diſcedere, pedem referre.

68. Πρὸς τίνα (διδάσκαλον.)

71. Λέγω, h. l. innuo, loqvor de aliqvo. Ὢν, qvamvis eſſet. O. 22.

CAP. VII.

2. Ἡ σκηνοπηγία, feſtum tabernaculorum.

4. Καὶ, qvi tamen. Eſt hebraiſmus copulam ponens pro relativo. Ἐι *ταῦτα ποιεῖς*, ſi potes, et ubi et qvoties vis, talia facere. O. 12. *α*. Ἐν *παῤῥησίᾳ εἶναι*, in celebritate eſſe, in omnium ore verſari.

7. Μαρτυρῶ, demonſtro. J.

12. Ὁ γογγυσμὸς, clandeſtinus rumor.

14. Τῆς ἑορτῆς μεσέσης, dimidia iam feſti parte peracta.

15. Γράμματα, a) ſcriptura ſacra. Kr. b) Theologia. J.

17. Θέλω abundat. O. 26. Πότερον — ἢ, utrum, an. Si qvis obediat iſti doctrinae, uſu ſuo cognoſcet, eam eſſe a Deo.

19. Ὀυ, nonne?

20. Δαιμόνιον ἔχεις, daemonis impulſu maligne cogitas et loqveris.

21. Ἓν ἔργον ἐποίησα, unum miraculum patravi die sabbathi.

22. Διὰ τοῦτο, h. l. porro, praeterea. Est h. l. mera connectendi particula, ut Matth. 12, 31. et 13, 52. Οἱ ό לָכֵן saepe per διὰ τοῦτο vertunt, hoc autem notat, *enim vero, atqui.*

23. Χολάω, irascor.

24. Ὄψις, adspectus h. l. species externa. *Sens:* nolite in me reprehendere, id qvod in sacerdotibus alias laudatis, et studium legis vocatis.

28. Κἀμὲ οἴδατε, a) cognoscite i. e. omnino deberetis et possetis scire; b) itane vero et me nostis, et unde venerim? Grot. E. B. N. II. 131. c) nostis me qvidem (sed tantum ex aliqva parte sc. ut hominem) nostis unde originem traxerim, (qvod attinet ad genus et patriam, sed altiorem originem sc. divinam ignoratis.)

31. Ὧν pro ἅ. O. 11.

35. Διασπορὰ Ἑλλήνων pro διεσπαρμένοι Ἕλληνες. O. 5. Iudaei tunc temporis in duas classes divisi erant, qvorum qvidam, qvi Hebraea lingva utebantur, Hebraei dicti sunt, alii vero, qvi Graecam in legendo Codice sacro adhibebant, Hellenistae. Illi Graeci sive Hellenistae διασπορᾶς nomine veniebant.

37. Τῇ μεγάλῃ, maxima, reliqvis diebus splendidiori, non ex praeceptione divina, sed ex more Iudaeorum, qvia prioribus diebus pro reliqvis gentibus, ultimo die pro Iudaeis solum victimae offerebantur. Accedebat singularis ritus libationis. Ὁ πιστεύων. O. 7.

38. Καθὼς εἶπεν ἡ γραφή, ut scriptura credi iubet. Κοιλία h. l. cor. Alexandrini Interpretes מֵעִים, qvod alias per κοιλίαν vertunt, passim per καρδίαν interpretantur. Ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ, sc. πιστεύοντος.

Sens: qvi in me credit, is non ſolum abundabit donis ſpiritualibus, ſed et aliis de iis impertiet. Ποταμοὶ, ſpectat copiam hominum, qvi dona ſpiritus ſ. accipiebant. Cf. Zach. 14, 8. E. B. N. I. p. 220.

39. Poſt ἅγιον ſupple: ἐκχυνόμενον. Πνεῦμα, h. l. dona ſpiritualia extraordinaria. Ἐδοξάσθη, nondum reſurrectione declaratum erat, eum eſſe filium Dei, Dominum et caput eccleſiae.

51. Κρίνω, condemno.

52. Ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἶ; Num et tu Galilaeis deditus es? Προφήτης, h. l. Meſſias. Ionas et Nahum aliiqve prophetae ex Galilaea erant orti, qvod non poterant iſti viri ignorare. Ergo προφήτης pro Meſſia accipiendus. E. Ἐγήγερται, naſci ſ. oriri debuerit. J.

CAP. VIII.

2. Ὄρθρου ſc. γενομένου, ſub diluculum.

4. Αὐτόφωρος, ὁ, ἡ, in ipſo ſcelere deprehenſus. Ἐπαυτοφώρῳ ſc. πράγματι, in ipſo facto, in ipſo flagranti delicto.

6. Ἔχωσι (αἴτιον). Ἔγραφε, optima eſt ſententia Lutheri, qvi dicit, Chriſtum qvaſi aliud agentem id feciſſe, ne aures ipſis praebere velle videretur. Kr.

7. Ἀναμάρτητος, ὁ, ἡ, peccati expers. Ἐπιμένω, permaneo, h. l. pergo.

9. Εἷς καθ' εἷς, unusqvisqve ſigillatim, ſinguli. Eſt loqvendi ratio ſolis ſcriptoribus ſacris uſitata. Ὁ πρεσβύτερος, honoratior. Ἔσχατοι, infima plebs.

10. Ἡ γυνὴ, Nominativus pro Vocativo Attice poſitus eſt. Οὐδείς σε κατέκρινε; nemone te mulctare voluit? nec ego te mulctabo.

15. Σάρξ, h. l. affectus carnalis. Post οὐδένα repete, κατὰ τὴν σάρκα, ego de nemine iudico *secundum carnales affectus.*

16. Κρίνω, a) testor. W. b) iudicium fero de aliqvo.

19. Ἄν, utiqve. Gl. 427.

21. Ἐν, propter, ex hebr. E. B. N. II. 132.

23. Ἐκ τῶν κάτω (μερῶν,) vos ex terrenis este, i. e. tantum opes huius saeculi vanas desideratis.

24. Ἐν, propter. Ὅτι ἐγώ εἰμι, me esse illum, qvem dixi, sc. Messiam. Cf. Gal. 6, 3. ubi εἶναί τι, est εἶναί τι μέγα. E.

25. Τὴν ἀρχὴν, prorsus, omnino. Prorsus sum is, qvem vobis dico, nempe Messias. Καὶ post ὅ, τι ex usu optimorum scriptorum abundat, nec potest in lingva Latina exprimi. Gl. 401.

26. Λαλεῖν καὶ κρίνειν verte: multa habeo, qvae de vestra incredulitate qverar, sed sufficit doctrinam meam esse veram, ergo qveri nolo. Εἰς h. l. coram.

27. Λέγω, innuo, de aliqvo loqvor.

28. Ὑψόω, in altum tollo, cruci affigo.

29. Καὶ, ideo. Μετ᾽ ἐμοῦ ἐστι pro ἔσται mecum erit, i. e. res meas promovebit, ex hebraismo.

33. Σπέρμα, soboles. J.

37. Οὐ χωρεῖ, non valet. Lucianus hoc de moneta qvadam dicit.

42. Ἥκω, veni. Hoc verbum praeteriti notionem habet non solum in libris N. T. sed etiam apud Atticos scriptores.

43. Λαλιὰ, h. l. idem qvod διάλεκτος significat. Cf. Matth. 26, 73.

44. Ἕστηκε, ſtat, perſeverat. E. Ὅτι, qvia. Ἐκ τῶν ἰδίων, ex indole ſua.

46. Ἁμαρτία, error.

47. Ἀκούω, h. l. aſſenſum praebeo, audiens ſum dicto. J.

48. Δαιμόνιον ἔχειν, h. l. cum diabolo commercium habere. Opponitur enim δαιμόνιον Deo.

49. Ἀτιμάζω, contumelia afficio.

50. Ζητεῖν, ſenſu iudiciali et forenſi accipiendum, ut apud Latinos: *qvaerere*.

51. Θανατὸν θεωρεῖν, mori. O. 41. Εἰς τὸν αἰῶνα pro αἰώνιον. Gl. 29.

52. Γεύεσθαι θανάτου, mori. O. 41.

56. Ἡμέρα, a) probabile eſt, ἡμέραν ex hebraiſmo hic pro toto, qvo Chriſtus in his terris verſatus eſt, tempore adhiberi, ut adeo Chriſtus hic indicet, Abrahamum vidiſſe qvaedam veſtigia et rudimenta earum rerum, qvae temporibus Meſſiae agi debebant. Id autem Abrahamo non ſimul et ſemel contigiſſe, ex ſacris litteris novimus. b) ἡμέραν ἰδεῖν, diem aliqvem vivendo attingere; ſimilis loqvendi formula extat 1 Petr. 3, 10. Sermo autem eſt de die natali Iſaaci, qvo Abrahamus promiſſam a Deo gratioſam viſitationem expertus eſt. E. B. I. 948. B. N. II. 406.

57. Ἔχειν ἔτη, tot annos habere i. e. natum eſſe.

58. Ἐγώ εἰμι, ego fui. Praes. pro praeterito, ut Pſ. 90, 2.

59. Ἐκρύβη καὶ ἐξῆλθε, occulto exiit, clam diſceſſit. O. 20. Gl. 273. Καὶ παρῆγεν οὕτως, et ulterius progreſſus eſt.

CAP.

CAP. IX.

1. Ἡ γενετὴ, nativitas.

2. Ἁμαρτάνω, h. l. peccatis promereo, reus sum. Sic verbum חָטָא etiam non semper *peccatum suum*, sed *reatum* eius infert, ut Genes. 43, 9. Ἵνα, O. 29.

4. Ἕως ἡμέρα — νύξ. Noctem hanc de *tempore post hanc vitam* accipit Chrysostomus. Videtur locutio proverbialis tum temporis fuisse.

6. Χαμαὶ, humi, in terram. Τὸ πτύσμα, sputum.

7. Εἰς pro ἐν. Σιλωάμ, hebr. שִׁלוּחַ, Neh. 3, 15. בְּרֵכַת הַשֶּׁלַח dicitur. Κολυμβήθρα, cisterna. Colligebat ista ante urbem Hierosolymorum aqvas, qvae per canales in urbem ducebantur.

8. Ὁ καθήμενος καὶ προσαιτῶν, qvi sedere et stipem poscere solebat. O. 24.

9. Ἀνοίγειν ὀφθαλμοὺς, facultatem videndi dare. O. 40.

11. Ἀνέβλεψα, pro simplici ἔβλεψα. O. 2. Exprimitur hoc verbo non ipsa visio, sed facultas videndi, qvam qvis conseqvitur.

16. Ἁμαρτωλὸς, h. l. impostor.

17. Ὁ τυφλὸς, qvi coecus fuerat.

18. Ἰουδαῖοι, intelligendi sunt proceres synedrii. E. Ἕως ὅτι (χρόνου, οὗτινος.)

21. Ἡ ἡλικία, aetas.

22. Συντίθεμαι, constituo. Ἀποσυνάγωγος, a Synagoga exclusus, et simul a templo, ab aedibus amicorum, omniqve amicorum familiaritate.

24. Δὸς δόξαν τῷ θεῷ, in gloriam Dei veritatem fatere, adiuramus te per Deum. Cf. Ios. 7, 19.

27. Ἠκέσατε, credidiſtis. E. Pro interrogatione, ad qvam καὶ nunqvam adiicitur, accipi non poteſt.

30. Ἐν γὰρ τέτῳ θαυμαςόν (τι) ἐςι, in eo igitur mirum aliqvid eſt, K. Γὰρ, ſane profecto. Gl.

31. Ὁ, ἡ Θεοσεβὴς, Dei cultor ſ. cultrix.

34. Ἐν ἁμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης ὅλος, a natalibus ſceleſtus es. Subſtantivum cum praepoſitione eſt pro Adiectivo. O. 5. Διδάσκεις, audes docere. O. 12. δ. Ἐξέβαλον, a, e conclavi eiecerunt. K. excommunicarunt. W.

36. Πιςεύσω pro πιςεύω. Gl. 30.

39. Ἵνα οἱ μὴ βλέποντες — γένωνται. Sens: ut ignorantes religionem ad ſcientiam Dei veniant, et eorum, qvi putant ſe habere ſcientiam religionis, coecitas palam fiat. O. 14. Ἵνα. O. 29.

41. Ἐι τυφλοὶ ἦτε, ſi coecitatem veſtram ſpiritualem agnoſceretis. O. 16.

CAP. X.

1. Αὐλὴ, caula. Ἀλλαχόθεν, aliunde.

3. Ὁ, ἡ θυρωρὸς, ianuae cuſtos. Non anxie eſt qvaerendum, qvis ſit θυρωρός. Ab aliis intellectus eſt Moſes, ab aliis Spiritus S. At eſt hic tantum uberior ſimilitudinis dilatatio.

7. Ἡ θύρα τῶν προβάτων, oſtium ovium, i. e. per qvod oves in caulam ingrediuntur. Per ianuam intrare eſt: *credere in Chriſtum.* De officio miniſteriali iuſte conſeqvendo hodie nemo facile explicabit. E.

8. Πάν-

8. Πάντες — ἦλθον, omnes, vel plurimi (ut Ierem. 9, 26.) qvi paullo ante me pro paſtoribus ſe geſſerunt. Tales fuerunt Phariſaei et legisperiti Iudaeorum. R. Πρὸ ἐμοῦ ἐλθεῖν, (pro Compoſito εἰσελθεῖν) et μὴ εἰσέρχεσθαι διὰ τὴν θύραν v. 1. ſunt phraſes ſynonymicae, qvod apparet ex praedicatis ſimilibus adiectis. Πρὸ ἐμοῦ ἦλθον, fortaſſe haud incommode reddi poteſt; qvotqvot prae me (i. e. me poſthabito, cum affectata qvadam praecellentia prae me; qvem ſignificatum πρὸ, Iac. 5, 12. et 1 Petr. 4, 8. habet) intrare voluerunt. O. 12. δ. h. e. qvi ſine fide in me eccleſiae verae membra, immo etiam paſtores et rectores eius, haberi voluerunt. Iudicent alii, annon ῥῆσις: ὀπίσω τινος ἐλθεῖν, aliqvem ſeqvi Matth. 16, 24. et Marc. 8, 34. ad illuſtrandam phraſin πρό τινος ἐλθεῖν utiliter conferri poſſit. Cum enim prior locutio aperte ſignificet: *aliqvem ſeqvi, alicuius ſectatorem eſſe*, poſterior ex lege oppoſitionis videtur h. l. verti debere: *aliqvem non ſeqvi, nolle alicuius ſectatorem eſſe.* Hanc coniecturam doctiorum examini ſubmitto, neqve diffiteor de diſſenſu doctorum qvorundam virorum, qvos magnifacio, ab hac mea interpretatione mihi iam conſtare.

9. Ἐισελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται, proſpero ſucceſſu gaudebit. Reſpondet haec phraſis hebraico בּוֹא et צֵאת, qvae de adminiſtratione officii adhibetur. Num. 27, 17. et de proſpero ſucceſſu in qvalibet re, Pſ. 121, 8.

10. Ζωὴν καὶ περισσὸν, vitam et abundantiam. Prius notat: *liberationem a morte et malis*, poſterius: *qvaecunqve* ad vitam bene agendam pertinent.

Cap. 10, 8. Πρὸ ἐμοῦ abeſt a multis Codd. et, S. V. Erneſtio iudice, idem eſt, ſive deleatur, ſive retineatur. W. retineri vult et ſtatuit ſenſum ipſum reqvirere has voces.

11. Ὁ καλὸς, ille bonus. Ὁ respondet τῷ ה demonstrativo. ψυχὴ, vita. J.

14. Γινώσκω, recte me gero, h. e. amo oves meas, et illae me redamant.

15. Γινώσκω, amo. J.

16. Ἄλλα πρόβατα, sc. gentes. Ἀγαγεῖν pro συναγαγεῖν. Gl. O. 43.

20. Μαίνομαι, insanio.

21. Ῥήματα, res, miracula.

22. Τὰ ἐγκαίνια, Encaenia erant triplicia: 1. Salomonaea tempore verno; 2. in memoriam templi a Zorobabele reaedificati et ab Herode reparati; 3. ad memoriam repurgationis templi per Maccabaeos mense Decembri, qvae h. l. indigitantur.

23. Ἐν τῇ στοᾷ τοῦ Σολομῶντος, in porticu Salomonis h. e. aedificata in loco et ad similitudinem eius, qvam olim Salomo aedificaverat. Gl.

24. Αἴρω τὴν ψυχὴν, a) decipio. Locutio hebraica, qvae occurrit Ier. 37, 9. אַל־תַּשִּׁיאוּ נַפְשֹׁתֵיכֶם. b) suspendo s. dubium teneo aliqvem. W.

30. Ἕν ἐσμεν, unam eandemqve naturam divinam, potentiam et maiestatem habemus. E.

32. Ἀπεκρίθη, coepit dicere. J. Πολλὰ καλὰ κ. τ. λ. multa miracula a patre demandata, vobis videntibus, patravi.

33. Καὶ ὅτι, id est.

34. Νόμος, h. l. scriptura sacra. Latius haec vox interdum sumitur, cum plerumqve denotare soleat libros Mosis. J.

35. Πρὸς, contra. Respicitur ad verba acerrimae increpationis in Ps. 82, ὰ. 5. 7. Λύω, h. l. contradico.

36. Ἁγιάζω, eligo. J.

CAP.

CAP. XI.

1. Ἐκ τῆς κώμης Μαρίας, e vico, in qvo habitabat Maria.

2. Ἡ ἀλείψασα, qvae *postea* unxit. Male qvidam hanc prolepsin ad vitia orationis trahunt. E.

4. Πρὸς θάνατον, lethalis. O. 5.

8. Νῦν, nuperrime.

9. Ἡμέρα notat *tempus* laboribus et negotiis destinatum, et hic qvidem ad *docendum.*

10. Ἐάν τις περιπατῇ — βλέπει. Sens: omnia suo tempore etiam duodecima hora i. e. ultimo vitae tempore sunt facienda, cavebo mihi, utar mediis securitatis, et tutus ero. Adagium: *in hora duodecima aedificas*, in eum dicitur, qvi morti proximus aliqvid magnum molitur.

13. Κοίμησις τοῦ ὕπνου, h. l. somnus naturalis.

16. Δίδυμος, gemellus; est nomen Thomae hebraicum תְּאוֹם graece expressum. Μετ᾽ αὐτοῦ, sc. Christo. Eamus et comitemur eum, ut vel mortem, cuius periculum Christo imminere paullo ante dixerant, cum illo obeamus.

19. Πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν, i. e. ad Martham. Ita Graeci: οἱ περὶ Πλάτωνα, Plato ipse. Gl. 135.

25. Ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή, auctor resurrectionis et vitae. Cf. Deut. 30, 20.

26. Καὶ, qvapropter. Ὁ ζῶν, qvi ita vivit, ut credat in me.

33. Ἐμβριμάομαι, graviter et vultu irato increpo, interminor, h. l. a) commotus sum misericordia. Kr. b) indignor. K. c) tristitia affectus sum. R. Τῷ πνεύματι, in animo suo.

39. Ὄζω,

39. Ὄζω, foeteo. Τεταρταῖος, qvatriduanus, qvi qvarto die aliqvid agit aut patitur.

43. Δεῦρο, sc. ἐλθέ.

44. Κειρίαι, fasciae, qvibus mortui qvondam a collo usqve ad pedes vincti erant.

48. Αἰροῦσι, h. l. delebunt, uti Matth. 24, 39. Τόπος, h. l. templum Hierosolymitanum. Cf. Matth. 24, 15. Act. 6, 13. et 21, 28. Kr. Ἔθνος αἴρειν, delere gentem, ut non amplius proprium suum corpus constituat.

51. Ἀφ' ἑαυτοῦ, ex semetipso. Es war nicht sein eigner Gedanke. Προεφήτευσε, adflatu divino dixit. Ἔθνος, gens Iudaica.

54. Ἐφραΐμ, duabus syllabis legendum est. Male in vulgaribus libris scribitur tribus syllabis.

55. Ἁγνίζω, sanctifico me exercitiis pietatis sc. tempore longiori in precibus collocando, corpore duriter habendo, lavando etc. J.

CAP. XII.

1. Πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα, naturali ordine esse debebat: ἓξ ἡμέρας πρὸ τοῦ πάσχα, sex diebus ante Pascha. Sic οἱ ό Amos. 1, 1. πρὸ δύο ἐτῶν τοῦ σεισμοῦ.

3. Ἡ λίτρα, libra, pondus duodecim unciarum. Πιστικὸς, ή, όν, a) sincerus, non adulteratus. F. b) Alii, *liqvidus*, *dilutus*, a πίω fit πιστὸς, qvod potest bibi.

6. Γλωσσόκομον, marsupium. Βάλλω, immitto. Βαστάζω h. l. aufero, furor. J.

13. Τὸ βαΐον, ramus. Φοινίκων abundat, nam τὸ βαΐον per se notat Palmenzweig, plane ut nostra lin-

lingva habet ſingularem vocem in ramo vitis deſignando: Rebe.

19. Ὀνάριον, aſinus. Ὁ κόσμος, mundus, magna hominum multitudo.

20. Ἕλληνες, Graeci ſc. gentiles Proſelyti.

23. Ἀπεκρίνατο — ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, ἵνα δοξασθῇ — Coll. v. 32. *Sens:* iam non vaco colloqviis eiusmodi privatis inſtituendis — peracta paſſione mea et morte omnes (ſc. Graecos et Iudaeos) ad me traham. E. B. N. III. 300.

25. Ὁ φιλῶν τὴν ψυχήν. Vide notata ad Matth. 10, 39. Μισῶν. J.

27. Ψυχή μου, ego, uti hebraicum נַפְשִׁי. Ἡ ὥρα, hora, adflictio.

31. Κρίσις, h. l. vindicatio in libertatem, liberatio. *Sens:* nunc vindicabitur mundus in libertatem et liberabitur a tyranno ſuo. Hic ſignificatus ex hebraica voce שׁפט eſt repetendus. Ἐστὶ pro ἔσται.

32. Ὑψωθῆναι ἐκ τῆς γῆς, mori. J.

36. Υἱοὶ φωτὸς, homines illuminati, veri diſcipuli Chriſti. J.

38. Ἀκοὴ, praedicatio Evangelii. J. Βραχίων, potentia. J.

39. Οὐκ ἠδύναντο. Non in praedictione prophetica, ſed in re praedicta h. e. excoecatione et induratione Iudaeorum cauſſa ἀδυναμίας illius ſtatuitur, hoc ſenſu: non poterant credere, qvia erant excoecati et indurati, prout Ieſaias de illis praedixerat. Ἵνα. O. 29.

40. Τυφλόω, coecum pronuntio. In hebraeo Ieſ. 6, 10. legitur הָשַׁע in Imperativo Hiphil. O. 14.

43. Δόξα, h. l. approbatio. Gl.

44. Ἤπερ, qvam. Οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ (μόνον,) non credit in me *ſolum.*

47.

47. Κρίνω, condemno. Verba: ȣ γὰρ — σώσω τὸν κόσμον parentheſi includenda ſunt.

50. Ζωὴ αἰώνιός ἐςι, ducit ad vitam aeternam.

CAP. XIII.

1. Εἰς τέλος ſc. ζωῆς. D. ad Gl. 374.

2. Γενομένȣ et γινομένȣ interdum permutantur; δείπνȣ γενομένȣ, inter coenam. E. Βεβληκότος, cum conſilium ſubieciſſet.

4. Λέντιον, linteum. Servile qvid erat eiusmodi linteo cinctum eſſe. Ἱμάτια, τὰ, veſtimentum exterius. O. 2. γ.

5. Ὁ νιπτὴρ, malluvium; vas manibus pedibusqve lavandis aptum.

8. Μέρος ἔχειν μετά τινος, eſt phraſis hebraica et notat: *commercium cum aliqvo habere.* Cf. 2 Sam. 20, 1. *Sens:* non pertines ad numerum amicorum meorum.

10. Ἢ h. l. idem eſt qvod εἰ μὴ, praeter. Ὁ λελȣμένος, qvi iam lotus eſt.

12. Ἔλαβε pro ἀνέλαβε, *ex hebr.* O. 43.

19. Ἀπ' ἄρτι pro νῦν, nunc.

23. Ἀγαπάω, h. l. familiarius cum aliqvo verſor.

24. (Ὥςε) πυθέσθαι.

25. Ἐπιπεσὼν, reſupinato capite.

27. Ὃ ποιεῖς, qvod facere vis. O. 12. γ. Τάχιον, citius.

31. Verba: ὅτε ȣ̃ν ἐξῆλθε, ad verſum praecedentem pertinent, et cum eo coniungenda ſunt.

32. Ἐδοξάσθη, nunc maieſtas mea pateſiet. Aor. pro Fut. E. Ἐν ἑαυτῷ, per ſe, ſua vi.

33. Εἰμὶ, ero. O. 23.

34. Και-

34. Καινὴν, a) i. e. ἄλλην respectu habito ad antecedens illud de pedilavio. E. B. N. III. 303. b) praeceptum *praecipuum, eximium*. W.

37. Ψυχὴ, vita. J.

C A P. XIV.

1. Πιςεύετε est Imperat. Respondet haec ῥῆσις verbis, qvae extant Exod. 14, 31. *Credebant Deo et Mosi*. E.

2. Εἰ δὲ μὴ, εἶπον ἂν ὑμῖν, alioqvi non dixissem vobis (non frustrarer vos.)

6. Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωὴ: ego sum vera via ad felicitatem. Sic Tacitus Ann. 1, 49. *Erat Tiberii tempore licentia, ultio, satietas* i. e. licentia ulciscendi se ad satietatem. E. Ζωὴ. J.

7. Ἀπ' ἄρτι, ex hoc tempore.

12. Μείζονα, maiora Christi miraculis ab effectu praedicantur. Apostolorum enim miracula facta sunt in toto terrarum orbe, et per ista multa millia hominum sunt conversa.

16. Παράκλητος, doctor. Respondet voci מֵלִיץ. E. J.

18. Ὀρφανὸς, orphanus. Sic dicebantur a Iudaeis discipuli, qvando a praeceptoribus relicti erant. Ἔρχομαι, redibo. O. 43. Praes. pro Fut. et simplex pro comp. ἐπανελεύσομαι. Gl.

19. Ἔτι μικρὸν (μέρος τοῦ χρόνου ἐςὶ,) adhuc paullulum temporis superest, qvum. Ἐγὼ ζῶ, καὶ (ἕτως) ὑμεῖς ζήσεσθε, revivisco, et mecum felices eritis. J. in voce ζῆν. Θεωρεῖτε, Praes. pro Fut. O. 23.

22. Τί γέγονε, qvaenam caussa subest.

26. Ἐκεῖνος pro ἐκεῖνο. Significatur hac enallage masculini pronominis ad nomen neutrum relati Spiritum S. esse veram personam. Gl. 164. Πάντα, sc. omnia alia a me nondum vobis tradita.

27. Εἰρήνη, apprecatio salutis, Seegens-Wünsche. Hebr. שָׁלוֹם לָךְ. J. Ego a vobis discedens omnia bona vobis precor. Falluntur, qvi hanc valedicendi formulam accipiunt de pace et reconciliatione. Δειλιάω, formido.

28. Ἔρχομαι, redeo. O. 43. Εἰ ἠγαπᾶτε, si *vere* amaretis. O. 3. Μείζων. Minorem se Christus dicit patre, non ratione essentiae, sed status praesentis, qvod erat incarnatus, a patre missus et sponte se obtulerat. Praeterea inest his verbis haec consolatio: pater multo magis ad augendam vestram felicitatem facere poterit et faciet, qvam a me in statu κενώσεως fieri potuit. E.

30. Ὁ κόσμος, infideles. Dominus infidelium, qvibus qvasi instrumentis utitur, dicitur diabolus. Ἔχει οὐδὲν, in me non habet qvidqvam (neqve iuris neqve virium.) Ἐγείρεσθε, surgite (de coena.)

CAP. XV.

2. Κλῆμα, τὸ, palmes, virga vitea. Αὐτὸ abundat ex hebraismo. Καθαίρειν, inter opera rusticorum est, et proprie dicitur de agricolis, cum inutiles in vitibus arboribusqve ramos amputant.

5. Χωρὶς ἐμοῦ i. e. χωρισθέντες, separati a me, Gl. 508. Ποιεῖν οὐδὲν (ὧν δεῖ.)

6. Συνάγουσι, colliguntur. O. 17.

8. Ἵνα, dum, h. l. est particula explanativa. Gl.

11. Ἵνα ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ — πληρωθῇ, ut gaudium de nobis invicem sit summum.

15. Δοῦ-

15. Δȣλȣς (μόνον). Τί ποιεῖ, qvid facere velit. O. 12. γ. Videtur hoc inesse: servus non admittitur ad consilia domini.

16. Ἐξελέξασθε, vos non qvaesivistis, ut amicus et doctor vester fierem. Ὑπάγειν καὶ καρπὸν φέρειν, ulteriorem in dies fructum ferre, *ex hebr.* Cf. 2 Sam. 3, 1.

18. Πρῶτον ὑμῶν, h. e. πρότερον.

20. Τȣ λόγȣ, ȣ pro ὃν. O. 11.

22. Ἐι μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα, si neqve venissem, neqve locutus fuissem. Pro disiunctiva coniunctione copulativa posita est. Gl. 526. Ἁμαρτίαν ȣκ εἶχον, tam grave non esset illorum peccatum; minor esset culpa. Πρόφασις, h. l. excusatio.

25. Ἀλλ' (δεῖ,) ἵνα πληρωθῇ. K. Νόμος, libri sacri. J. Δωρεὰν, immerito (pro κατὰ δωρεάν.) J.

26. Ἐκεῖνος pro ἐκεῖνο. Significatur hac enallage spiritum Sanctum esse vere personam. Gl. 164.

27. Μαρτυρεῖτε, a) testabimini. K. b) estote testes.

CAP. XVI.

2. Ἵνα pro ὅτε, qvum, qvando.

8. Ἐλέγχειν dupliciter dicitur: ad ἁμαρτίας relatum notat *arguere*, ad δικαιοσύνης, *clare monstrare*.

10. Περὶ δικαιοσύνης, de innocentia mea. Καὶ ȣκ ἔτι θεωρεῖτέ με: eo referendum est, qvod qvidem veluti rebellis punitus sit, si autem maleficus fuisset, pater eum in coelum ad se non recepisset.

12. Βαστάζω, fero, h. l. percipio. Kr.

13. Ὀδηγέω, dux viae ſum, h. l. doceo. Ἀφ' ἑαυτȣ͂, ſine reſpectu ad me et meum redemtionis opus, et a ſe ipſo. Cf. Ioh. 11, 51. 18, 34.

14. Δοξάσει, multo clarius docebit, me eſſe Meſſiam.

16. Μικρὸν, (ſc. διάστημα χρόνȣ) adhuc pauxillum temporis eſt. Θεωρεῖτε, Praes. pro Fut. O. 23.

17. Ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτȣ͂ ſc. τινὲς. O. 37.

20. Θρηνέω, lamentor. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, iſto tempore. J.

23. Οὐκ ἐρωτήσετε. Hoc non poſt reſurrectionem, ſed poſt effuſionem Spiritus S. evenit.

24. Ἐν τῷ ὀνόματί μȣ, tanqvam apoſtoli mei. Deinde rogabitis: pater da nobis vim, miraculum hoc patrandi. Πεπληρωμένη, perfecta. Ita enim οἱ ό voce πλήρης uti conſveverunt v. c. Ruth. 2, 12.

25. Ἐν παροιμίαις λελάληκα, a) in proverbiis *viſus ſum* vobis loqvi, cum mea verba non recte intellexeritis. O. 16. Gl. 229. b) obſcurius. Παροίμια enim ex hebraiſmo notat *ſermonem figuratum et obſcurum qvemvis.*

26. Καὶ ȣ λέγω ὑμῖν, et vobis ne dico qvidem, i. e. non opus eſt dicere, ut taceam.

27. Αὐτὸς pro αὐτόματος, ultroneus, ſponte ſua et ultro vos diliget. Gl. 154.

29. Παῤῥησίᾳ, aperte, palam.

30. Ἐρωτᾷ, non opus eſt a te explicationem petere, nam tu ipſe animadvertis, et tua ſponte nos edoces.

32. Ἐν

32. Ἐν τούτῳ, propter hoc. Εἰς τὰ ἴδια, in domum suam, ad res suas domesticas, qvasi nulla sit vobis mecum consvetudo.

33. Εἰρήνη, tranqvillitas. Ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον, irrita faciam hominum consilia. Praeteritum pro proxime futuro.

CAP. XVII.

1. Δόξασόν σου τὸν υἱὸν, fac conspicuum, filium tuum esse Dominum omnium ac Messiam.

2. Σάρξ, homines. J. Πᾶν, (qvod ad) omne (attinet) qvod dedisti illi, sive omnes, qvod dedisti illi. Est nominativus absolutus, et neutrum pro mascul. Forma orationis hebraica est, כָּל־לָהֶם. Diserta esset phrasis: ἵνα πᾶσιν, οὓς δέδωκας αὐτῷ, δώσῃ ζωὴν αἰώνιον. O. 7.

3. Ἡ αἰώνιος ζωὴ, caussa et medium vitae aeternae. Effectus positus est pro caussa. Gl. Μόνος ἀληθινὸς Deus dicitur non in oppositione ad filium, sed ad falsos Deos. Sic etiam Patres accepere. Passim enim ἀληθινὸν denotat, qvod *natura et vere* est, et opponitur *fictitio* et *speciem modo praebenti*. Sic etiam Deus μόνος σοφὸς dicitur 1 Tim. 1, 17. S. R. Rosenmüllerus tres constructionis modos exhibet, a) ἵνα γινώσκωσί σε καὶ Ἰησοῦν Χριστὸν ὃν ἀπέστειλας, τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν, ut te, et qvem misisti, Iesum Christum solum verum Deum agnoscant. Ita Heinsius secutus Chrysostomum; b) ἵνα γινώσκωσί σε, τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν, καὶ Ἰησοῦν, ὃν ἀπέστειλας, Χριστὸν, c) ἵνα γίνωσκωσί σε (εἶναι) τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν, καὶ Ἰησοῦν Χριστὸν (εἶναι ἐκεῖνον) ὃν ἀπέστειλας.

5. Ἦι pro ἦν. O. 11. Παρά σοι ad prius membrum sc. ad εἶχον pertinet. Gl. 661.

11. Εἰμὶ, h. l. maneo. Τήρησον αὐτὸς ἐν τῷ ὀνόματί σου, in tui nominis professione ac cultu eos conserva. Ὦσιν ἓν, eadem mente sint.

12. Εἰ μὴ, sed. Adverbium excludendi pro conjunctione adversativa *sed* positum est. Gl. 429. Υἱὸς τῆς ἀπωλείας, dignus perditione, ut Deut. 25, 2. בֶּן הַכּוֹת filius plagarum, qvod bene οἱ ό reddiderunt ἄξιος πληγῶν. J. in voce υἱός. Ἵνα. O. 29.

15. Ἐκ τοῦ πονηροῦ, a) *in masc.* a diabolo; b) *in neutro*, a peccato, ne corrumpantur vitiis improborum atqve insidiis.

17. Ὁ λόγος — ἀλήθεια pro ἀληθής. O. 5. β.

19. Ἁγιάζω, ego offero me tanqvam sacrificium expiatorium. J.

21. Ἓν εἶναι, consentire, eadem mente esse. *Sens*: ut Christiani sint unum (h. e. eadem mente et voluntate) qvemadmodum etiam nos (Christus et pater) unum (eadem mente et voluntate circa salutem hominum) sumus. E.

22. Δέδωκα pro δώσω, *ex Hebr.* E. B. N. III. p. 442. O. 23.

25. Πάτερ δίκαιε, pater benignissime. J.

CAP.

Cap. 17, 20. Πιστευσόντων glossema est. Codd. meliores habent πιστευόντων.

CAP. XVIII.

1. Ὁ χείμαῤῥος, torrens. Ὁ Κεδρὼν, Cedron, nomen hebraicum indecl. torrentis inter urbem Hierosolymorum et montem Olivarum. קִדְרוֹן a radice קָדַר, ater fuit, qvia aqvae illius propter canales de templo descendentes colorem immutarunt.

3. Ἡ σπεῖρα, cohors, decima pars legionis. Ὁ φανὸς, fax, taeda. Ἡ λαμπὰς, άδος, lampas.

6. Εἰς τὰ (μέρη) ὀπίσω (ὄντα,) abierunt retrorsum.

10. Ἑλκύω, stringo. Ὠτίον, auris. O. 4.

11. Ἡ θήκη, vagina. Ποτήριον. J.

13. Ὁ πενθερὸς, socer.

18. Ἡ ἀνθρακιὰ, congeries carbonum.

20. Πάντοτε, semper i. e. qvam freqventissime.

23. Μαρτυρέω, demonstro. J.

24. Ἀπέστειλε, remiserat. Saepe pro plusqvamperfecto adhibetur perfectum. Cf. Matth. 14, 3.

28. Μιαίνω, polluo. Τὸ πάσχα, h. l. agnus paschalis. Ergo Christus non exspectavit consvetum tempus paschatos edendi, sed iam anticipaverat. E. B. N. IV. 344.

31. Κρίνω, punio. Ἀποκτεῖναι οὐδένα. Qvia contra reos maiestatis, qvod crimen Christo imputabant, non erat lex in lege Mosaica. E.

Cap. 18, 1. Lectionem τοῦ κεδρὼν probant F. Kr. et Griesb. Cf. Ioseph. Antiq. L. VII. 1, 2. IX. 7, 3. Οἱ ό habent τῶν κέδρων 1 Reg. 15, 13. Praeterea nonnulli Codd. et Verss. legunt τοῦ κέδρου, alii τῶν κένδρων, alii deniqve τῶν δένδρων.

32. Ἵνα — πληρωθῇ. Iudaei ideo dicebant, ſibi nullius interficiendi ius eſſe, qvia optabant, ut Ieſus ſupplicio crucis, qvod inter Iudaeos inuſitatum erat, afficeretur, vel qvia a populo Chriſtum colente rebellionem metuebant, ſi ipſi capitis ſententiam exſeqvi vellent. Cf. Ioh. 12, 19. et Matth. 26, 5. Hic ſermo Iudaeorum dedit occaſionem, ut fieret, qvod Ieſus de mortis ſuae genere praedixerat, cap. 12, 32.

37. Μαρτυρεῖν τῇ ἀληθείᾳ, veritatem docere. Σὺ λέγεις, (ita eſt, uti) dicis. Eſt formula affirmandi hebraica. Ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας, qvi veritatis ſtudioſus et amans eſt. E.

38. Τί ἐϛιν ἀλήθεια. Eſt ferme faſtidientis et ſuperbientis formula, qvaſi diceret: qvid eſt illa veritas, de qva tu dicis? ſi regnum tuum eſt regnum veritatis, habeas tibi. Gl. 915.

CAP. XIX.

3. Ὁ βασιλεὺς, o rex, *nominat. pro Voc. Attice.*

4. Αἰτία, culpa, crimen.

5. Ἄνθρωπος, homo miſer. J.

11. Ἄνωθεν, coelitus, divinitus. Celeb. Semlerus refert ad *locum ſuperiorem*, ad Synedrium, ad aedes ſummi Pontificis. Διὰ τοῦτο, caeterum, ſed. Eſt formula tranſeundi. E. B. N. 311. Ὁ παραδιδοὺς, ſc. Caiphas cum Synedrio.

12. Ἀντιλέγω, me oppono, rebellis ſum. J.

13. Λιθόϛρωτον, locus lapidibus conſtratus. Praeſides Romani in provinciis iudicia habuerunt ſub dio, ita ut ſederent ipſi in tribunali, qvod pro illorum temporum magnificentia ſtaret in loco marmore ſtrato

λιθο-

λιθόϛρωτον dicto. Vid. Sveton. in Caeſ. 46. Γαβ-βαθᾶ, גַּבְּתָא, pavimentum excelſum.

14. Ἕκτη. Marcus habet: ἦν δὲ ὥρα τρίτη. Diverſis viis Interpretes laborarunt in tempore hoc, cum eo, qvod Marcus 15, 25. deſignat, recte conciliando. Mihi qvidem haec ſententia maxime placet: Conſtat apud Hebraeos diem in qvadrantes, et noctes etiam in qvatuor partes ſ. vigilias eſſe diviſam. Hae qvadrantes nomen habebant ab hora prima, qvod patet ex horis precandi. Neh. 9, 3. Ita vero hae horae ponuntur, ut tempus intermedium ſemper includatur. Ergo h. l. intermedium tempus inter tertiam et ſextam horam, qvo Chriſtus crucifixus eſt, intelligitur, qvod ad horam tertiam et ſextam poteſt referri, propterea etiam a Iohanne, cum illud tempus κατ' ἀκρίβειαν ad horam tertiam referendum fuiſſet, ὡσεὶ additur.

22. Ὃ γέγραφα, γέγραφα, qvod ſcribi iuſſi, ſcriptum manere volo.

23. Ἱμάτια, τὰ, pallium. O. 2. δ. Ἄῤῥαφος, ὁ ἡ, inconſutus. Ὑφαντὸς, ἡ, ὸν, contextus. Eſt tunica, qvae non e plagulis ſ. ſegmentis in latere utroqve connectendis, ſed una tela conſtat, nihil habens commiſſurae aut ſaturae in lateribus aut humeris: talem tunicam talarem, Ioſephus ſcribit, fuiſſe ſtolam Pontificis M., cuius deſcriptionem apud eum habes Antiqvitatt. III. 7, 4.

25. Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ ſc. uxor. Gl. 120.

27. Εἰς τὰ ἴδια, in domum ſuam.

Cap. 19, 14. Ἕκτη delendum, et τρίτη in textum recipiendum, S. V. Erneſtio et Cel. Griesbachio videtur.

29. Τὸ ὄξος, acetum. Dicitur etiam de qvovis vino ſecundario. Ἡ ὕσσωπος, hyſſopus, herba, cuius faſciculus aſpergilli loco erat in ſacris Leviticis. Salmaſius de variis Hyſſopi generibus diſſerens, aliqvid eorum ita comparatum fuiſſe probat, ut caulem bipedalem praeberet, qvi ſufficiebat in cruce, non tam alta et elata, qvam nonnulli ſibi falſo perſvadent.

31. Κατάγνυμι, Aor. 2. Conj. κατεαγῶ, confringo. Τὸ σκέλος, crus.

34. Λόγχη, lancea. Νύσσω, pungo.

37. Ἐκκεντάω et ἐκκεντέω, pungo.

39. Πρῶτον pro πρότερον, prius. Τὸ μίγμα, mixtura. Ἀλόης praeter herbam aloe, ex qva ſuccus amariſſimus eliciebatur, erat arbor aromatica aloe etiam vocata, et ad thymiamata uſurpata, de qva Iohannes loqvitur, iudicante Salmaſio Exercit. Plin. p. 742.

CAP. XX.

1. Τῇ δὲ μιᾷ ſc. ἡμέρᾳ, primo die. Σάββατα, hebdomas. Reſpondet hebraico שַׁבָּתוֹת.

2. Οἴδαμεν, pro ſing. Plur. poſitus eſt.

10. Πάλιν, iterum, retro. Πρὸς ἑαυτοὺς, in domos ſuas.

15. Ὁ κήπουρος, hortulanus.

17. Ἀναβέβηκα, Praeter. pro Praeſ. vel. Fut. poſitum eſt: nondum adſcendo, ſ. non ſtatim adſcenſurus ſum. E. B. N. III. 312.

22. Ἐμφυσάω, adflo.

25. Τύπος, ſignum. Ἧλος, ὁ, clavus.

26. Ἔσω

26. Ἔσω εἶναι est ἐν οἴκῳ εἶναι, domi esse, cui opponitur ἔξω εἶναι. K.

28. Ὁ κύριός μου, Nominativus pro Vocativo, qvod freqvens Hellenistis. Graeci solent qvidem nominativum nominis pro vocativo adhibere, sed articulos non confundunt, ut ὦ φίλος, pro ὦ φίλε.

CAP. XXI.

5. Τὸ προσφάγιον, obsonium.

7. Ἐπενδύτης, tunica. F. Prol. III. Γυμνὸς, qvi ea careret, et tantum subucula s. indusio (χιτωνίσκῳ s. ὑποδύτῃ) qvae suberat tunicae, esset indutus, is vocabatur ἀχίτων, et h. l. γυμνός. J.

9. Ὀψάριον, pisciculus.

12. Ἐτόλμα. O. 26. β.

15. Σίμων Ἰωνᾶ sc. υἱέ.

18. Γηράσκω, senesco. Ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου, extendes manus tuas, i. e. cruci affigeris, qvoniam furcae alligati manus extendere necesse habuerunt.

21. Οὗτος δὲ τί; a) huic vero qvid eveniet? illius qvaenam sors erit? supple: γενήσεται. b) qvare hic et te seqvitur non iussus.

22. Μένειν, vivere, in vita manere. Ἔρχομαι pro ἀνελεύσομαι. E. O. 43. Ad exemplum Hebraeorum, qvi verba composita non habent, simplicia pro compositis usurpari solent. Τί πρός σε sc. προσήκει, qvid ad te? sc. attinet.

24. Ὀίδαμεν, ὅτι — αὐτȣ͂, conſtat ſatis, eum bonum et locupletem eſſe teſtem.

25. Καθ᾽ ἓν, ſingulatim, Ὀίομαι et οἶμαι, opinor. Χωρέω, adſeqvor intelligendo. Elſnerus ita ſenſum huius commatis reddit: qvae etiamſi ſigillatim conſcriberentur non tamen mundo impio accepta ea fore, aut illum ad fidem et obſeqvium permotura.

HYPOMNEMATA
IN
ACTA
APOSTOLORUM.

HYPOMNEMATA
IN
ACTA APOSTOLORUM.

CAP. I.

1. Πρῶτος, h. l. prior. *Superlat. pro Comp.* Λόγος, hiſtoria, liber. Μὲν eleganter abundat. Ὧν pro ἅ. O. 11. Ἤρξατο. O. 26.

2. Ἄχρι ἧς ἡμέρας pro ἄχρι τῆς ἡμέρας, ᾗ. Οὓς transpoſitum eſt; conſtructio ordinaria eſſet: ἀποςόλοις, ὃς διὰ πνεύματος ἁγίȣ ἐξελέξατο. Similis conſtructio eſt Ioh. 9, 40.

3. Ἐν, per. Τεκμήριον, ſignum certum et indubitatum, miraculum. Τὰ περὶ τῆς βασιλείας τȣ͂ θεȣ͂ (γνωςέα.)

4. Ἐπαγγελία, h. l. res promiſſa ſc. Spiritus S. Ἣν ἠκȣ́σατέ μȣ, oratio obliqva mutata in rectam, more optimo cuiqve ſcriptori recepto. Kr.

5. Ἐν,

v. 4. Vox συναλιζόμενος, qvippe unice vera lectio omnino retinenda eſt; rectius tamen legitur συναλιζομένοις. E. B. N. IV. p. 40.

5. Ἐν h. l. abundat et circumscribit Ablativum. Βαπτισθήσεσθε metaphorice *effusam abundantiam* significat donorum Spiritus S. qvae apostolis tunc collata sunt. Theophylactus ita: τὴν ἐπίχυσιν, καὶ τὸν πλοῦτον τῆς χορηγίας σημαίνει.

6. Εἰ, an, utrum. J.

7. Καιρὸς, tempus opportunum et constitutum. Θέσθαι ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ, libere decernere, in aliqva re decernenda nullo adiutore uti. *Sens:* non potestis de opportunitate temporis, qvod Deus libere decrevit, iudicium ferre. E. B. X. p. 222. Οὐχ ὑμῶν ἐστι (ἔργον.)

8. Ἕως ἐσχάτου (πέρατος τῆς γῆς).

9. Ὑπολαμβάνω, suscipio, h. l. abripio, subduco.

11. (Καθ᾽) ὃν τρόπον, qvemadmodum.

12. Ὁ ἐλαιὼν, olivetum. Ἔχω, h. l. idem, qvod ἀπέχω significat, *disto*. Iter Sabbathi pleriqve Iudaei definiunt mille passibus.

13. Ὑπερῷος, α, ον, locus subdialis, oecus in superiore parte aedium, qvarum tecta apud Hebraeos et Graecos plana fuisse constat; h. l. per ὑπερῷον intelligenda est cella superior in templo Hierosolymitano precibus destinata. Ἰάκωβος Ἀλφαίου (υἱός). Ἰούδας Ἰακώβου (ἀδελφός).

14. Προσκαρτερέω, assidue operam navo. J. Graecis notat: alicuius rei difficultatem sustineo. Προσευχὴ, veneratio Dei. R. Δέησις (descendit a δέομαι et hoc descendit ἀπὸ τοῦ δεῖν, qvod est apud Hesychium χρείαν ἔχειν) notat preces eiusmodi, qvibus ea, qvae nobis desunt, rogamus, et qvae pro remissione peccatorum et avertendis malis suscipiuntur. Hebraice, תְּחִנָּה et תַּחֲנוּנִים. Coniunguntur saepius προσευχὴ

et

et δέησις, et tunc coniungunt ſignificationes, qvemadmodum etiam ſaepe unum pro altero ponitur. Kr.

15. Ὄνομα, h. l. perſona. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ſimul, una. οἱ ὁ יַחְדָּו per ἐπὶ τὸ αὐτὸ ſaepiſſime expreſſerunt, v. c. 2 Sam. 2, 13. Pſ. 18, 10. Pſ. 48, 3. K. et R. ſupplent χωρίον.

16. Ἔδει πληρωθῆναι, par erat, Iudae ſimile qvid evenire, qvale Achitopheli evenerat, cuius perfidiam Iudas erat imitatus. R.

4. Ὁδηγὸς, h. l. auctor, qvi aliis facem praefert. Kr.

17. Ὅτι, qvamvis. J. Gl. Κλῆρος, ſors h. l. munus.

18. Κτάομαι, acqviro, h. l. occaſionem praebeo alicuius rei emendae et poſſidendae. O. 12. ϛ. Μισθὸς τῆς ἀδικίας. O. 5. *Hebr.* Πρηνὴς, qvi pronus in faciem cadit, non ſemper e loco ſuperiori, ſed etiam in plano. Vide Loeſneri V. C. Obſervatt. Λακέω, crepo, diſrumpor.

19. Ἀκελδαμὰ, ager ſangvinis; vox ſyriaca.

20. Ἡ ἔπαυλις, εως, a) domicilium. Kr. b) villa. K. Ἐπισκοπὴ, praefectura, munus.

21. Εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθε, publico munere functus eſt. Eſt loqvendi genus Hebraeis familiare. Vid. Num. 27, 17.

22. Ἀρξάμενος (διδάσκειν.) Ἀποϛολῆς pro ἀποϛολικῆς. O. 5.

25. Ὁ τόπος ὁ ἴδιος, a) domicilium Iudae, qvod antea habuit, qvam in numerum apoſtolorum receptus eſſet, in illud migravit Iudas cum apoſtolos relinqveret. Cf. Act. 21, 6. Ioh. 19, 27. E. Addo idem de Achitophelis interitu 2 Sam. 17, 23. (inter qvos etiam hac in re ſimilitudo intercedit) commemoratum legi. b) Gehenna. Simili phraſi utitur Ignatius ad Magnes.

gnes. 5. Ἕκαστος εἰς τὸν ἴδιον τόπον μέλλει χωρεῖν. Baalturim in Numer. 24, 25. Balaam ivit in locum ſuum i. e. in gehennam. R.

CAP. II.

1. Καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι, cum itaqve advenisset. V. p. 181. J. in voce πληρόω. O. 38.

2. Τῆς πεντηκοστῆς (ἑορτῆς.) Φέρεσθαι, agitari. Hoc verbum ad violentum, qvo venti moventur, impetum notandum adhiberi ſolet. Οἶκος, a) Oecus, ein Saal. Caret enim Latina lingva vocabulo, qvo graecum hoc ſenſu exprimas. Teſte Ioſepho triginta eiusmodi oeci templo adſtructi fuerunt. In tali oeco convenere diſcipuli cum Spiritus S. in feſto Pentecoſtes effunderetur. Kr. b) S. R. Roſenm. *domum aliqvam privatam* intelligendam eſſe exiſtimat. Manifeſtum eſt, inqvit, domum reſpici, cuius mentio facta erat Cap. 1, 13. Ego vero non video, qvare etiam ὑπερῷον illud de tali oeco intelligi non poſſit.

3. Ὤφθησαν αὐτοῖς, viſae ſunt ab iſtis. Διαμερίζεσθαι, diſpergi ita, ut cuilibet ſuum tribuatur. J. in voce μερίζω. S. V. E. monet non reddendum eſſe: zertheilen, ſed austheilen, vertheilen. B. N. III. 473. Ὡσεὶ πυρὸς (γλῶσσαι). Indicantur flammulae per coenaculum diſperſae et lingvarum ſpeciem repraeſentantes. Obſervandus eſt Hebraiſmus in voce γλῶσσα. לְשׁוֹן אֵשׁ Ieſ. 5, 24. notat ignem eiusqve extremitatem, qvae ad formam lingvae effigiata eſt. J. Αὐτῶν (τὸ πῦρ.)

3. Καθίζω, maneo, commoror. J.

4. Ἀποφθέγγεσθαι, eloqvi. Emphatica vox eſt, notans, *oraculorum inſtar aliqvid eloqvi.* K.

5. Κατοικέω, commoror. Reſpondet verbo hebraico גּוּר, qvod et κατοικεῖν et παροικεῖν verti ſolet.

inter-

interdum et διατρίβειν. Itaqve non tantum dicitur de iis, qvi in Hierosolymorum urbe sedem fixerant, sed et de iis, qvi ad festum Paschatos aut Pentecostes celebrandum in hanc urbem venerant, ad tempus aliqvod ibi substituri. Εὐλαβεῖς, religiosi, h. l. proselyti. Οὐρανὸν (ὄντων ἀνθρώπων). Ὑπὸ τὸν ὀυρανὸν respondet hebraico תחת השמים h. e. in terra. Ἀπὸ παντὸς ἔθνους, ex omni natione h. e. ex multis s. variis regionibus. Gl.

6. Φωνή, tonitru. J. Συγχύω vel συγχύνω, confundo, *metaph.* perturbo.

9. Κατοικοῦντες Ἰουδαίαν, a) sunt illi Iudaei, qvi per regem Babylonicum Nabuchodonosorum in Chaldaeam abducti, beneficio decreti Cyri, de potestate et libertate in pristinas sedes patrias redeundi, uti noluerunt, sed in Chaldaea manserunt. Hi cum Assyriacae servitutis reliqviis Babylone et ultra Euphratem Synagogas habuere, et cultum veri Dei in illis locis propagarunt. Kr. b) Ideo commemorantur κατοικοῦντες Ἰουδαίαν, qvoniam dialectus Galilaeorum diversa erat a dialecto aliorum. Matth. 26, 73. R.

11. Μεγαλεῖος, magnificus. Μεγαλεῖα, τὰ, maiestas divina.

12. Θέλειν et βούλεσθαι nonnunqvam idem significant, qvod μέλλειν.

13. Ὅτι abundat. O. 28. (Ἐκ) γλεύκους, vino dulci. Μεσόω, impleo.

14. Σταθεὶς, ἐπῆρε τὴν φωνὴν αὐτοῦ. O. 34. Ἐνωτίζομαι, auribus percipio.

15. Ὑπολαμβάνω, h. l. existimo. Ὥρα τρίτη, tertia hora hic ab ortu solis numeratur et nostrae nonae respondet. Ea vero preces sollemniter fieri solebant in templo, qvod ieiuni adire consveverant Iudaei religiosiores.

17. Καὶ ἔσαι. O. 34. Ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις, posthaec. Respondet hebraico אַחֲרֵי־כֵן. Πᾶσα σὰρξ, homines ex omni hominum genere, Iudaei et Gentiles. J. Ἐνύπνιον, insomnium.

18. Καίγε, qvin immo.

19. Αἷμα, multas caedes. Ἡ ἀτμὶς, exhalatio. Καὶ πῦρ καὶ ἀτμίδα καπνȣ̃, multa incendia oppidorum et villarum.

20. Ἡμέρα κυρίȣ est tempus destructionis Hierosolymorum. Ὁ ἥλιος — σκότος. Cf. Matth. 24, 29.

21. Καὶ ἔσαι. O. 34. Πᾶς — σωθήσεται, h. e. pii eripientur communi exitio.

22. Ἀπὸ pro ὑπό. Ἐις, apud. Οἷς. O. 11.

23. Πρόγνωσις, h. l. decretum. Ἔκδοτος, traditus. Χειρῶν. O. 34. Προσπήγνυμι, affigo.

24. Ὠδὶν, a) respondet hebraico חֲבָלִים, qvod et *funes* et *dolores* notat. Significatio funium h. l. convenientior videtur ob verbum λύσας. Kr. b) dolor. Λύω aufero, tollo. Ita Lucianus: ἔλυσε τὸν πυρετὸν, febrim sustulit. R.

25. Ἐις, de. Προοράω, ante me video, propono mihi ob oculos.

26. Γλῶσσα, h. l. gloria. J. Ἐπ' ἐλπίδι, secure, hebraice לָבֶטַח.

27. Τὴν ψυχήν μȣ, me. J. Ἐις pro ἐν ᾅδȣ (τόπον,) in sepulchro. J. Δίδωμι, concedo, permitto. Ἰδεῖν διαφθορὰν, perdi. *Hebr.* V. 716.

28. Ἐγνώρισας, re ipsa patefecisti. O. 15. Μετὰ τȣ̃ προσώπȣ σȣ, tecum. Hebraice אֶת־פָּנֶיךָ.

29. Ἐξὸν (ἐςὶ f. ἔςω,) licet. O. 22. Ἐν, apud.

30. Καρπός. J. Τὸ κ. τ. λ. h. l. vertendum est, *qvantum ad* humanam naturam spectat.

33. Τῇ

33. Τῇ δεξιᾷ τȣ͂ Θεȣ͂, a) potentia Dei. R. b) Τῇ δεξιᾷ pro πρὸς τῇ δεξιᾷ (χειρὶ,) ad dextram. K.

36. Ἀσφαλῶς, certo. Ἐποίησε, declaravit.

37. Κατανύσσω, compungo. Compuncti ſunt corde, i. e. intima triſtitia affecti ſunt.

39. Ἐις μακρὰν (χώραν ὄσι,) qvi procul abſunt, i. e. gentilibus.

40. Διαμαρτύρομαι, doceo. J. Σώθητε, eripite vos, ſecedite.

41. Προσετέθησαν, adiunxerunt ſe. O. 18. Ψυχὴ. J.

42. Κλάσις τȣ͂ ἄρτȣ, convictus. J.

46. Κατ' οἶκον, domi. Ἱερὸν et οἶκος ita diſtingvuntur: in illo ſollemnibus precibus vacabant, deinde domi, coena myſtica celebrata, cibo ſe invicem reficere ſolebant. Ἀφελότης, ſimplicitas.

CAP. III.

1. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ, una. Ἐννάτην, hora noſtra tertia pomeridiana Iudaeis erat nona.

2. (Ἕνεκα) τȣ͂ αἰτεῖν.

5. Ἐπεῖχεν (ὀφθαλμȣ̀ς) αὐτοῖς, oculos in ipſis defigebat.

7. (Διὰ) τῆς δεξιᾶς. Βάσις, h. l. planta pedis. Σφυρὸν, malleolus pedis, talus.

10. Πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην, ſtipis rogandae cauſſa.

12. Ἐπὶ τȣ́τῳ (πράγματι). Ὡς, qvaſi.

13. Παῖς, filius. Κατὰ πρόσωπον, coram. O. 34. Ἀπολύειν (δεῖν).

15. Ἀρχηγὸς, h. l. auctor. Ζωὴ, ſalus. J.

16. Ἐπὶ, per. Ὄνομα. O. 34. Ἡ πίςις ἡ δι' αὐτȣ̃ (ȣ̃σα,) fides a Christo producta. Ὁλοκληρία, integritas omnium partium alicuius rei, sanitas.

17. Κατὰ, ex, per.

18. Παθεῖν (δεῖν).

19. Ἐξαλείφω, deleo. Ὅπως ἂν, a) ita, ut. Kr. b) pro ἐπειδὰν, cum, postqvam. Gl. 375. Ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως, a) ut imminenti excidio gentis eximamini. R. b) ut vobis respiratio et recreatio a laboribus et afflictionibus tempore felicissimo resurrectionis mortuorum contingat. Kr. Ἀπὸ προσώπȣ, uti לִפְנֵי, coram.

20. Προχειρίζω, deligo, destino.

21. Δέχομαι, recipio, receptum retineo. Hoc verbum cum verbo *loci* coniunctum ita explicandum est, ut locus sit δεχόμενον. Qvidam interpretantur δέξασθαι de occupato per Christum regno coelesti, qvae sententia reqvirebat e grammaticis praeceptis: ὃν ἔδει. E. Opp. 280. Ἄχρι, per, s. qvamdiu. Ἀποκατάστασις, redactio in meliorem statum, emendatio. Χρόνοι ἀποκαταστάσεως, h. l. tempora N. T. E. B. X. p. 469. Ὧν pro ἃ. O. 11.

23. Ἔςαι δέ. O. 34. Ἐξολοθρεύω, perdo, extermino. J.

24. Τῶν καθεξῆς (ὄντων προφητῶν).

25. Υἱὸς, respectu τῶν προφητῶν, *discipulum*, respectu τῆς διαθήκης, *participem foederis* notat. J. Vos estis discipuli prophetarum, et ad vos pertinet foedus. Ἐνευλογηθήσονται, praepositio ἐν addita est verbo, cum debuisset nomini praecedenti adiungi. Gl.

26. Ἀνί-

v. 20. Προκεχειρισμένον est vera lectio, pro qva alii substituunt προκεκηρυγμένον. Gr.

26. Ἀνίϛημι, h. l. non eſt e mortuis ad vitam revocare, ſed *conſpicuum facere prophetia aliisqve donis.* Reſpiciuntur enim ea, qvae praeceſſere, προφήτην ὑμῖν ἀναϛήσει. Ἐν τῷ ἀποϛρέφειν (ἑαυτὸν,) dum avertat ſe unusqviſqve.

CAP. IV.

1. Ἐπιϛῆναί τινι, celeriter praeterqve ſpem venire. Στρατηγὸς, praefectus excubiarum Leviticarum.

2. Καταγγέλλειν — νεκρῶν, annunciare probatam exemplo Chriſti mortuorum reſurrectionem.

3. Ἐις τὴν αὔριον (ἔσαν ἡμέραν.)

6. Ἀρχιερατικὸς, pontificius. Cf. Luc. 3, 2.

7. Ἐν ποίῳ ὀνόματι, qva auctoritate, ſi forte ſe id prophetico iure feciſſe dicerent.

9. Ἀνακρινόμεθα, ſi in nos inqviritur, ſi interrogamur. Ἐυεργεσία ἀνθρώπε ἀθενῆς, beneficium erga hominem aegrotum. O. 8.

13. Ἐπὶ, ob. Ὄνομα, perſona. J. Καταλαμβάνομαι, certo ſcio. Ἀγράμματος, ὁ, ἡ, illiteratus.

15. Συνέβαλον (βελὰς), conferebant inter ſe ſententias.

17. Διανέμομαι, divulgor. Ἀπειλῇ ἀπειλησώμεθα, minis graviſſimis propoſitis interdicamus. *Hebr.* V. 625. O. 38. Ἐπὶ τῷ ὀνόματι τέτῳ, mentione iſtius perſonae.

18. Τό. O. 6. Καθόλε, prorſus.

20. Ὀυ δυνάμεθα, non fas eſt. O. 13. h. l. duae negationes efficiunt affirmativam ſententiam.

21. Τὸ πῶς, qvomodo nempe.

24. Ἦιραν φωνὴν. O. 34. Σὺ interpositum significat Vocativum. Universum hoc apud Hebraeos nominibus *coeli* et *terrae* exprimi solet, interdum etiam additur nomen *maris*.

25. Φρυάσσειν de eqvis proprie adhibetur, qvum illi collo altius sublato *hinniunt*, *fremunt et ferociunt*. Ad homines translatum optime vertitur *ferocire*.

26. Κατὰ, contra.

27. Ἐπὶ, contra.

28. Χεὶρ, potentia. J.

29. (Κατὰ) τὰ νῦν (ὄντα s. ἔχοντα πράγματα,) et nunc ut se res iam habent.

30. Διὰ τȣ̃ ὀνόματος. O. 34.

34. Ἐνδεὴς, ὁ, ἡ, indigus. Κτήτωρ, possessor.

35. Παρὰ τȣ̀ς πόδας τινος τιθέναι notat curam et custodiam alicuius rei alicui tradere.

CAP. V.

1. Κτῆμα dicitur, qvod in bonis est, h. l. ager, fundus.

2. Νοσφίζεσθαι, de furto eiusmodi usurpatur, qvo qvis publica et communia, privata rei agendae caussa intervertit.

3. Ἐπλήρωσε, cur occasionem praebuisti Satanae, ut impleret cor tuum s. te ad mendacium hoc impelleret. Gl. O. 12. ς. Ψεύσασθαι (εἰς) τὸ πνεῦμα, ut conareris mentiri. O. 12. δ.

4. Οὐχὶ μένον, nonne si servasses, (opponitur ei τὸ πραθὲν) σοὶ ἔμενε, possessio tua fuisset. Τί (γέγονεν) ὅτι. Οὐκ ἐψεύσω (μόνον) Gl.

6. Συςέλλω, contraho, h. l. ſepulturae praeparo.

7. Διάςημα, intervallum.

8. Ἀποδίδομαι, vendo. Voce tantum media hanc habet ſignificationem.

9. Τί (γέγονεν,) ὅτι, qvi factum eſt, ut conſenſeritis. Οἱ πόδες τῶν θαψάντων, ſepelientes. Hebraeorum ſc. mos eſt, qvem et Scriptores N. T. ſecuti ſunt, homines exprimere per partes corporis, qvarum qvaliscunqve coniunctio ſit cum ea re, qvae iis tribuitur, idqve cum faciunt, totam perſonam contuentur, non cogitantes de iſtis partibus. E.

12. Χειρῶν. J. O. 34.

14. Πλήθη pro πλῆθος, per enallagen numeri.

15. Κἂν, ſaltem.

16. Πέριξ (κειμένων) πόλεων, urbium circumqvaqve ſitarum.

18. Δημόσιος, ια, ον, publicus.

20. Σταθέντες. O. 34. Ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης pro ταῦτα, verba iſta ſalutaria.

21. Γερουσία, ſenatus.

24. Ἱερεὺς, pontifex maximus, qvi ſaepe κατ' ἐξοχὴν dicitur ἱερεύς.

25. Ὅτι abundat. Ἐν pro εἰς.

26. Μετὰ βιᾶς, violenter.

28. Παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν, ſevere praecepimus. O. 38. Αἷμα ἐπαγαγεῖν, caedis reos agere. Sangvis Hebraeis *caedes*, *crimen caedis*, et *poenam caedis* denotat. J.

30. Διαχειρίζω, in manibus habeo, adminiſtro. Διαχειρίζομαι, interficio.

31. Τῇ δεξιᾷ (χειρὶ) αὐτȣ̃, ad dextram ſuam. (Ἕνεκα τȣ̃) δȣ̃ναι.

32. Ῥημάτων, rerum. J.

33. Διαπρίομαι, ſerra diſſecor, h. l. *metaph.* fremo.

34. Βραχύ τι (μέρος χρόνȣ,) parumper. Ἔξω ποιῆσαι, a) educere. Sic Iob. 11, 14. 22, 23. Kr. b) ποιῆσαι (ἑαυτȣ̀ς) ſecedere. Terent. *huc te fac*, i. e. accedere. Apuleius: *intra limen ſe facit*. R.

35. Προσέχετε ἑαυτοῖς ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις, diſpicite de his hominibus.

36. Ἀνέστη. J. Εἶναι ἑαυτὸν τίνα (μέγαν,) qvod infra Cap. 8, 9 additur.

37. Ἰȣ́δας ὁ Γαλιλαῖος, a Ioſepho dicitur Gaulonites, hoc cognomen accepit ab urbe Gamala in Gaulonitide; et Galilaei a regione, in qva per longum tempus commoratus et multos ſectatores nactus eſt, auctor qvartae inter Iudaeos ſectae fuit, qvam Ioſephus Sadducaeis, Phariſaeis et Eſſenis ſubiunxit. E. Ἀπογραφὴ, deſcriptio. Hic cenſus factus eſt decem annis poſt eum, cuius mentio fit Luc. 2, 2. et fuit cenſus facultatum, ille autem fuit tantum deſcriptio hominum. Ἀφίστημι, abduco.

38. Ἀπόστητε, recedite. O. 25. (Κατὰ) τὰ νῦν (ὄντα πράγματα,) ut res ſe iam habent.

39. Εὑρεθῆτε, ſitis. J.

40. Ἐπὶ, de. Ὄνομα, perſona.

41. Προσώπȣ. O. 34. Ἐπαύοντο διδάσκοντες. O. 22.

CAP. VI.

1. Πληθύνω, augeo, h. l. intransitive, cresco. Ἑλληνιστής, Hellenista s. Iudaeus graecus. Iudaei olim erant in duplici differentia: Hebraei, qvi in Palaestina habitarunt, et διασπορὰ, inter gentiles. Hi porro dividebantur in διασπορὰν Βαβυλῶνος, et διασπορὰν Ἑλλήνων. Ultimi ab Ebraeis dicebantur Ἑλληνισαὶ, qvi graeca qvidem lingva, sed non puriore, qvalis erat Attica, utebantur. Παραθεωρέω, despicio, negligo. Διακονία ἡ καθημερινὴ, distributio qvotidiana rerum necessarium.

2. Διακονεῖν τραπέζαις, inservire pecuniae et colligendae et in pauperes distribuendae. Τράπεζα, h. l. eleemosyna colligenda et distribuenda.

3. Ἐπισκέπτομαι, recenseo, i. e. eligo. Respondet voci פָּקַד. 1 Reg. 20, 15. (Εὖ s. καλῶς) μαρτυρεμένες, testimonio bono ornatos. Κατίστημι, h. l. praeficio. Χρεία, necessitas, h. l. munus, uti apud Iosephum de B. J. II, 20. 3.

4. Προσκαρτερέω, assiduus sum.

5. Ἐνώπιον. O. 34. Ἀνέστησαν. O. 34.

9. Λιβερτίνοι, Libertini, iidem sunt qvi liberti: sed dicuntur diverso respectu, sc. liberti dicuntur ratione ad patronum, a qvo sunt manumissi: libertini autem ratione ad ipsorum conditionem habita. Hi libertini, origine Iudaei, qvi iure belli, aut alia qvacunqve calamitate servitutis iugum subire coacti fuerunt, postea libertate donati, Romae suas sibi sedes fixerant, Synagogasqve exstruxerant. Horum sumtu structa Hierosolymis haec synagoga, et positi in ea magistri eruditi, qvibus utebantur, qvi Roma et ex Italia aliisqve provinciis Hierosolyma studiorum caussa venerant. Narrant Iudaei Hierosolymis 480. fuisse scholas,

11. Ὑποβάλλω, ſuborno.

13. Παύεται λαλῶν pro λαλεῖν. O. 22.

15. Πρόσωπον ἀγγέλȣ, facies dignitatis et maieſtatis plena. J. Cf. 2 Sam. 14, 17.

CAP. VII.

1. Ει ἄρα ταῦτα ȣτως ἔχει; verane haec ſunt?

3. Θεὸς τῆς δόξης, Deus maieſtate conſpicuus. O. 5. Χαῤῥὰν, Carrae, ubi Craſſus occiſus. E.

3. Καὶ εἶπε, qvi haec conciliant cum Moſe Gen. 12, 11. exiſtimant, in Moſe וַיֹּאמֶר eſſe plusqvamperfectum, et per Epanodon ibi referri id, qvod in Ure dictum fuerat, qvalia ὑϛερόπρωτα multa ſunt et in ſacris et in profanis hiſtoriis.

4. Μετοικίζω, transfero in aliam terram, ibi habitandi cauſſa.

5. Καὶ ἐπηγγείλατο, qvamvis pollicitus eſſet. Gl.

6. Ὅτι. O. 28. Ἔτη τετρακόσια. Cf. Genes. 15, 13. Qvod Stephanus Iſraelitas 400. annos tantum in Aegypto ſerviiſſe dicit, qvum Moſes 430. ſcribat, in eo nulla eſt difficultas; Stephanus enim numero uſus eſt rotundo, qvo nihil fere freqventius apud Hiſtoricos. Trita eſt eruditorum ſententia, ſpatio horum 430. annorum non tantum tempus ſervitutis Ægyptiacae, ſed etiam totam illam Patriarcharum Abrahami, Iſaaci et Iacobi peregrinationem in Cananaea intelligendam et comprehendendam eſſe, cui ſe oppoſuerunt S. R. Franckius in proluſione Chronologica, et nuperrime Doctiſſimus Koppius, qvi rationibus haud contemnendis evincere ſtuduit, initium computi a Iacobi introitu in Ægyptum ducendum eſſe. Ad Exod. 12, 40. et duos

locos

locos Iosephi: Antiqvitt. II, 9, 1. de B. J. V, 9, 4. nec non ad Iudith. 5, 9. provocat; alium autem Iosephi locum, Ant. II, 15. 2, in qvo hos 430 annos ab Abrahamo numerare videtur, corruptum esse putat. Numerus Gal. 3, 17. crasse, uti Gen. 15, 13. capiendus videtur; fortasse etiam haud incommode ad obiectionem ex hoc loco petitam responderi posset: respici in loco isto Paullino non ad primam huius foederis sanctionem sed ad renovationem et confirmationem eius Gen. 28, 13. 14. et Genes. 46, 3. 4. commemoratam.

9. Ἀπέδοντο εἰς Ἀίγυπτον, vendiderunt in Aegyptum abducendum. Haec est servorum venditio, qvam veteres vocabant ἐπ' ἐξαγωγῇ, cum mancipia ea lege vendebant, ut in longinqvas terras abducerentur. Gl.

10. Χάριν καὶ σοφίαν pro χάριν τῆς σοφίας, favorem propter peritiam (in somniis interpretandis).

14. Ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα πέντε. J. Numerus apud Mosen 70. ad numerum 75. est conformandus sic, ut Lucas numerum subtiliter, Moses crasse expresserit, nam plenae decades et centuriae ponuntur consvetudine loqvendi vulgari pro non plenis, aut excessu omisso. Vid. E. I. p. 77.

16. Μετετέθησάν (τινες) εἰς Συχὲμ, καί (τινες) ἐτέθησαν. O. 37. Ὠνέομαι, emo. (Ἀντὶ) τιμῆς. Παρὰ (τὸ) τῶν υἱῶν, praeter illud monumentum, qvod Iacobus a filiis Emmoris patris Sichem legitur comparasse. Gl.

17. Ἧς. O. 11. Κατασοφίζομαι, insidiose et callide circumvenio.

19. Τοῦ ποιεῖν (ἕνεκα,) ut infantes suos exponerent. Ζωογονέομαι, vivas conservor.

20. Ἀστεῖος

16. Fortasse Ἀβραὰμ est glossema. B. Phil. p. 167.

20. Ἀςεῖος τῷ θεῷ, longe formosissimus. J. in voce θεός.

21. Ἀναιρέω, h. l. conservo. Ita vos Latina *tollere* duplicem habet significationem malam et bonam, *interficere* et *conservare*. Terent. Andr. 3. 14. et III. 1, 6.

22. Δυνατὸς ἐν λόγοις, eloqvens.

23. Ἀνέβη ἐπὶ τὴν καρδίαν (βουλὴ s. διάνοια.)

24. Ἀμύνομαι, vox media significat: a se ipso vim vel iniuriam propulsare, inde ulcisci; ἠμύνατο, opitulatus est ipsi. Graeci ἤμυνε dixissent. Καταπονέομαι, vexor.

25. Χειρός. O. 34.

26. Συνελαύνω, compello. Συνήλασεν εἰς εἰρήνην, redigere voluit in concordiam. O. 12. γ.

29. Ἐν, propter.

30. Ἐν φλογὶ πυρὸς βάτου, in flamma s. incendio rubi ardentis.

34. Ἰδὼν εἶδον, vidi. O. 38.

35. Λυτρωτής, ὁ, redemtor. Ἐν χειρὶ ἀγγέλου, per angelum. O. 34. h. l. etiam χεὶρ de *potentia* Dei intelligi potest.

40. Ὁ γὰρ Μωσῆς οὗτος. Nominativus in oratione ponitur ex hebraismo qvandoqve absolute, ut vim integri membri in sententia habeat. Plerumqve praecipitur explicandum hunc hebraismum esse per, *qvod attinet*. Sed cum ne sic qvidem in versione latina, neqve constructionis elegantia neqve sermonis, ἐνέργεια exprimatur, formula illa, qvod attinet, rectius abstinetur. Ita doctissimus Dathius ad Gl. Phil. p. 68.

41. Μοσχοποιέω, vitulum facio. Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, illo tempore. J. in voce ἡμέρα.

42. Ἔστρεψε, a) adverbii vicem obtinet. *Sens:* rurſus ſ. amplius ſinit Deus eos colere aſtra. D. b) (ἑαυτὸν) ἔστρεψε (ſ. γνώμην,) Deus ſe ab iis avertit. K. Στρατιὰ τῦ ὀρανῦ, aſtra. J.

43. Καὶ, immo. Gl. habet ut hebraicum ו qvandoqve ſignificationem *corrigendi.* Ἀνελάβετε, a) admiſiſtis. R. b) baiulaſtis. Gl. Ῥεμφὰν, nomen idoli. Paul. Ern. Iablonsky ſingulari libello oſtendit: Remphan Ægyptiis eſſe ſolem. Τύπος, ſimulacrum. Ἐπέκεινα (μέρη) Βαβυλῶνος, ad ulteriores partes Babylonis.

45. Ἣν καὶ ἐξήγαγον, qvod (tabernaculum) attulerunt. Διαδέχομαι, a) accipio qvaſi per manus traditum. Kr. b) ſuccedo, ſeqvor. Τῶν ἐθνῶν, terrae, qvam tenuerant gentes. *Meton.* Ὧν pro ἃ. O. 11. Προσώπȣ. O. 34.

51. Σκληροτράχηλος, ὁ, ἡ, duram cervicem habens, contumax. Ἀπερίτμητος, ὁ, ἡ, incircumciſus. Ἀντιπίπτω, reſiſto.

53. Εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, a) inter ordines angelorum ſ. praeſentibus angelis. b) miniſtrantibus angelis, εἰς pro ἐν poſito.

60. Ἵστημι, appendo, *metaph.* imputo.

CAP. VIII.

1. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, illo tempore. J.

2. Συγκομίζω, una effero, h. l. funus curo. Ὁ κοπετὸς, planctus.

3. Λυμαίνω, freqventius λυμαίνομαι, vaſto. Poſſis etiam ex more loqvendi Graecorum reddere, *vexare.* Κατὰ τȣ̀ς οἴκȣς, ſingulas domus, i. e. domum aliam poſt aliam intrans.

28. Ἦν μετ᾽ αὐτῶν εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος, docendi munere cum illis fungebatur. Locutio hebraica. Cf. Num. 27, 17.

31. Πορεύομαι, magis magisqve cresco, ex hebraismo. Cf. 2 Sam. 3, 1. Παράκλησις, h. l. institutio.

36. Μαθήτρια, Christiana. Ταβιθὰ, Syrum טביתא est ex hebraeo צְבִי, caprea. Δορκὰς, caprea. Ὧν pro ἃ. O. 11.

38. Ὀκνέω, dubito, recuso, cunctor.

39. Ἀναστὰς. O. 34.

43. Βυρσεὺς, ὁ, coriarius.

CAP. X.

1. Σπεῖρα, cohors.

2. Verba: εὐσεβὴς καὶ φοβέμενος τὸν θεὸν, indicant Cornelium proselytum fuisse. E. B. N. III. 71.

9. Τῇ δὲ ἐπαύριον (ἔσῃ ἡμέρᾳ). Ὁδοιπορέω, proficiscor. Δῶμα, h. l. cubiculum superius. Iudaeorum עֲלִיָּה dicitur δῶμα.

10. Γεύομαι, cibum capio. Eam huius vocabuli notionem Vorstius p. 694. inter hebraismos refert; dissentiunt vero alii. R. Πρόσπεινος, qvi valde esurit.

11. Ἀρχὴ, initium, extrema pars.

12. Πάντα, omnis generis.

13. Ἀναστάς. O. 34.

14. Κοινὸν, immundum. J.

15. Ἐκ δευτέρε (χρόνε.) Καθαρίζω, mundum pronuntio, ad imitationem hebraici נִקָּה, qvod Deut. 5, 11. per καθαρίζειν expressum est. Κοινόω, polluo, h. l. pro immundis habeo. O. 14.

16. Ἐπὶ

16. Ἐπὶ τρὶς pro τρὶς, ter, *pleon.*

20. Διακρίνομαι, h. l. dubito.

22. Μαρτυρούμενος, bono testimonio ornatus.

23. Τῇ ἐπαύριον (ἡμέρᾳ).

24. Ἦν προσδοκῶν. O. 26. Ἀναγκαίους φίλους, amicos intimos.

27. Συνομιλέω, colloqvor.

28. Ἀθέμιτος, ὁ, ἡ, illicitus. Ἀλλόφυλος, alienae gentis homo. Ἀλλόφυλοι apud Iosephum duplici sensu occurrunt. Primo enim, et qvidem κατ' ἐξοχὴν sic dicuntur Palaestini s. Philistaei, ut Antiqv. IX, §. 3. deinde in universum omnes, qvi neqve ortu neqve religione Iudaei sunt, ut Lib. eodem C. 6. 6.

29. Ἀναντιῤῥήτως, citra contradictionem.

30. Ἀπὸ hic positum est pro מ hebraeo. Ἀπὸ τετάρτης ἡμέρας, qvarto abhinc die, nudius qvartus.

34. Ἀνοίξας τὸ στόμα. O. 34. Ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι, re ipsa deprehendo. Προσωπολήπτης, personarum acceptor, qvi rationem habet dignitatis hominum.

36. Τὸν λόγον, a) pro κατὰ τὸν λόγον, b) ex hebraismo poni solet et Nominativus et Accusatiuus absolute, ut vim integri membri in sententia habeat. Gl. p. 68. c) Alii construunt τὸν λόγον cum ὑμεῖς οἴδατε, τὸν λόγον vero et comma 37. per appositionem iunctum esse censent.

38. Πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει, i. e. δυνάτῳ, instruxit Deus Iesum legatum suis donis divinis.

39. Ὧν pro ἅ. O. 11.

41. Προχειροτονέω, ante s. prius designo.

45. Οἱ ἐκ περιτομῆς (ὄντες) Iudaeo-Christiani.

46. Γλώσσαις (διαφόροις s. ἑτέραις.)

3. Προστίθημι, pergo. J.

4. Τετράδιον, qvaternio, custodia qvatuor militibus constans. Ἀναγαγεῖν et προάγειν est producere aliqvem tanqvam reum, partim ut ad crimina respondeat, partim ut poenas luat.

6. Μεταξὺ δύο στρατιωτῶν δεδεμένος ἁλύσεσι δυσὶ, catena nempe eadem unius militis sinistram vinciente et Apostoli dextram, alteraqve catena Apostoli sinistram et alterius militis dextram. De hoc more Romanorum, qvo alligabant militem, vel binos milites, custodiendo reo, vide Lipsium ad Taciti III. Annal.

7. Ἀνάστα, per apocopen pro ἀνάστηθι, surge.

8. Ὑποδέω, subligo.

11. Γενόμενος ἐν ἑαυτῷ, cum ad se ipsum rediisset, et somno penitus dissipato, et animo ex stupore ob rem inopinatam iterum collecto, satis sibi conscius esset, et qvid secum ageretur, rectius intelligeret. Χεὶρ, potestas. J.

12. Συνιδὼν, considerans, vel deliberans, qvid agendum esset.

13. Ὑπακοῦσαι, auscultandi caussa.

17. (Ἕνεκα τοῦ) σιγᾷν, ut tacerent.

18. Γίνομαι, accido. Ὁ Πέτρος pro τῷ Πέτρῳ, est metaptosis Hebraeis inprimis usitata. Cf. Ioh. 21, 21. qvid forsan Petro acciderit.

19. Ἀπάγω, abduco. Usurpatur de *deductione ad mortem*, interdum tamen de abductione in carcerem, vel ad poenam qvalemcunqve etiam non capitalem.

20. Θυμομαχέω, sum animo infenso. Πείθω, h. l. mihi concilio aliqvem. Ἀπὸ βασιλικῆς (χώρας,)

e regia provincia. Ὁ ἐπὶ τῦ κοιτῶνος (ὢν,) cubiculi regii praefectus.

21. Τακτὸς, statutus. Βῆμα, τὸ, tribunal, suggestus; h. l. intelligendus est suggestus in theatro Caesareensi ab Herode M. exstructus, unde et spectaret ludos, et, si luberet, concionaretur; qvod intelligitur ex Iosepho Ant. XIX. 8, 2. Δημηγορέω, orationem ad populum habeo.

23. Ἀνθ' ὧν pro διότι, eo qvod, qvia. Γενόμενος σκωληκόβρωτος, morbo verminanti correptus est. Iosephus scripsit: τῷ τῆς γαςρὸς ἀλγήματι, illum confectum, qvinto die esse mortuum. Ex hac igitur Lucae narratione patet, huius cruciatus caussam dedisse rodentes alvum vermes.

25. Πληρώσαντες τὴν διακονίαν, postqvam distributionem pecuniae collectae absolverant.

CAP. XIII.

1. Κατὰ, in. Τινὲς abundat. Σύντροφος, qvi a prima aetate cum altero educatus est.

2. Λειτεργέω, cultu ecclesiastico et sacro fungor. Ἀφορίζω, eligo. J. Ὃ προσκέκλημαι, vocavi pro πρὸς ὃ κέκλημαι. O. 18.

3. Ἀπέλυσαν (αὐτὲς.)

4. Σελεύκεια, Seleucia, urbs Ciliciae.

5. Σαλαμὶς, Salamis, Salamin et Salamina, urbs primaria Cypri.

6. Πάφος, Paphus, urbs Cypri.

7. Ἀνθύπατος, proconsul. Praesides, qvi in provincias Senatus populiqve Romani mittebantur, dicti sunt proconsules. Ii praesides autem, qvi provincias Caesaris administrabant, dicti sunt legati Caesaris.

8. Ἐλύ-

8. Ἐλύμας (ὅ ἐστιν) ὁ μάγος. E. Opp. 247. Ἐλύμας descendit ab עָלַם abscondidit, qvasi absconditorum explorator et revelator.

9. Σαῦλος δὲ (ὁ καὶ Παῦλος) i. e. qvi, ex qvo cum Romanis conversari coepit, hoc nomine a suo non abludente, coepit a Romanis appellari. Maior pars Iudaeorum duplici utebatur nomine, altero Iudaico, et altero Graeco. Iannaeus, Alexander; Onias, Menelaus etc.

10. Ῥᾳδιουργία, scelus. Υἱὲ διαβόλου, soboles diabolica, diaboli ingenium referens. J. in voce υἱός. Διαστρέφων pro διαστρέφειν. O. 22.

11. Χεὶρ, potentia. J. Ἐπί σε (ἐστι,) adversus te. Ἀχλὺς, ύος, ἡ, caligo.

13. Ἀνάγομαι, provehor nave. Οἱ περὶ τὸν Παῦλον (ὄντες,) Paullus, et qvi cum eo erant. Πέργη, urbs Pamphyliae.

14. Ἀντιόχεια τῆς Πισιδίας, ab Antiochia Syriaca distingvitur. Πισιδία, Pisidia, nomen regionis in Asia minori.

15. Λόγος παρακλήσεως, facultas exhortandi.

16. Φοβούμενοι τὸν Θεὸν, qvi etiam alias dicuntur σεβόμενοι τὸν Θεὸν, i. e. Proselyti; distingvuntur ab Israelitis i. e. Iudaeis natis.

17. Ἐκλέγομαι, magnis beneficiis afficio. J. Παροικία, peregrinatio, habitatio temporaria in aliqvo loco. Βραχίων, potentia, robur. J.

18. Τροποφορέω, mores alicuius fero, s. tolero. Ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς, indulgenter tractavit eos.

19. Κατακληροδοτέω, sorte distribuo.

20. Ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα, qvod intervallum erat 450. annorum. Cf. 1 Reg. 6, 1. Ex comparandis his duobus locis apparet, in utroqve

accipiendum esse non *ἀκριβῶς*, sed *παχυλῶς*. De difficultate hos locos in concordiam redigendi vid. E. B. N. IV. p. 127.

22. Μαρτυρέω τινὶ (καλῶς,) praedico.

24. Πρόσωπον. O. 34. Πρὸ *προσώπε* est Hebraeorum לִפְנֵי, qvod praepositionem *coram* exprimit. Πρὸ — *εἰσόδε*, coram eo iam ingrediente s. adventante. Gl.

25. Ὡς δὲ—δρόμον, cum cursum suum impleret, i. e. in ipso cursu circa finem.

27. Κρίναντες (αὐτὸν,) postqvam condemnassent eum. Ἐπλήρωσαν (*τὰς φωνάς*.)

32. Ἀναςήσας, exhibens Iesum, ut supra Cap. 2, 30. Nam de suscitatione e mortuis v. 34. demum est sermo.

34. Μηκέτι non habet ullum respectum ad antecedens tempus, sed simpliciter pro negativo *non* ponitur. Gl. Τὰ ὅσια, beneficia. J. Πιςὸς h. l. firmus. Respondet voci נֶאֱמָן.

35. Γενεὰ, aetas, tempus vitae.

39. Ὧν pro ἀφ' ὧν. Ἐν, per.

41. Ἀφανίζομαι, admiratione perculsus extra me rapior. J.

42. Εἰς τὸ μεταξὺ (ὂν) σάββατον, a) sabbato seqventi. Kr. b) alii intelligunt de diebus inter duo sabbata interiectis.

47. Ἐντέταλται, praecepit. O. 18. Φῶς, doctor. (Ἕνεκα) *τῦ εἶναι — τῆς γῆς*, ut salutem omnibus adferas. Ἐσχάτε (*μέρες*.)

48. Te-

Cap. 13, 23. Pro ἤγειρε legendum est ἤγαγε. Griesb.
Cap. 13, 44. Pro ἐρχομένῳ legendum ἐχομένῳ. E. B. N. IV. p. 41.

48. Τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον sunt ex lege oppositionis οἱ ἑαυτὲς τάξαντες (ὑπὸ τάξιν Θεῦ,) qvi ordinem divinum aeternae vitae conseqvendae admittunt. Opponuntur enim iis, οἳ ὐκ ἀξίες κρίνεσιν ἑαυτὲς τῆς αἰωνίε ζωῆς, qvi vita aeterna se ipsos indignos reddunt. B. Ph. 76. O. 18. Cf. infra cap. 20, 13. ὗτω γὰρ ἦν διατεταγμένος, sic enim constituerat.

49. Διαφέρω, divulgo.

50. Παροτρύνω, concito. Τὰς σεβομένας γυναῖκας, proselytas. Τὰς εὐσχήμονας, honoratas.

CAP. XIV.

2. Κακόω, male affectum reddo.

3. Ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, ob dominum, s. posita in domino fiducia. Λόγος τῆς χάριτος, evangelium. Ματυρέω, confirmo. Διὰ τῶν χειρῶν. O. 34.

5. Ὁρμὴ, aggressus impetuosus. (Εἰς τὸ) ὑβρῖσαι.

6. Συνιδόντες, cum comperissent, s. re deliberata. Λυκαόνια, regio Asiae, Cappadociae finitima, qvae perinde ac Cappadocia peculiari dialecto barbarica utebatur. Λύςρα, ης, et ῶν, Lystra, Lystrorum, urbs Lycaoniae. Δέρβη, Derbe, urbs Lycaoniae. Ἀδύνατος, debilis.

8. Ἐπῆραν τὴν φωνήν. O. 34.

12. Ἡγέμενος τῦ λόγε, primas partes tenebat in docendo.

13. Ταῦροι καὶ ςέμματα, tauri cum vittis, s. vittati. Gl. p. 19. O. 5.

15. Ὁμοιοπαθὴς, ὁ, ἡ, similiter affectus. Τὰ μάταια, vana, sunt idola. Cf. Ps. 31, 7. Ies. 41, 24. J. in voce ματαιότης.

16. Παροίχομαι, praetereo. Πορεύεσθαι, se gerere, vitam instituere. J.

17. Καί τοι γε, qvamvis. Ἀμάρτυρος, testibus expers.

18. Καταπαύω, coerceo.

19. Τεθνάναι pro τεθνακέναι.

22. Παρακαλοῦντες — καὶ (λέγοντες.)

23. Χειροτονήσαντες, qvum constituissent. Χειροτονέω, proprie *manum extendo*, h. l. eligo.

25. Ἀττάλεια, Attalia, urbs in finibus Pamphyliae et Lyciae, Pisidiae vicina.

27. Θύρα, occasio.

CAP. XV.

2. Στάσις, disputatio, altercatio. Hoc sensu στάσις non raro apud τοὺς ὁ est. Τάσσω, decerno.

3. Προπέμπω, officiose deduco. Ἐπιστροφή, conversio.

6. Εἴδω, cognosco. (Εἰς τὸ) ἰδεῖν, ad cognoscendam hanc qvaestionem.

7. Ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων, ante aliqvot annos. Ἐξελέξατο cum ἐν construitur, ut בָּחַר mediante ב. O. 39.

8. Ἐμαρτύρησεν αὐτοῖς, probavit eos.

9. Διακρίνω, h. l. discrimen facio.

10. Πειράζω, h. l. offendo.

14. Ἐπεσκέψατο λαβεῖν, benigne receperit. J. O. 20.

15. Ἀναστρέψω etiam, ut ἐπεσκέψατο, adverbii vicem obtinet. *Sens:* iterum aedificabo. O. 20.

16. Κατασκάπτω, diruo.

17. Ἐφ' ὃς ἐπεκέκλητα τὸ ὄνομά μȣ, qvae de nomine meo vocantur, i. e. cultum meum profitentur. Ἐπ' αὐτȣ̀ς redundat. Gl.

19. Παρενοχλέω, molestiam exhibeo.

20. Ἐπιςέλλω, epistolam mitto. Ἀλίσγημα, pollutio. Ἀλισγήματα τῶν εἰδώλων sunt cibi vetiti sc. εἰδωλόθυτα. Πνικτὸς, suffocatus. Πορνεία, a) conjugium cum gentilibus uxoribus, qvod Num. 25, 1. 2. πορνεία dicitur. Cf. Ebr. 12, 16. 1 Cor. 7, 12—16. E. B. N. II. 69. b) πορνεία i. e. πορνικὴ θυσία. Nihil usitatius erat apud gentes, qvam ut meretrices, qvae sufficientem corpore qvaestum fecissent, luculentas Veneri victimas, eadem hac foedissima mercede et pretio emtas partasqve offerrent, h. l. igitur ἀλίσγημα πορνείας, ut ἀλίσγημα εἰδώλων, prohibetur. Ita Heinsius. R.

22. Ἄνδρας ἡγȣμένȣς, viros primarios, qvi auctoritate et dignitate inter suos florent.

23. Διὰ χειρός. O. 34. Ἐξ ἐθνῶν (ȣ̓͂σι.)

24. Ἀνασκευάζω, labefacto. Περιτέμνεσθαι (δεῖν.)

26. Ψυχὴ, vita. J.

28. Ἐπάναγκες (ὄντων,) praeter haec, qvae necessaria sunt. Adstringitur haec necessitas ad illius temporis conditionem, ut aliarum gentium cum Iudaeis esset consuetudo magis apta, et minus dissentanea vitae ratio.

29. Διατηρέω, abstineo, caveo. Εὖ πράξετε, felices beatiqve eritis. Ἔῤῥωσθε, valete.

31. Παράκλησις, institutio.

32. Παρακαλέω, instituo.

33. Ποιήσαντες δὲ χρόνον, qvum per aliqvod tempus ibi commorati essent.

34. (Ἐπ') αὐτοῦ (τόπου.)

38. Ἀξιόω adiuncto μὴ eleganter notat *nolo*.

39. Παροξυσμὸς, animorum incitatio s. commotio.

CAP. XVI.

2. Μαρτυρέομαι, egregia laude ornor.

7. Μυσία, nomen provinciae in Asia.

8. Τρωάς, Troas, urbs Asiae haud procul Troia.

10. Συμβιβάζοντες, colligentes sc. ex illo viso nocturno. Προσκαλέω, accerso. Προσκέκληται. O. 18.

11. Σαμοθράκη, Samothrace, insulae maris Ægei. Νεάπολις, Neapolis, urbs Thraciae.

13. Νομίζομαι, soleo; νομίζεσθαι, in more esse. Fuit moris apud Iudaeos, ut proseuchas s. Synagogas qvam proxime ad fluvios exstruerent, qvo commodius ipsis suppeteret aqva ad manus lavandas, anteqvam preces facerent.

14. Πορφυρόπωλις, qvae purpuram sive lanam aut vestem purpuream vendit, Σεβομένη τὸν θεὸν, proselyta. Διήνοιξε, erudiebat. Aperitur animus, si antea non intellecta intelligit. Themist. Orat. II. de Constantio Imp. Διανοίγεταί μοι ἡ καρδία, καὶ διαυγεστέρα γίνεται ἡ ψυχὴ, mihi cor aperitur, et pellucidior fit animus. Προσέχειν, fidem habere. K.

15. Παραβιάζομαι, h. l. precibus adigo.

16.

Cap. 15, 33. Pro ἀποστόλους legendum: ἀποστείλαντας αὐτούς. E.

16. Πνεῦμα Πύθωνος, spiritus fatidicus. *Τοῖς κυρίοις*, domino. Pluralis pro singulari ex hebraismo, uti אֲדֹנִים. E. B. N. IV. p. 146.

18. Διαπονηθεὶς, molestia affectus, clamore illo defatigatus.

20. Στρατηγὸς, h. l. magistratus. Dicti alias sunt duumviri illi magistratus coloniarum et municipiorum, qvi in provinciis de caussis levioribus iudicabant; nam graviores Romam denunciabantur.

22. Συνεφίστημι, una insurgo.

24. Ἀσφαλίζω, firmiter includo. *Εἰς* pro *ἐν*. *Ξύλον*, h. l. lignum, qvo pedes captivorum constringuntur.

26. Ἀνίημι, relaxo.

27. Ἔξυπνος, ὁ, ἡ, expergefactus.

34. Πανοικὶ, cum tota domo.

35. Ῥαβδοῦχος, lictor. Non intelligendi sunt hic lictores cum fasciis, qvi Romae erant, sed lictores cum bacillis, qvi apparebant et praesto erant magistratibus colonicis.

37. Οὐ γὰρ, non profecto. Gl. 402.

CAP. XVII.

1. Ἀμφίπολις, Ἀπολλωνία, Θεσσαλονίκη, urbes Macedoniae.

2. Διαλέγομαι, h. l. disputo, dissero. Post *αὐτοῖς* recte comma ponitur.

3. Ἀπὸ τῶν γραφῶν διανοίγων καὶ παρατιθέμενος, ex scripturis apertum faciens, et locis prolatis affirmans. Παρατίθεσθαι eleganter dicitur, qvi scriptorum loca et verba, alicui rei probandae apta, citat et profert. Kr.

4. Προσ-

25. Θεραπεύω, colo, servio. Προσδέομαι, egeo.

26. Αἷμα, h. l. genus, ex qvo qvis ortus est. Πρόσωπον. O. 34. Ὁροθεσία, designatio terminorum, terminus fixus.

27. Ψηλαφάω, palpando inqviro. Ψηλαφήσειαν, ar. 1. Optat. Æolicus. Εἰ ἄρα γε, ut.

28. Ἐν, per, vi eius. Γένος ἐσμὲν, Paullus cum versiculum hunc commendavit Atheniensibus, non respexisse solum videtur ad popularem suum Aratum Cilicem, sed etiam ad Cleanthem, qvi Athenis vixerat, et in cuius hymno v. 4. legitur. Ἐκ σοῦ γὰρ γένος ἐσμέν.

29. Χάραγμα τέχνης, caelatura artificiosa. O. 5.

30. Ὑπερείδω, h. l. a) condono, Deut. 22, 1. התעלם vertitur ὑπεριδεῖν ἀσεβείας. Kr. b) contemnere et negligere cum indignatione. Cf. Gen. 42. 21. Hanc interpretationem doctissimus Loesnerus e Philone confirmat.

31. Παρέχω, h. l. confirmo, probo, fidem facio. Deus confirmavit eo, qvod Christum interfectum revocavit e mortuis in vitam. Kr.

33. Ἐκ μέσου. O. 34.

CAP. XVIII.

2. Προσφάτως, nuperrime.

3. Ὁμότεχνος, ὁ, ἡ, qvi eandem artem exercet. Σκηνοποιὸς (κατὰ τὴν τέχνην,) tentoriorum opifex. Qvidam vertunt: Zeugmacher. Rectius vertitur: Teppich - oder Tapetenmacher. E. B. N. IV. p. 187.

5. Συ-

5. Συνέχομαι, a) insto docendo. E. b) dolore afficior. Paulus enim videbat se nihil proficere apud Iudaeos. Kr.

6. Αἷμα, culpa exitii. J. *Sens:* culpam exitii vobismet ipsis imputetis.

7. Σεβομένε τὸν Θεὸν, proselyti. Συνομορέω, confinis sum.

10. Ἐπιθήσεται (χεῖρας.) Κακόω, noceo.

11. Καθίζω, permaneo. J.

12. Ἀνθυπατεύω, proconsul sum. Κατεφίστημι (τινι,) contra aliqvem insurgo, factionem ineo.

14. Ἀνοίγειν τὸ στόμα. O. 34. Ἀδίκημα, iniuria. Ῥαδιέργημα, scelus. Κατὰ λόγον, a) qvantum aequum esset. F. b) iure meritoqve. K. Ἀνέχομαι, h. l. admitto.

15. Ζήτημα, argumentum litis. Λόγος, doctrina. Ὀνομάτων, de nominibus, sc. an Iesus dicendus sit Christus. *Sens:* cum vero sit argumentum litis λογομαχία.

17. Μέλει, curae est.

18. Κείρω, tondeo. Κειράμενος, qvi caput suum tondendum curavit. Κεγχρεαὶ, nomen urbis et portus Corinthiaci.

20. Ἐπινεύω, annuo.

21. Ποιέω, commoror. Εἰς pro ἐν. Λόγιος, eloqvens.

24. Δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς, versatus in scriptura sacra.

26. Ἤρξατο. O. 26. Ὁδὸς, doctrina. J.

27. Προ-

Cap. 18, 5. Pro τῷ πνεύματι legendum τῷ λόγῳ. E.

27. Προτρέπομαι, hortor. Συνεβάλετο πολὺ τοῖς πεπιςευκόσι; a) multum adiumenti attulit iis, qvi fidem recepiſſent. Apud Diodor. Siculum XVI, 68. συμβάλλεσθαι notat *prodeſſe*. *Loesn.* et R. b) diſputavit ſ. ſententias contulit. Kr.

C A P. XIX.

2. Πνεῦμα ἅγιον, dona miraculoſa et extraordinaria eccleſiae Chriſtianae reſervata. Ἀλλ' ὐδὲ — ἠκύσαμεν, ne audivimus qvidem dari nunc talia dona.

3. Εἰς τὸ Ἰωάννυ βάπτισμα, in baptiſmum Iohannis, ita ut eam religionem profiterentur, qvam Iohannes docuit; ſc. initiabantur ita, ut crederent Meſſiam proxime venturum. Apoſtoli vero baptizabant in Meſſiam iam exhibitum, pro nobis mortuum et ſublatum. Ex qvo ſeqvitur, homines Apoſtolorum baptiſmo initiandos fuiſſe, qvanqvam antea a Iohanne in Meſſiam τὸν ἐρχόμενον eſſent baptizati, neqve propterea vim baptiſmi Iohannei abolitam fuiſſe; qvemadmodum nec vis circumciſionis tollebatur per baptiſmum Iohannis.

5. Ἀκύσαντες δὲ ſunt igitur illi, ad qvos Paulus loqvebatur; ſunt enim haec Lucae verba. Ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τῦ Κυρίυ Ἰησῦ, ſuſcepto baptiſmo Iohannis Meſſiae venturo nomen qvidem dederant, ſed indeterminate, neſcientes Ieſum Nazarenum eſſe illum Meſſiam. E. Opp. p. 258. E. B. N. II. p. 408. Dathii V. C. not. ad Gl. Ph. p. 531. Εἰς τὸ ὄνομά τινος βαπτίζεσθαι, eſt locutio hebraica. Nam Iudaei dicunt Samaritanos qvondam circumciſos fuiſſe לְשֵׁם הַר גְּרִזִים, in nomen montis Geriſim, h. e. ut eam reli-

religionem profiterentur, qvae in monte Gerisim usitata erat.

8. Πείθων — θεȣ͂, fidem faciens doctrinae de regno Dei.

9. Ὁδὸς, ἡ, religio. J.

11. Τυχὼν, vulgaris, ubivis obvius.

12. Διὰ τῶν χειρῶν. O. 34. Χρὼς, τὸ, corpus. Σιμικίνθιον, rectius σημικίνθιον, habet duplicem significatum, orarii, eines Schnupftuchs, et *succinctorii*, eines Schurzfells, qvod partes anteriores opificum cingit. Ὁρκίζομεν ὑμᾶς τὸν Ἰησȣ͂ν, adiuramus vos per Iesum.

19. Περίεργα, curiosa, h. l. artes magicae. Ἀργύριον h. l. drachma. Nam ista verba non ad hebraicam, sed ad Graecam rationem sunt intelligenda. Kr.

22. Ἐπέχειν χρόνον, aliqvamdiu morari, paullulum subsistere. Ἐις pro ἐν.

23. Ὁδὸς, religio christiana.

24. Ἀργυροκόπος, argentarius, argenti signator. Ναὸς, aedicula. Ἄρτεμις, Diana.

25. Ἐυπορία, facultates.

27. Τȣ͂το τὸ μέρος, haec res, hoc negotium. Ἀπελεγμὸς, reprehensio, contemtus.

29. Σύγχυσις, confusio. Ὁμοθυμαδὸν, coniunctim, una, simul omnes.

30. Ἐισελθεῖν εἰς τὸν δῆμον, in concionem populi prodire dicendi caussa.

31. Ἀσιάρχης, praefectus certaminum ludorumqve sacrorum.

33. Προβιβάζω, produco. Κατασείσας τὴν χεῖρα, manum extensam deorsum movens, qvi gestus eorum erat, qvi loqvi incipientes, tumultuantes ad silentium hortabantur.

35. Κα-

35. Κατασέλλω, reprimo, coerceo. Γὰρ ſaepe in interrogatione, qvae vel indignatione vel admiratione commoto paullo vehementius animo fit, adhibetur, neqve opus eſt referre ad aliqvam enuntiationem, qvae ſuppreſſa intelligi debeat. Vid. Loeſneri Obſ. Νεωκόρος, ὁ, ἡ, aedituus, cultrix. Γραμματεὺς, ὁ, ſummus magiſtratus, dignitatis et auctoritatis maximae in Aſiae urbibus. Οὖσαν pro εἶναι. Διοπετὲς (ἄγαλμα,) ſimulacrum a Iove i. e. de coelo delapſum.

36. Ἀναντίῤῥητος, ὁ, ἡ, cui contradici neqvit. Προπετὴς, praeceps, h. l. temerarius.

37. Ἱερόσυλος, ſacrilegus.

38. Ἀγοραῖοι ἄγονται (ἡμέραι,) iudicia ſunt in foro. Ἐγκαλέω, in ius voco. Ἀνθύπατοι. Pluralis pro ſingulari poſitus eſt. E. B. N. IV. 147.

CAP. XX.

2. Εἰς τὴν Ἑλλάδα, Graecia h. l. intelligenda eſt veteri et proprio ſenſu de regionibus inter Theſſaliam et Peloponneſum interiectis, vel de tota Achaia provincia, qvo ſenſu *Graecia* eſt apud Svetonium in Claudio Cap. 16. E.

3. Ποιήσας. Nominativus hic abſolute ponitur pro *genit. conſeqv.*

4. Συνέπομαι, comitor.

5. Τρωὰς eſt et regionis nomen et urbis, cuius modo meminit, qvae et Antigonia et Alexandria dicta fuit.

6. Ἄχρις, h. l. intra. Ἄχρις ἡμερῶν πέντε, qvinqve dierum ſpatio.

7. Ἐν δὲ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, prima die hebdomadis, i. e. die dominica. Μία reſpondet voci

אֶחָד, qvae non *unum* tantum significat, sed et *primum*. V. 47. Κλάσαι ἄρτον, h. l. ex hebraismo non simplicem panis in minutas partes tributionem, sed ipsam panis comestionem et qvidem sacram significat. O. 40. V. 690. Παρατείνω, produco. Λόγος, h. l. praedicatio verbi divini.

9. Καταφέρομαι, opprimor. Τρίστεγον, tertia contignatio.

10. Συμπεριλαμβάνω, amplector.

11. Ἄρτον γευσάμενος, cum comedisset. *Hebr.* O. 40. Ἐφ' ἱκανὸν (χρόνον,) diu. Αὐγὴ, diluculum. Οὕτως redundat. Gl. 440.

12. Παρακαλέομαι, a) confirmor in religione christiana. E. b) gaudeo. Loesn.

13. Ἄσσος, Assus, urbs Troadis. Ἦν διατεταγμένος, praeceperat, constituerat. O. 18. Πεζεύω, pedibus iter facio.

14. Συμβάλλω, h. l. occurro. Μιτυλήνη, a) Lesbi insulae urbs praecipua. R. b) nomen insulae maris Ægei. Kr.

15. Ἀντικρὺ, e regione. Χίος, Chius, insula, hodie Scio. Σάμος, Samus, nomen insulae maris Ægei. Post ἐπιέσῃ, ἑτέρᾳ et ἐχομένῃ supple ἡμέρᾳ. Τρωγύλλιον, Trogyllium, promontorium Ioniae, non procul ab insula Samo. Μίλητος, Miletus, urbs Asiae maritima.

16. Ὅπως — χρονοτριβῆσαι, ne ipsi eveniret, ut tempus tereret s. perderet. Εἰς pro ἐν.

19. Ἐν, ab. Gl. Ἐπιβουλὴ, consilium adversus aliqvem initum, insidiae.

20. Ὑποστέλλω, celo, dissimulo. Κατ' οἴκους, privatim.

21. Διαμαρτύρομαι, doceo. J.

22. Δε-

22. Δεδεμένος τῷ πνεύματι, a) praevidens animo ex revelatione divina, vincula ipsum Hierosolymis expectare. Dath. ad. Gl. p. 1225. b) iussu Spiritus S. Eleganter δέειν ponitur pro cogere, impellere. K.

23. Πλὴν, nisi. Hoc sensu πλὴν est apud τὰς ό, v. c. Deut. 10, 15.

24. (Περὶ) ὀδενὸς λόγον ποιᾶμαι, nullius rei (adversae) rationem habeo. Ψυχὴ, vita. J.

26. Ἀπὸ ex hebraismo redundat. V. 411. Αἷμα. J.

28. (Εἰς τὸ) ποιμαίνειν.

29. Ἄφιξις, discessus. Βαρὺς, saevus.

30. (Ἕνεκα) τᾶ ἀποσπᾶν, ut persvasionibus abstrahant post se, i. e. ad se et suos errores pertrahant.

31. Νᾶθετῶν. O. 22.

32. Παρατίθεμαι, commendo. Λόγῳ τῆς χάριτος, favori per evangelium revelato. O. 5. Ἐποικοδομέω, a) inaedifico, superstruo. Kr. b) facio, ut res melior et perfectior evadat. Ἐποικοδομῆσαι, efficere, ut in fide et bonis operibus crescatis, sicut domus, qvae paullatim surgit. R. Κληρονομία, beneficia Messiae et vita aeterna. Ἐν, inter.

35. Μακάριον — λαμβάνειν. Hoc est inter illa, qvae Paullus didicerat non ex scripto, sed relatu eorum, qvi Dominum noverant.

38. Προπέμπω, comitor.

Cap. 20, 28. Utramqve lectionem τᾶ Θεᾶ et Κυρία Griesb. doctissimus exhibet, et iudicium Lectoribus permittit. Hoc error typographicus esse videtur, qvod E. B. N. IV. p. 41. asseritur, sc. Griesbachium militare pro lectione Θεᾶ. Contendit potius ille Codices, qvi legunt κυρία, esse antiqvissimos, et praestantissimos, vix unqvam consentientes in lectione aliqva, qvin a Celeberrimis Criticis approbata sit.

CAP. XXI.

1. Κῶς, Κῶ, ἡ, insula maris Ægei. Τῇ ἑξῆς (ὅσῃ ἡμέρᾳ,) seqventi die. Πάταρα, ὧν, τὰ, Patara, una ex praecipuis sex urbibus, Lyciae.

3. Ἀναφανέντες pro ἀναφανήσης τῆς Κύπρου, cum apparuisset nobis Cyprus, per Hypallagen. Gl. 654. Ἀποφορτίζομαι, onus depono.

4. Διὰ τοῦ πνεύματος, spiritu prophetico. Μὴ ἀναβαίνειν brevis locutio. Subintelligendum enim: nisi vinciri vellet. Dicebant ut prophetae eventura Paullo Hierosolymis, si eo venisset, ut ita ipsum humana affectione deterrerent, ne Hierosolyma tunc proficisceretur.

5. Ἐξαρτίζω, absolvo.

6. Εἰς τὰ ἴδια (οἰκήματα,) in domus suas.

7. Διανύω, absolvo. Πτολεμαΐς, Ptolemais, urbs Galilaeae maritima.

8. Οἱ περὶ τὸν Παῦλον, Paullus et qvi cum ipso erant.

12. Ἐντόπιος, ὁ, ἡ, incola.

13. Συνθρύπτω, confringo. Ἑτοίμως ἔχειν, paratum esse.

15. Ἀποσκευασάμενοι, depositis sarcinis.

16. Μαθητῶν (τινες.) Ἄγοντες Μνάσωνί τινι Κυπρίῳ, adducentes secum, apud qvem hospitaremur, Mnasonem qvendam Cyprium. O. 11. Μνάσωνι pro Μνάσωνα.

19. Ἕκαστον (ἐκείνων) ὧν pro ἅ. O. 11.

21. Ἔθη,

Cap. 21, 15. Pro ἀποσκευασάμενοι legendum est ἐπισκευασάμενοι, *qvum accepissemus res ad iter necessarias.* Griesb.

21. Ἔθη, praecepta ritulia.

22. Τί οὖν ἐςι; qvid igitur factu opus est?

24. Ἁγνίσθητι σὺν αὐτοῖς, cum his abstine ab omnibus rebus, qvas lex Num. 6. hominibus eiusmodi voto obstrictis, interdicit. J. Ξυράω, rado; ξυρῶμαι, radendum curo. Στοιχέω, incedo. *Metaph.* usurpatur de vitae ratione. J. in voce πορεύομαι.

26. Ἐκπλήρωσις, adimpletio. Omnibus edicens se castimonium suscipere in dies septem. Cf. v. 27. Licebat autem cuiqve, eum, qvem vellet, votivae obligationi praestituere terminum.

27. Συγχέω, confundo, h. l. concito.

28. Κοινόω, polluo. J.

29. Ἱερὸν, h. l. septum illud lapideum, qvod in tres cubitos attollebatur, inscriptumqve columnis habebat: μὴ δεῖν ἀλλόφυλον ἐντὸς τοῦ ἁγίου παριέναι, Ioseph. de B. I. V, 14. Si qvis alienigena, etiam Romanus, id septum transgrederetur, is occidi poterat.

31. Φάσις, rumor.

32. Τύπτοντες pro τύπτειν. O. 22.

39. Ἄσημος, ignobilis. Erat Tarsus Ciliciae totius caput.

CAP. XXII.

1. Ἄνδρες in eiusmodi compellationibus abundat. O. 34.

3. Παρὰ τοὺς πόδας, apud, cura. Non est, qvod ex hoc loco fingamus, discipulos antiqvis temporibus ad magistrorum pedes sedisse. Docet antiqvitas Iudaica, ad mortem Gamalielis usqve, stantes coram magistris discipulos institutos esse. Ex hebraismo haec phrasis est explicanda. Cf. Act. 4, 35.

4. Ὁδὸς, christiana religio. J.

5. Ὁ ἀρχιερεὺς, pontifex maximus.

9. Ἀκὼω, h. l. intelligo. Conf. supra cap. 9, 7.

10. Ἀναςάς. O. 34. Ὧν pro ἅ. O. 11.

11. Δόξα, fulgor.

14. Προχειρίζω, deligo.

15. (Ἐκείνων πραγμάτων) ὧν pro ἅ. O. 11.

16. Τί μέλλεις; qvid cunctaris? Βάπτισαι καὶ ἀπόλεσαι, cura te baptizandum et abluendum. Medium habet significationem reciprocam.

19. Φυλακίζω, in carcerem coniicio.

22. Ἐπῆραν τὴν φωνήν. O. 34.

23. Ῥίπτω, a) proiicio, iacto. Qvi longius aberant, his signis testabantur, se cum illis facere, qvi propius adstantes clamabant. Xiphilinus in Nerone: Τάς τε χεῖρας καὶ τὰ ἱμάτια ἀνέσειον. Ovid. Am. III, 274. *et date iactatis undiqve signa togis.* R. b) disrumpo. Kr.

24. Εἰπὼν, iubens. J. Μάςιξιν ἀνετάζεσθαι, flagellis adhibitis torqveri. Ἀνετάζω, inqviro.

25. Προτείνω, a) distendo. F. b) prostratum adstringo flagellis *caedendum.* K. c) trado. Ita Loesn. in observatt. e Philone.

28. Κεφάλαιον, summa pecuniae. Πολιτεία, h. l. ius civitatis.

CAP. XXIII.

1. Πολιτεύομαι media voce dicitur proprie de iis, qvi rem publicam administrant. Deinde significat: institutis qvibusdam utor et convenienter vivo, uti apud Ioseph. de Maccab. §. 4. Ἀρχιερεὺς, pontifex maximus.

2. Πα-

2. Παρανομέω, legem transgredior.

3. Καὶ σὺ, et tu — iudicas me, hic per καὶ affectus indignantis exprimitur. Gl. Sic in illo Virgilii: *et* qvisqvam numen Iunonis adoret?

6. Περὶ ἐλπίδος καὶ ἀναστάσεως, a) est ἓν διὰ δυοῖν, ob spem de resurrectione. Gl. b) Καὶ redundat. Kr.

7. Στάσις, h. l. dissidium, disputatio.

11. Ἐις pro ἐν.

12. Συστροφὴ, coitio.

13. Πλείους pro πλείονες.

14. Ἀναθέματι ἀναθεματίσαμεν, devovimus nos ipsos. Hebr. O. 38.

15. Ἐμφανίζω, significo, declaro. Svidas: ἐμφανίζωσι, φανερῶσι.

20. Ὅτι. O. 28.

21. Πείθομαι, obseqvor, μὴ πεισθῇς, noli obtemperare. Ἐπαγγελία, mandatum.

22. Ἐκλαλέω, effutio.

23. Δεξιολάβος, satelles.

24. Διασώζω, salvum aliqvem ad alium perduco. Ἡγεμὼν, procurator. Qvum hic Felix procurator tantum Iudaeae fuerit, ne qvis nomine ἡγεμόνος ductus suspicetur *Praesidem* fuisse, tenendum est, ἡγεμόνα dici hoc loco, qvi proprie nominetur ἐπίτροπος. Loesn. in Observ. in Philone.

25. Περιέχειν, continere. Τύπος, h. l. argumentum.

29. Ἔγκλημα ἔχειν, h. l. idem est qvod ἐγκαλεῖσθαι.

Cap. 23, 9. Μὴ θεομαχῶμεν recte omittitur. E. B. N. IV. p. 41.

31. Ἀντιπατρὶς, Antipatris, urbs Palaestinae.

32. Τῇ ἐπαύριον (ἐσῃ ἡμέρᾳ,) postero die.

34. Ἐπαρχία, provincia. Διακέω (ἐκ vel παρά) σε, attente te audiam et caussam tuam cognoscam.

CAP. XXIV.

1. Ῥήτωρ, orator, advocatus.

3. Κατόρθωμα, recte factum. Πάντῃ, semper. Ἀποδέχομαι, agnosco, s. laudo. Ἐπαινεῖν et ἀποδέχεσθαι apud Iosephum tanqvam synonyma iunguntur.

4. Ἐγκόπτω, incido, h. l. *metaph.* interpello, moror. Συντόμως, breviter.

5. Εὑρόντες. O. 22. Πρωτοστάτης, qvi primus stat in acie, i. e. auctor et princeps. Λοιμὸς, pestis, i. e. noxius. Ναζωραῖοι, Christiani. Tenendum est Christianos nomen Nazaraeorum non ipsos sibi imposuisse, sed ab hostibus per contemtum tributum esse.

8. Ἀνακρίνας, a) qvaestione habita per tormenta. Ita recte hic accipit Syrus. R. b) Ἀνακρίνας (τὴν αἰτίαν,) si caussam in iudicio examinaveris. K.

9. Συντίθεμαι, h. l. assentior, confirmo.

10. Εὐθυμότερον, alacrius. Τὰ (ὄντα) περὶ ἐμαυτοῦ, qvae ad me pertinent.

12. Ἐπισύστασις, coitio factiosa.

13. Παρίστημι, ob oculos pono, clare demonstro, probo

14. Ὁδὸς, religio. J.

16 Ἐν, propter. Ἀσκέω, exerceo. Ἀπρόσκοπος, non offensus, et non offendens.

17. Διὰ, post.

18. Ἁγνι-

18. Ἁγνίζω. J. Ὄχλος, h. l. tumultus.

21. Φωνὴ, sermo, sententia.

22. Ἀναβάλλομαι, differo, procrastino. Τὰ καθ᾽ ὑμᾶς (ὄντα,) qvae ad vos pertinent. Διαγινώσκειν, definire caussam.

24. Δρεσίλλα, Drusilla. Duas Drusillas uxores habuit Felix; alteram Iudaeam, de qva hic sermo, Agrippae maioris filiam; alteram Romanam, Antonii et Cleopatrae neptem, de qva Tacitus Lib. V. c. 9.

25. (Κατὰ) τὸ νῦν ἔχον (πράγμα,) prout nunc se res habet. Μεταλαβὼν idem est, qvod λαβών. Praepositiones, qvae in verbis compositis potestatem suam plane amiserunt, vim etiam casuum regendorum nullam habent. Unde h. l. μεταλαβὼν non Genitivum, sed Accusativum regit. Kr.

27. Διάδοχος, successor. καταϑένας χάριν, gratificari alicui, gratiam cum aliqvo inire.

CAP. XXV.

Vox ἐπαρχίας alias provinciae amplioris appellatio est. Iudaea enim ex eo provinciarum genere fuit, qvae a procuratoribus administrabatur. Iosephus etiam praefecturam administrationemqve Iudaeae ἐπιτροπὴν vocat; accurate sane et voce maxime propria. Sed, uti apud Latinos vox *Praesidis* de omnibus in universum provinciarum Gubernatoribus interdum sumitur; sic apud Graecos ἔπαρχοι et ἐπαρχία de cuiuscunqve provinciae Praesidibus, et administratione adhibetur. Sic Iosephus Ant. XX, 8. 11. hunc ipsum Festum, qvem probe sciebat proprie ἐπίτροπον nominandum esse, tamen ἔπαρχον dicit. Ἐπιβαίνω, ingredior.

2. Ἐμφανίζειν hic qvoqve *deferendi* et *accusandi* notionem habet.

3. Ποιοῦντες pro *ποιήσοντες*. Praes. et Aor. 1. interdum pro futuro ponuntur. E. B. IX. p. 163. Κατὰ, in.

5. Οἱ δυνατοὶ ἐν ὑμῖν, qvi inter vos auctoritate, dignitateqve praestant. Hac notione haec vox apud Iosephum freqventissime occurrit. Ant. XII, 4. 3.

7. Αἰτίαμα, criminatio.

10. Ἀδικέω, ius violo. Cf. 2 Paralip. 26, 16. Ἐστὶν (*ἐκείνων ἐγκλημάτων*) ὧν pro ἅ. O. 11.

11. Καίσαρα ἐπικαλοῦμαι, Caesarem appello, s. ad Caesarem provoco. Contra leges Romanas erat civem Romanum provincialibus hominibus iudicandum tradere, et id nolentem.

12. Συμβούλιον, consilium, qvod constabat ex iis, qvi cum Praetore erant. Dicuntur alias *πάρεδροι*, assessores. E.

13. Βερνίκη, Bernice, Agrippae erat soror, ei semper adhaerens, unde credita est ei per incestum mixta. Kr.

14. Τὰ κατὰ τὸν Παῦλον (ὄντα,) qvae ad Paullum spectabant.

15. Δίκη, h. l. supplicium, poena.

16. Τόπον λαβεῖν, facultatem accipere.

17. Ἀναβολὴ, dilatio. Τῇ *ἑξῆς* (*οὔσῃ ἡμέρᾳ,*) seqventi die.

18. (Ἐκείνων ἐγκλημάτων) ὧν pro ἅ.

19. Δεισιδαιμονία, religio, superstitio. Vocabulum *μέσον* in bonam partem, sed saepius in malam adhibetur.

20. Εἰς

Cap. 25, 2. Pro ὁ ἀρχιερεὺς legendum est οἱ ἀρχιερεῖς. Cf. infra v. 15. E. B. N. IV. p. 41.

20. Ἐις pro ἐν.

21. Σέβαςος, Augustus, cognomen Imperatoris.

23. Φαντασία, magnificentiae splendorisqve ostentatio. Ἀκροατήριον, auditorium, locus iudicii. Πόλις, h. l. Roma. Ἄνδρες κατ' ἐξοχὴν ὄντες τῆς πόλεως, Viri urbis (Romae) praecipua aliqve dignitate conspicui, provinciae Praesidi ut assessores (cf. supra v. 12.) in consilium dati. Cic. Verr. I. Cap. 29. E.

24. Ἐντυγχάνω cum Dativo personae notat, convenio aliqvem.

26. Ἀνάκρισις, diiudicatio, caussae cognitio. Γράψαι τῷ Κυρίῳ. Domini nomen, ab Augusto et Tiberio recusatum posteriores Imperatores recepere.

27. Ἄλογος, cum ratione non conveniens absurdus.

CAP. XXVI.

1. Ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ut solent dicturi. Apulej. Met. II. Porrigit dextram, et instar Oratorum conformat articulum: duobusqve infimis conclusis digitis caeteros eminentes porrigit.

3. Γνώςην ὄντα σε, cum gnarus sis. Accusativus absolute ponitur pro Genitivo conseqventiae. Fit hoc in primis vocula ὡς praemissa. Gl. 68. Ab Atticis praecipue Accusativus pro Genitivo ponitur. V. Celeb. Fisch. animadv. ad Vuell. Gramm. p. 315.

5. Ἄνωθεν, a superiori tempore.

7. Δωδεκάφυλον, duodecim tribus. Ἐκτένεια, perpetua opera.

8. Ἐι, h. l. qvod. Inprimis post verba *admirandi* idem significat, qvod ὅτι.

9. Ὄνομα, professio religionis.

10. Ψῦ-

10. Ψῆφος, calculus, qvo in suffragiis ferendis utebantur. Κατήνεγκα ψῆφον, sententiam dixi, s. calculum tuli contra ipsos.

11. Ἐμμαίνομαι, insanio contra aliqvem: regit Dativum vi praepositionis. Ἐις τὰς ἔξω (ὄσας) πόλεις, in civitates externas.

12. Ἐπιτροπὴ, concessio.

13. Κατὰ, in.

14. Σκληρόν σοί (ἐςαι) πρὸς κέντρα λακτίζειν, durum s. noxium tibi erit adversus stimulos calcitrare. Proverbium desumtum a bobus adversus stimulos, qvibus aguntur, calcitrantibus, atqve ita se ipsos magis laedentibus.

16. Προχειρίζομαι, deligo. Μάρτυρα (ἐκείνων πραγμάτων) ὧν pro ἅ. O. 11.

18. Κλῆρος, portio. J. Ἐν, inter.

22. Ἐπικυρία, auxilium. Ὀυδὲν ἐκτὸς (ἐκείνων) ὧν pro ἅ.

23. Ἐι pro ὅτι, ut supra v. 8. Παθητος, a) is qvi debet pati. Cf. Luc. 24, 26. R. b) qvi pati potest, ita comparatus, ut in eum perpessio cadat. Kr. et Loesn.

24. Τὰ γράμματα, studia, eruditio. Περιτρέπω, induco, adigo.

25. Σωφροσύνη, sana mens.

28. Ἐν ὀλίγῳ με πείθεις, parum abest, qvin persvasione tua me permoveas.

29. Ἐυξαίμην ἂν τῷ Θεῷ γενέσθαι, o si precibus a Deo impetrare possem, ut fierent. K. Ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν πολλῷ, non propemodum tantum, sed plane. Paullus modeste ad Agrippae dictum alludit. Gl.

31. Ὅτι. O. 28.

32. Ἐπεκέκλητο, appellasset. O. 18.

CAP.

CAP. XXVII.

1. Παρεδίδουν, sc. Festus et qvi ab eo id mandatum acceperant. O. 17.

2. Ἀδραμύττηνος, Adramyttenus. Urbs, a qva descendit, est Adramyttum vel Adrumettum Africae maritima. (Ἐπὶ) τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν τόπους, ad loca in Asia sita.

3. Τῇ ἑτέρᾳ (ἡμέρᾳ,) postridie. Ἐπιμέλεια, procuratio. Ἐπιμελείας τυχεῖν, aliorum auxilia ad vitam levandam conseqvi.

4. Ὑποπλέω, subter aliqvo loco vehor.

5. Κατὰ, iuxta. Μύρα, τὰ, Myra, orum, nomen oppidi in Lycia.

6. Ἐμβιβάζω, impono.

7. Βραδυπλοέω, tarde navigo. Κνίδος, Cnidus, insula maris Ægei, Veneris simulacro ac cultu nobilis. Προσεάω, permitto. Σαλμώνη, Salmone, promontorium Cretae.

8. Παραλέγομαι, lego littus, praeternavigo. Λασαία, Lasaea, urbs insulae Cretae.

9. Ἐπισφαλὴς, ὁ, ἡ, incertus, periculosus. Νηστεία, h. l. Ieiunium magnum Iudaeorum, qvod die expiationis agebatur, qvi in X. Tisri incidebat. Post illud tempus, mense nimirum Octobri, navigatio incerta est, et discrimini propior.

10. Πλόος, ου, item πλοῦς, πλοὸς, ad formam νοῦς, νοὸς, navigatio.

11. Ναύκληρος, Nauclerus, dominus navis, qvi navem possidet.

12. Ἀνεύθετος, non bene situs et commodus. Παραχειμασία, hiematio. Φοίνιξ, Phoenix, urbs Cretae versus meridiem et occasum sita cum portu.

Λὶψ,

Λὶψ, λιβὸς, Africus, ventus meridianus. Χῶρος, Corus, Caurus, ventus ab occaſu ſolſtitiali, et occidentali latere ſeptentrionis flans, ſemper procelloſus.

13. Ὑποπνέω, leniter flo. Ὑπὸ ſaepe in compoſitione rem imminuit. Πρόθεσις, animi ſententia. Προθέσεως κρατεῖν, voti compotem factum eſſe. Αἴροντες (ἀγκύρας.) Ἐγγὺς, ἐγγίων vel ἔσσων, et neutrum ἔσσον vel ἆσσον, propius.

14. Τυφωνικὸς, turbulentus. Cf. Plinius de repentinis flatibus Hiſtor. Nat. II. 49. Εὐροκλύδων, Eurus procellas ciens et fluctus commovens.

15. Ἀντοφθαλμέω, obnitor, reſiſto. Ἐπιδιδόντες (τὸ πλοῖον.)

16. Νησίον, parva inſula. Κλαύδη, Claude, nomen inſulae iuxta Cretam. Mela II, 7. hanc inſulam vocat Gaudos.

17. Ὑποζωννύω, ſubtus conſtringo. Σύρτις, Syrtis, locus duplex in mari Africo arenoſus, in qvo naves defixae haerent et evertuntur. Σκεῦος, a) antenna cum velo. E. b) ancora. K.

18. Χειμάζομαι, proprie, *hiberno*; deinde: a fluctibus maris disiicior. Ἐκβολὴ, iactus, eiectio ſc. mercium, qvas in mare proiiciebant, cum tempeſtas nimia eſſet. Id fiebat levandae navis cauſſa.

19. Αὐτόχειρ, ὁ, ἡ, qvi ſua manu aliqvid facit. Σκευὴ, apparatus. (Ἀπὸ) τοῦ πλοίου.

20. Λοιπὸν, iam. Ponitur h. l. pro ἤδη.

21. Ἀσιτία, inedia, h. l. abſtinentia a cibo, ieiunium. Κερδαίνω et κερδέω, h. l. evito. Ὕβρις, incommodum, moleſtia. Ὕβρις corporis vexationem, ζημία iacturam mercium denotat.

22. Ἀποβολὴ, amiſſio, iactura. Ψυχὴ, vita. J.

23. Οὗ εἰμι (κτῆμα ſ. δοῦλος.)

24. Ke-

24. Κεχάρισμαι, donari. O. 18.

26. Ἐκπίπτω, evado. K.

27. Ἀδρίας, Adria, mare Adriaticum, hodie ſinus Venetus. Προσάγειν τινὰ ἀυτοῖς χώραν, appropinqvare ſibi aliqvam regionem. Lucas loqvitur nautarum more; navigantibus enim littora moveri et loca remotiora accedere videntur. Sic Virgil. Aeneid. III, 73. *Provehimur portu, terraeqve urbesqve recedunt.*

28. Βολίζω, bolidem demitto. (Κατὰ) βραχὺ δὲ διαςήσαντες, brevi autem intervallo diſtantes ſ. progreſſi. Ὀργυιὰ, menſura ſex pedum.

33. Ἄσιτοι, ieiuni, i. e. nec ſveto tempore nec ad ſatietatem uſqve cibum ceperant. Διατελέω (χρόνον,) perago tempus.

34. Μηδὲν (βρῶμα) τȣτο πρὸς τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ὑπάρχει, hoc facit ad veſtram ſalutem, nempe ut firmiores eſſent ad perferendos labores, qvibus opus erat. Οὐδενὸς — πεσεῖται eſt, proverbialis locutio, qvae nihil aliud infert, qvam homines incolumes manſuros, nec in undis perituros. Ita Hebraei 2 Sam. 14, 11. 1 Reg. 1, 51. V. in Ad. C. 6.

38. Κȣφίζω, levo.

39. Ἐξωθέω, f. ήσω, vel ἐξώθω, f. ἐξώσω, expello, h. l. appello.

40. Εἴων εἰς τὴν θάλασσαν (τὸ πλοῖον,) navem mari permittebant. Ζευκτηρία, vinculum. Πηδάλιον, gubernaculum. Ἀρτέμων, ὁ, Artemo, velum navis maius. Τῇ πνεȣσῃ (ἀυρᾳ) κατέχω, h. l. appello.

41. Διθάλασσος, ὁ, ἡ, bimaris, locus, qvi utrinqve mari alluitur: uno vocabulo dicitur *iſthmus.*

Τόποι

Τόποι διθάλασσοι sunt angustae terrae fauces inter duo maria. F. Ἐποκέλλω, impingo, illido. Ἐρείδω, figo, firmo.

42. Ἐκκολυμβάω, enato.

43. Ἀποῤῥίψαντες (ἑαυτοὺς.)

44. Σανὶς, ίδος, asser, tabula. Ἐπί τινων (μερῶν) τῶν ἀπὸ τοῦ πλοίου (ὄντων.) Repete ex v. 43. ἐξιέναι.

CAP. XXVIII.

1. Μελίτη, Melita, nomen insulae.

2. Βάρβαρος, ὁ, ἡ, barbarus, qvi non est eiusdem gentis, nec eandem habet lingvam. Τυχὼν, vulgaris, ubivis obvius. Πύρα, pyra, strues lignorum, igne subiecto, ardens.

3. Φρύγανα, aridae herbae s. frondes, siccaqve virgulta, qvae camino et incendio praeparantur. Καθάπτω, attingo, invado.

4. Θηρίον, τὸ, serpens venenatus. Sic solent vocari bestiae, qvae veneno nocent. Δίκη, Dea iudiciorum praeses, qvae alias Nemesis dicitur.

6. Πιμπράω, πίμπρημι, inflammo; πίμπραμαι, inflammor, intumesco. Ἄτοπος, noxius, malus, uti apud Ioseph. Ant. VIII, 14. 4. Μεταβαλλόμενοι (γνώμην,) mutati, i. e. mutata sententia.

7. Πρῶτος, primarius, h. l. est nomen magistratus. Πόπλιος, Publius. Φιλοφρόνως, amice.

8. Δυσεντερία, ἡ, Dysenteria, intestinorum tormina.

9. Τὰ πρὸς τὴν χρείαν (ὄντα,) res neceſſariae.

11. Παράσημος, ὁ, ἡ, ſignatus, inſigni notatus. Διόσκουροι, Dioſcuri, fratres gemini, Iovis et Ledae filii, Caſtor et Pollux, qvi navigationi praeeſſe credebantur. Phrynichius p. 100. Διόσκουροι, ὀρθώτερον Διόσκοροι. Ab inſigni, qvod ſemper in prora erat, et in ea pingebatur, navis qvaeqve olim nomen habebat. Unde inſigne navis interdum pro ipſa navi ponitur, ut Virgil. Aen. V, 122. Centauro vehitur magno, h. e. navi, cuius inſigne erat Centaurus. F.

12. Συρακοῦσαι, Syracuſae, urbs Siciliae primariae.

13. Ῥήγιον, Rhegium, nomen urbis in ultimo Italiae angulo verſus Siciliam ſitae. Δευτεραῖος, qvi ſecunda die aliqvid facit. Ποτίολοι, Puteoli, urbs Campaniae.

15. Τὰ περὶ ἡμῶν (γινόμενα,) fata noſtra. Ἄππιος φόρος, forum Appium, civitas Italiae. Τρεῖς ταβέρναι, Tres Tabernae, nomen urbis Italicae.

16. Στρατοπεδάρχης, praefectus praetorii, ſ. cohortium praetorianarum, qvi extra Romam caſtra ſua habebat. Καθ᾽ ἑαυτὸν μένειν, ſeorſim, ſeparatim ab aliis habitare.

17. Πρῶτος, princeps, ſ. qvi prae caeteris dignitate auctoritateqve floret.

20. Ἕνεκεν τοῦ ἐλπίδος τοῦ Ἰσραήλ, propter fidem in Meſſiam. Περίκειμαι, circumponor, circumdor. Vi praepoſitionis περὶ regit Accuſativum.

21. Γράμματα, τὰ, epiſtola.

22. Ἀξιόω, cupio.

23. Διαμαρτύρομαι, doceo.

24. Πείθω, conor docendo convincere. O. 12. δ.

25. Ἀσύμφωνος, ὁ, ἡ, diſcors. Ἀπολύομαι, diſcedo.

26. 27. De ſenſu horum verborum cf. notata ad Matth. 13, 14. 15.

30. Μίσθωμα, τὸ, habitatio mercede conducta.

31. Ἀκωλύτως, ſine prohibitione.

HYPOMNEMATA
IN
EPISTOLAM PAULLI
AD
ROMANOS.

HYPOMNEMATA
IN
EPIST. AD ROMANOS.

CAP. I.

1. Δ8λος, minister. Est honoris titulus. J. Κλητὸς, constitutus. Ἀφορίζω, seligo, designo. J. Ἐις (τὸ κηρύσσειν) ἐυαγγέλιον.

2. Προεπαγγέλλομαι, promitto. O. 2. β.

3. Περὶ τ8 ὑι8 ἀυτ8 construe cum ἐυαγγέλιον Θε8 v. 1. ita, ut v. 2. sit in parenthesi. Σπέρμα, posteri. J. Κατὰ σάρκα, qvatenus homo est. Σὰρξ synecdochice pro toto homine sumitur. J.

4. Ὁρίζω, declaro, demonstro. Ἐν δυνάμει, potenter. Cf. Marc. 9, 1. Cf. 2 Thess. 1, 11. Κατὰ, qvoad, s. qvod attinet ad. Πνεῦμα ἁγιωσύνης, a) divina natura maiestatis plena. Sic קָדוֹשׁ Ies. 6, 3. significat, *maiestatis plenum*. J. Ἐξ ἀναςάσεως (ἐκ) νεκρῶν, per resurrectionem a mortuis. b) Κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, per spiritum sanctum. Κατὰ, per, ut 1 Cor. 12, 8. Ἐξ ἀναςάσεως, post resurrectionem. S. R. Rosenmüllerus in scholiis nuper editis posteriorem praefert explicationem, priori vero hanc addit ἐπίκρισιν:

κρισιν: ego qvidem non intelligo, qvid ſit: Chriſtus manifeſtatus eſt filius Dei *per* naturam ſuam divinam. Regerere autem qvis poſſet: illud *per*, qvod ſenſum turbat, non extare in verſione Interpretum eorum, qvi taxentur, ſed *qvoad* ſ. *qvod attinet* atqve hanc vim etiam praepoſitionem κατὰ paullo ante habere, eamqve notionem eo magis hic retinendam et tuendam eſſe videri, qvo aptius et plenius ſic diverſa orationis membra ſibi invicem reſpondeant; nam τῷ γενομένῳ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ opponi υἱὸν Θεȣ̃, et verbis κατὰ σάρκα opponi vocabula κατὰ πνεῦμα.

5. Δἰ ȣ̃, a qvo. Χάρις καὶ ἀποςολὴ, i. e. Χάρις τῆς ἀποςολῆς, beneficium muneris apoſtolici. Cf. Rom. 15, 15. 16. Ἐις ὑπακοὴν τῆς πίςεως — ἔθνεσι, ut aſſentiantur doctrinae evangelicae omnes gentes. Πίςις, doctrina evangelii. Ὑπακοὴ τῆς πίςεως, obedientia erga evangelium. O. 8. Ὑπὲρ τȣ̃ ὀνόματος αὐτȣ̃, eius cauſſa. O. 34. α. Cf. Act. 5, 41. Ὑπὲρ, propter.

6. Κλητοὶ Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃, diſcipuli Chriſti, Chriſtiani. Sic מִקְרָא־קֹדֶשׁ vertitur ἁγία κλητὴ.

7. Ἅγιοι ſenſu eccleſiaſtico dicuntur Chriſtiani, nullo habito reſpectu, an pii ſint. Sic Iudaeorum qvaſi nomen eſt proprium, ut *gens ſancta* dicantur. Apoſtoli hoc nomine appellarunt Chriſtianos, qvos tamen ob vitia graviter arguunt. E. Poſt ἁγίοις ſupple: γράφει, *haec ſcribit.* Verba haec conſtrue cum v. 1. reliqva vero ſunt in parentheſi. Ἐιρήνη, ſalus. J. ſc. ἔςω ſ. πληθυνθείη, qvod ſuppletur 1 Petr. 1, 2.

8. Πρῶτον, inprimis. Διὰ, propter. Ὑπὲρ, ob. Λατρεύω, miniſter ſum. Reſpicitur ad munus apoſtolicum.

9. Ἐν τῷ πνεύματι, ex toto animo, i. e. ſpontanee et ſincere.

10. Ἐίπως ἐυοδωθήσομαι, ut mihi contingat. Ἐυοδȣ͂σθαι, fortunatum iter habere. Reſpondet voci יַצְלִיחַ Pſ. 1, 3. et ſignificat felicem eventum habere in aliqva re. J. h. l. ut mihi contingat felicitas veniendi ad vos. Θέλημα, clementia, benevolentia. J.

12. Τȣ͂το δέ ἐςι, ſive potius. Eſt enim correctio. E. (Ἐις τὸ) συμπαρακληθῆναι, ut una vobiscum confirmer.

13. Ὀυ θέλω ἀγνοεῖν, ſciendum eſt. Ἄχρι τȣ͂ (χρόνȣ) δεῦρο (ὄντος) huc uſqve.

14. Βάρβαρος, graeca lingva non utens. Barbari dicebantur antiqvitus omnes populi, exceptis Graecis. Neqve enim in *barbarorum* nomine convitium olim erat. Vide Krebſium in Obſervatt. Flav. p. 268. Σοφὸς, doctus. Ἀνόητος, ὁ, ἡ, rudis. O. 1. Ὀφειλέτης εἰμὶ, debeo muneris apoſtolici, qvod mihi mandatum eſt, officia.

15. Ὅυτω, itaqve. Τὸ κατ᾽ ἐμὲ πρόθυμον (ἦθος ἐςὶ,) in me promtitudo eſt, ſ. qvantum in me eſt, paratus ſum.

16. Δύναμις Θεȣ͂, vis divina.

17. Δικαιοσύνη Θεȣ͂, a) iuſtitia ſ. ſanctitas a Deo collata ipſiqve probata. Propter nexum cum ſeqventi voce δίκαιος hanc explicationem ſententiae eorum eſſe praeferendam exiſtimo, qvi δικαιοσύνην Θεȣ͂ de divina benignitate interpretantur. Ἐν, per. Ἀποκαλύπτεται, exhibetur. Ἐκ πίςεως εἰς πίςιν, ex fide in fidem h. e. progreſſu fidei, ſ. fide, qvae qvotidie incrementum capiat. Gl. p. 448. b) Δικαιοσύνη, ſalus. Reſpondet hebraico צֶדֶק, cuius Synonymum interdum eſt יְשׁוּעָה.

O 4 Ἐκ,

Cap. 1, 16. Verba τȣ͂ Χριςȣ͂ a codicibus et verſionibus antiqviſſimis abſunt, ideoqve a Millio et Bengelio reiiciuntur.

Ἐκ, per. Ἐις πίςιν pro πιςεύοντας. Cf. Rom. 3, 22. ubi pro εἰς πίςιν Apostolus posuit εἰς πάντας πιςεύοντας. E. Ὁ δίκαιος ἐκ πίςεως, qvi per fidem iustus factus est. Ζήσεται, veram felicitatem consequetur. J.

18. Ὀργὴ, ira, i. e. poena severa. Θεὸς ἀπ᾽ ὀρανȣ͂, Deus coelestis. Ἐπὶ, adversus. Ἀλήθεια, h. l. legis cognitio. Κατέχειν pro ἔχειν. Ἀνθρώπων, τῶν — κατεχόντων, hominum, qvi veram officii cognitionem cum officii negligentia coniungunt.

19. Γνωςὸν τȣ͂ Θεȣ͂ pro Θεὸς simpliciter, periphrastice dictum est. Confer. v. 21. et Gen. 2, 9. O. 34.

20. Τοῖς ποιήμασι νοȣ́μενα, e rebus creatis intellecta. Ποιήματα respondent hebraico מַעֲשֶׂה. Ἀναπολόγητος, ὁ, ἡ, inexcusabilis. Γνόντες τὸν Θεὸν, qvum potuissent cognoscere Deum. O. 12. α.

21. Δοξάζω, colo. Ματαιόω, vanum reddo; ματαιόομαι, a) stulte ago. Exprimit hebraicum הִסְכִּיל 1 Sam. 26, 21. b) Ματαιȣ͂σθαι, in idololatriam prolabi. vid. 2 Reg. 17, 15. Ier. 2, 5.

22. Φάσκω, dico, iacto. Φάσκειν, velle haberi.

23. Ἄφθαρτος, ὁ, ἡ, immortalis. Ἐν, cum. Ὁμοίωμα εἰκόνος, imago. O. 34. Καὶ ἤλλαξαν — Ὁμοιώματι, et commutarunt maiestatem Dei immortalis cum forma. Ἀλλάσσειν, vertauschen. Conf. Ps. 106, 20. Ier. 2, 11. Ἑρπετῶν sc. ζώων. Aegyptii, Graeci et Romani, qvo magis sapientiam suam iactitabant, eo stultiorem omnis generis idololatriam sectati sunt, de qva satis constat. E genere τῶν ἑρπετῶν in primis notandus est cultus crocodilorum apud Ægyptios usitatus, de qvo vide Phil. leg. ad Caj. p. 566.

24. Διὸ — ἀκαθαρσίαν, qvapropter permisit Deus, ut turpibus cupiditatibus (obseqventes) in vitam impu-

impuram prolaberentur. Παραδιδόναι sicut hebr. נָתַן interdum est, *permittere.* Ἐν, per. Ἀκαθαρσία, vita impura. Τοῦ ἀτιμάζεσθαι — ἑαυτοῖς, ut corpus contumelia afficerent ipsi. Cf. 1 Cor. 6, 18.

25. Ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ, a) vera religio. Ψεῦδος, respondet hebraico שֶׁקֶר, uti apud LXX. Ier. 13, 25; denotatqve *idololatriam et mythologiam gentilium.* b) Ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ, pro Θεὸς ἀληθινὸς, et ψεῦδος, ut שֶׁקֶר. Ier. 13, 25. Ies. 28, 15. est, *Deus falsus.* Σεβάζομαι, veneror. Παρὰ, supra, uti hebr. מִן, exprimit comparativum.

26. Τὸ πάθος, εος, affectus. Πάθη ἀτιμίας, affectus infames. Φυσικὴ χρῆσις, consvetudo, s. concubitus, qvalem natura ostendit et reqvirit.

27. Εἰς pro ἐν. Ἐκκαίομαι, exardesco. Ἡ Ὄρεξις, libido, appetitus libidinosus. Τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι, turpia facientes. Ἀντιμισθίαν ἣν ἔδει, compensationem debitam. Libido Romanos steriles reddidit. Itaqve *ius trium liberorum* lege Papia sancitum est.

28. Δοκιμάζω, adiuncto τῷ οὐκ ex eleganti Graecismo notat, *nolo.* Ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, idem est, qvod ἐπιγινώσκειν. (Εἰς τὸ) ποιεῖν. Παρέδωκεν — νοῦν, Deus fieri passus est, ut ad mentis perversitatem delaberentur.

29. Πονηρία, versutia, neqvitia. Κακία, malignitas, nocendi cupiditas. Κακοήθεια, ea animi vitiositas, qvam Aristoteles Rhetor. 2. tribuit senibus, ut omnia in malam partem interpretentur.

30. Ψιθυριστὴς, susurro, qvi alios clanculum irritat et acerbat. Καταλάλος, ὁ, ἡ, maledicus, obtrectator. Θεοστυγὴς, Dei osor. Ὑβριστὴς, contumeliosus. Ἀλαζὼν, ὁ, ἡ, inanis iactator. Ἐφευρετὴς κακῶν, scelerum inventor, malorum opifex. Antiochus

tiochus Epiphanes dicitur πάσης κακίας ἐυρετὴς γενόμενος εἰς τὲς Ἑβραίες 2 Maccab. 7, 31.

31. Ἀσύνθετος, ὁ, ἡ, perfidus, qvi foedera et pacta non servat. Ἄςοργος, ὁ, ἡ, pietatis expers, qvi sine amore erga parentes et liberos est, deinde in genere *amoris et amicitiae expers.* Hesychius: Ἀςόργες, μὴ ἀγαπῶντας τινάς. Ἄσπονδος, ὁ, ἡ, implacabilis. Ἀνελεήμων, ὁ, ἡ, immanis.

32. Δικαίωμα, lex. J. Συνευδοκέω, probo.

CAP. II.

1. Διὸ, vero. Non habet h. l. significationem *concludendi*, sed *transeundi* et *copulandi.* Ἄνθρωπε sc. Iudaee v. 17. 27. Postqvam Cap. 1, 18—32. gentilium flagitia descripserat, iam ad Iudaeos pergit. Κρίνω, condemno. Πᾶς ὁ κρίνων, qvisqvis gentiles damnas. Ἐν ᾧ, dum.

2. Κρίμα, sententia, poena. Κατὰ ἀλήθειαν, iustus. Sic בֶּאֱמֶת, iuste Prov. 29, 14. Cf. 1 Cor. 13, 6. ἀδικία et ἀλήθεια sibi invicem opponuntur. J.

3. Κρίμα, poena.

4. Ἀνοχὴ, tolerantia. Ἀγνοῶν h. l. non considerans. Τὸ χρηςὸν pro ἡ χρηςότης, benignitas. Ἄγει, adducere conatur. O. 12. δ.

5. Κατὰ, propter, pro. Ἀμετανόητος, ὁ, ἡ, resipiscere nesciens. Θησαυρίζω, augeo, accumulo. Ὀργὴ, poena. Δικαιοκρισία, iustum iudicium.

6. Κατὰ pro.

7. Οἱ καθ᾽ ὑπομονὴν, constantes. O. 5. δ. Ὑπομονὴ ἔργε ἀγαθε pro ἐν ἔργῳ ἀγαθῷ, constantia virtutis. Ἔργον vitae instituta et mores per hebraismum denotat. Sic מַעֲשֶׂה Prov. 12, 14. Inde ἔργον ἀγαθὸν est

est *praeclare factum* s. *virtus.* Ζωὴν αἰώνιον (ἀποδώσει,) felicitatem aeternam dabit.

8. Ἐρίθεια, contentio, h. l. pertinacia in vitiis, opponitur enim sanctitati. Τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας (ἔσι,) improbis. O. 5. v. Ἀλήθεια, vera religio. Ἀδικία h. l. impostura. O. 1. Θυμὸς καὶ ὀργὴ (ἐςαι,) ira saeva, i. e. per metonymiam poena gravissima, *erit* s. *dabitur.*

9. Θλίψις καὶ ςενοχωρία (ἔςαι,) miseria summa. ψυχὴ, homo. J.

10. Εἰρήνη, felicitas. J. Verba a vers. 11. usqve ad finem v. 15. monente S. V. Ernestio parenthesi includi debent. Προσωποληψία, partium studium.

12. Ἀνόμως καὶ ἀπολῦνται, etiamsi absqve lege peribunt, i. e. qvamvis legem scriptam non habuerint, tamen peribunt, nec proderit ipsis legis scriptae inscitia. Neqve tamen ita peribunt, ut, qvi per legem et iuxta eandem damnantur Iudaei. Luc. 12, 47. 48. Ἐν νόμῳ, legem habentes. Ita ב saepe ab Hebraeis usurpatur.

13. Οἱ ἀκροαταὶ τῦ νόμυ, qvibus lex e praelectionibus in synagoga habitis nota est. Ποιητὴς, observator.

14. Φύσις, h. l. est animus, cui lex Dei inscripta est. Φύσει, instinctu naturae s. natura duce. Τὰ τῦ νόμυ (ὄντα ἔργα,) opera ea, qvae lex praescribit. Οὗτοι — νόμος, hi per animi indolem id sibi praestant, qvod Iudaeis lex; i. e. hos animi indoles ea facere docet, qvae Iudaeos lex.

15. Τὸ ἔργον τῦ νόμυ, lex. O. 34. Συμμαρτυρέω, confirmo. E. B. X. p. 631.

16. Κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μυ, uti evangelium meum docet.

17. Ἐπα-

17. Ἐπαναπαύομαι, innitor, confido. Ἐν θεῷ, de Deo, Dei caussa sc. propter promissiones Israelitis datas Gen. 17, 7. Exod. 3, 6. Ier. 31, 33. Iudaica sc. perversitas nomine *Dei Israelis* ita fuerat abusa, ut eius beneficia ad gentiles haud pertinere existimaret. Qvem errorem Apostolus Rom. 3, 29. reprehendit.

18. Δοκιμάζω, probo. Διαφέροντα, recta, decentia. Supra Cap. 1, 28. καθήκοντα dicuntur.

20. Παιδευτὴς, praeceptor. Ἄφρων, ὁ, ἡ, imperitus. Ἡ μόρφωσις τῆς γνώσεως, cognitio. O. 34. Νόμος, scriptura sacra. J. Ἐν, secundum.

21. Μὴ κλέπτειν (δεῖν,) non furari licere.

22. Ἱεροσυλέω, sacrilegium committo. Cf. Malach. 1, 8. 12.

23. Ἐν, de. Τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ per hebraismum satis notum maiestatem s. sanctitatem Dei denotat.

25. Ἡ περιτομὴ — γέγονε, Iudaismus tuus in gentilismum abiit i. e. haud melior es gentili.

26. Ἀκροβυστία pro ἀκρόβυστος, ad qvam vocem pronomen αὐτοῦ sensu refertur. Δικαίωμα, statutum. J. Ἐὰν — λογισθήσεται. Qvodsi igitur contra gentilis praecepta legis secutus fuerit: nonne eodem loco habendus erit cum Iudaeo.

27. Κρίνω, condemno. Ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία, gentilis genere, homo non circumcisus, propterea qvod non est natus ex gente Iudaica. Διὰ, cum. Sic praepositione διὰ usus est apostolus etiam infra Cap. 4, 11. et 14, 20. Γράμμα, Codex sacer. J. Σὲ τὸν διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς, te *cum* codice divino i. e. cum habeas codicem sacrum et circumcisionem.

28. Τὸ φανερὸν complectitur res illas externas omnes, qvibus Iudaei ab exteris secreti erant, qvasqve Pharisaei vulgo maxime iactabant: itaqve mox per σάρκα explicatur. Ἰουδαῖος et περιτομὴ bis sunt intelligenda. *Sens:* Non enim, qvi in manifesto i. e. qvoad prosapiam, circumcisionem et ritus, Iudaeus est, Iudaeus est verus, neqve circumcisio externa in corpore peracta, est circumcisio vera.

29. Ἐν τῷ κρυπτῷ, intrinsecus i. e. in animo. Πνεῦμα h. l. cultus internus. Γράμμα, cultus legalis, qvi res materiales et corporeas complectebatur. *Sens:* qvi, qva mentem Iudaeus est, verus est Iudaeus, et circumcisio cordis, qvae cernitur cultu interno, non cultu legali externo, est vera circumcisio. Ἐξ ἀνθρώπων, humanus. Ἐκ τοῦ Θεοῦ, divinus. Ἐκ ad imitationem τοῦ מ praefixi adiectiva circumscribit. O. 5. δ. *Sens:* cuius laus non est humana s. per generationem humanam, sed divina, qvae originem habet a Deo, qvi solus est auctor circumcisionis spiritualis.

CAP. III.

1. Περισσὸν sc. μέρος, excellentia.

2. Πρῶτον (ἐστι,) primaria est sc. excellentia. Ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, a) qvod ratae factae sint promissiones divinae sc. de Christo, qvi ex gente Iudaica nasci debuit: ἐπιστεύθην respondet voci נֶאֱמַן, qvae etiam interdum significat, *ratus factus est*, *eventum habuit*. E. B. N. II. 203. b) qvod credita sunt illis oracula divina. 1 Petr. 4, 11. Sic Chrysostomus et Theodoretus hunc locum interpretati sunt, qvae explicatio etiam mihi qvidem tuenda et priori praeferenda videtur, qvoniam sic voces ἐπιστεύθησαν et λόγια significatu accipiuntur usitatiori. Πιστεύομαι, concreditur

ditur mihi. Peculiari Graecifmo fit illa conftructionis inverfio, qva Dativus perfonae in Nominativum, et Nominativus obiecti f. rei in Accufativum vertitur. Gl. 655. Ad Nominativum h. l. fubintelligendum οἱ Ἰȣδαῖοι, qvem refpiciunt voces τινὲς et αὐτῶν, qvae proxime feqvuntur.

3. Τί γὰρ (ἐςι,) vel (ἐρȣ̃μεν.) Πίςις h. l. veracitas. Καταργέω, ceffare facio.

4. Νικάω, cauffam obtineo. Ἐν τοῖς λόγοις σȣ, in actionibus tuis. J. Ἐν τῷ κρίνεσθαί σε, cum in iudicium vocaris.

5. Ἐι δὲ — λέγω. Qvodfi vero Iudaica improbitas benignitatis divinae magnitudinem illuftrat, nonne iniqve Deus agit, fi Iudaeum puniat? e perfona hominis Iudaei haec dico. Δικαιοσύνη, benignitas. J. Κατὰ ἄνθρωπον λέγω. Locutio philofophica, qva denotatur, nos iam ex praefuppofitis adverfariorum noftrorum, qvae nec ipfi concedimus, contra ipfos velle difputare. Senfus eft: loqvor ficut ille homo, cum qvo mihi iam difputandum.

6. Ἐπεὶ πῶς κρινεῖ, alioqvin Deus non *poffet iufte* iudicare mundum, (nifi et Iudaeos impios, qvamvis Iudaei fint, damnaret.) O. 2. β.

7. Ἐι γὰρ — κρίνομαι, qvodfi enim non obftante perfidia mea Dei fides abunde et gloriofe demonftrata eft, qvid opus eft, ut me tanqvam peccatorem damnet? Eft repetitio prioris obiectionis v. 5. propofitae. *Iniqvitatem noftram commendare f. illuftriorem facere Dei iuftitiam: et Dei veritatem in hominum mendacio abundare, feu ut abundantem cognofci*, eiusdem fententiae phrafes funt. O. 14.

8. Καὶ μὴ — ἀγαθά; a) qvidni potius eo magis peccare liceat, qvo certius fciamus, nil nifi bona inde oriri? ficuti calumniatores qvidam nos docere afferunt.

b) Καὶ

b) Καὶ μὴ (γένοιτο,) etiam absit. Γένοιτο ex v. 4. et 6. repetatur. Apostolus respondet obiectioni v. 7. propositae, qvae, nisi ellipsin verbi γένοιτο statuas, careret responsione. B. Ph. p. 170. Ὅτι. O. 28. Κρίμα, poena.

9. Τί οὖν (ἐστι τὸ περισσόν;) Προέχω, praecello. Οὐ πάντως, non omni ex parte, *sed tantum ex aliqua.* Προαιτιάομαι, antea confirmo.

12. Ἀχρειόω, inutilem reddo. Ἅμα, omnes omnino. Respondet hebraico יַחְדָּו. Χρηστότης, h. l. virtus.

13. Ὁ λάρυγξ, guttur. Δολιόω, decipio. Ἐδολιοῦσαν est Imperfectum pro ἐδολίουν e dialecto Alexandrina. Ἡ ἀσπὶς, ίδος, aspis, serpentis genus. Ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν (ἐστι.)

14. Γέμει (ἐξ) ἀρᾶς. Eorum verba diris plena sunt. Πικρία, amarulentia. Respondet hebraico מִרְמוֹת, fraudes.

15. (Εἰς τὸ) ἐκχέαι. O. 40.

16. Σύντριμμα, contritio. *Metaph.* aerumna. Ταλαιπωρία, miseria. Ὁδὸς, ratio vivendi. J. Sensus v. 16. est: nihil agunt, qvam ut aliis aerumnas creent.

17. Εἰρήνη, felicitas. J. Γινώσκω, amo, curo. J.

19. Νόμος, Codex Veteris Testamenti. Τοῖς ἐν τῷ νόμῳ (οὖσι,) iis, qvi legem habent, sc. Iudaeis. Στόμα φράσσω, ad silentium redigo. Ὑπόδικος — Θεῷ, ut agnoscant se omnes homines reos irae Dei et maledictionis aeternae. O. 14.

20. Οὐ πᾶσα σὰρξ, nemo. O. 36.

21. Χωρὶς νόμου, sine lege i. e. non per legem servandam sc. moralem, qvatenus evangelio opponitur. Ὑπὸ τοῦ νόμου, a lege i. e. libris Mosaicis, in qvibus etiam testimonia de Christo et oracula plane Evangelica con-

continentur. Ineſt h. l. voci νόμȣ dilogia. Vid. Gl. 1343. Μαρτυρέω, doceo. J.

22. Πίςις Ἰησȣ Χριςȣ, fides in Ieſum Chriſtum. O. 8. Εἰς πάντας, a) ad omnes (ſc. deſtinatione divina) pertinet. Ἐπὶ πάντας, omnibus tribuitur. Εἰς *deſtinationem*, uti Ioh. 6, 9. ἐπὶ *collationem* denotat. b) Εἰς πάντας — πιςεύοντας, in omnes, inqvam, credentes. Εἰς et ἐπὶ exprimunt Hebraeorum ל et על nec eſt in his particulis argutandum. R.

23. Ἡ δόξα τȣ Θεȣ, approbatio Dei h. e. qvae a Deo venit. Gl. 73.

24. Τῆς ἐν Χριςῷ Ἰησȣ (ȣσης.) Ἐν, per.

25. Προτίθημι, propono rem publice, ut vel ſpectetur, vel petatur, vel adeatur. Τὸ ἱλαςήριον (ἐπίθεμα, qvod LXX. addiderunt Exod. 25, 17.) operculum arcae foederis, e cuius maſſa producti erant duo Cherubim, coram qvo in die expiationis ſummus ſacerdos populum placabat. Ἐν τῷ αὐτȣ αἵματι refer ad verba διὰ τῆς πίςεως. E. Opp. p. 224. Αἷμα, cruenta expiatio per Chriſtum facta. Πάρεσις idem eſt, qvod ἄφεσις. E. B. N. I. p. 154.

26. Verba: ἐν τῇ ἀνοχῇ non referri debent ad πάρεσιν, ſed ad προγεγονότων ἁμαρτημάτων. Ἀνοχὴ h. l. eſt tempus, qvo Deus patienter tulit peccata. Ὁ ἐκ πίςεως Ἰησȣ, qvi habet fidem in Ieſum. O. 8.

27. Νόμος, doctrina. J.

28. Λογιζόμεθα pro συλλογιζόμεθα, concludimus. Vocabulum Θεὸς ſemel poſitum, ſed in explicatione bis ſumendum. An Deus ille verus vult tantum Deus i. e. ſoſpitator atqve εὐεργέτης eſſe Iudaeorum? Sic Iudaei exiſtimabant. Sed Apoſtolus docet, Deum univerſo generi humano per Chriſtum bene cupere. R. O. 43.

30. Ἐπεί-

30. Ἐπείπερ, ſiqvidem. Περιτομὴν ἐκ πίστεως (ἔσαν,) Iudaeos fideles. Ἀκροβυστία, gentiles.

31. Καταργέω, aboleo, irritum reddo. Ἱστάω, ſtabilio.

CAP. IV.

1. Εὑρηκέναι, a) (δικαιοσύνην.) Haec interrogatio involvit negationem. Supplendum eſt: μὴ γένοιτο. Σὰρξ dicitur *lex* ob imbecillitatem, homines corrigendi et iuſtificandi. b) Τί οὖν — κατὰ σάρκα; qvid igitur dicimus nos Abrahamum nactos eſſe patrem? Κατὰ σάρκα refer ad πατέρα. R. Iudaei Abrahami virtutibus ſiſi putabant, qvomodocunqve viverent, ſe ſemper unos manſuros populum Dei. Huic noxiae perſvaſioni Paullus occurrit, et docet, ne Abrahamum qvidem ipſum ſuis meritis conſecutum eſſe favorem divinum.

2. Ἔχει καύχημα, habuit, qvod honori ipſi eſſet, de qvo gloriaretur.

4. Ἐργάζεσθαι, operari Paullo ſignificat, ex opere aliqvid promereri velle ſ. contendere. Cui v. 5. opponitur, *non operari* h. l. nullum opus ut meritorium afferre, nec ullius mercedem flagitare, ſed ſola gratia et promiſſione Dei niti. Gl. p. 214. O. 12. γ. Κατὰ χάριν, pro beneficio. Ἀσεβὴς, qvi fuit impius. Gl. p. 8.

6. Ὁ μακαρισμὸς, beatificatio, qva nimirum aliqvem felicem praedicamus.

9. Ἀκροβυστίαν (πίπτει ſ. γίνεται,) num ad Iudaeos ſolos pertinet, an vero etiam ad gentiles? Λέγομεν γὰρ, diximus ſcilicet.

10. Πῶς, qvo tempore.

11. Τῆς δικαιοσύνης τῆς πίςεως, iuſtitiae, qvae ex fide venit. O. 8. β. Τῆς ἐν τῇ ἀκροβυςίᾳ (ἔσης,) qvae iuſtitia data eſt in ſtatu ante circumciſionem. Δι' ἀκροβυςίας, in praeputio ſ. in ſtatu gentilium incircumciſorum. Διὰ pro ἐν. Gl. 467.

12. Καὶ (εἰς τὸ εἶναι) πατέρα. Πατὴρ h. l. caput. Τοῖς ἐκ περιτομῆς pro τῶν, ut אָב cum לְ apud Hebraeos conſtrui ſolet, e. g. 2 Sam. 7, 14.

13. Τῷ Ἀβραὰμ (ἐγένετο.) Διὰ νόμε, per legis iuſtitiam. (Εἰς) τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι τῦ κόσμε, a) ut eſſet poſſeſſor orbis terrarum h. e. ut omnes gentes fierent poſterітas eius ſpiritualis per praedicationem Evangelii. Κληρονόμος non eſt *haeres*, ſed *poſſeſſor*. Vid. Ind. in voce κληρονομεῖν. Τὸ eſt pleonaſmus Atticus; b) fore, ut terram (Canaan) poſſideat. Palaeſtina apud Hebraeos κατ' ἐξοχὴν אֶרֶץ dicta eſt. E.

14. Οἱ ἐκ νόμε (ὄντες,) qvi legem ſervant. Κληρονόμοι (εἰσί.) Κενόω, inutilem reddo. Καταργέω, otioſum reddo.

15. Ὀργὴ, poena. Κατεργάζεται, operatur h. e. denunciat. O. 14. Οὐ γὰρ — παράβασις, ubi enim lex nulla urgetur, ibi nec culpa ſtatuitur.

16. Ἐκ πίςεως (ἐδόθη ἐπαγγελία,) ἵνα κατὰ χάριν (γένηται,) ut ſit beneficium. Οὐ τῷ ἐκ τῦ νόμε μόνον (ὄντι σπέρματι.)

17. Κατέναντι ὖ, a) h. l. propterea qvod. Kr. b) coram. R. Κατέναντι Θεῦ, ὖ ἐπίςευσε. O. 11. Καλῦντος — ὄντα, qvi iubet, ut ſint, qvae non ſunt.

18. Παρὰ, praeter. Παρ' ἐλπίδα, qvum nihil ſperandum videretur ſc. ſecundum naturae leges. Ἐπὶ, cum. Ἐπ' ἐλπίδι, qvod Rom. 8. 21. et 1 Cor. 9, 10. ſimiliter legitur, denotat *cum ſpe* ſ. certo, confidenter.

19. Σῶμα

19. Σῶμα νενεκρωμένον, corpus decrepitum. Πȣ, fere.

21. Νέκρωσις, ἡ, debilitas. Πληροφορηθεὶς, certo persvasus.

23. Διὰ, propter, non tantum in laudem Patriarchae.

25. Παρεδόθη (εἰς θάνατον.) Δικαίωσις, a) iustificatio. Resuscitatus est Iesus, ut intelligeremus, expiationem factam et veniam a Deo impetratam fuisse; b) praemiorum condonatio. R.

CAP. V.

2. Προσαγωγὴ est potestas *accedendi* ad Deum, qvae in typicis V. T. sacris solis sacerdotibus concessa fuerat. Τῇ πίστει, per fidem. O. 9. Χάρις, misericordia Dei. Ἐν ᾗ (χάριτι.) Ἑστήκαμεν, persistimus. Exprimit hebraicum עָמַד, qvod sic habes 2 Reg. 23, 3. Opposita formula est τῆς χάριτος ἐκπίπτειν. Gal. 5, 4. Ἐπὶ, de. Ου μόνον δὲ (τȣ̃το.) Ἐν, de.

4. Δοκιμὴ, a) spectatio, probitas spectata, Bewährung; b) exploratio, sc. sui ipsius; nam patiendo discit homo vires suas.

5. Ου καταισχύνει, non fallit h. e. coniuncta est cum vera καυχήσει. Cf. Ps. 22, 6. Ἡ ἀγάπη τȣ̃ θεȣ̃, amor Dei erga nos, qvod docet v. 8.

6. Ἀσθενέω, h. l. miser peccator sum. Κατὰ καιρὸν, tempore constituto.

7. Δίκαιος, innocens. Ἀγαθὸς h. l. liberalis, benefactor, qvo sensu extat Matth. 20, 15. His verbis inest gradatio. Christus non mortuus est pro benefactoribus, ne qvidem pro innocentibus, sed pro impiis. Τολμᾷ, ausit, i. e. animum induxerit, ut in illo: *sapere aude.*

8 Συνίςημι, demonſtro.

9. Ὀργὴ, poena. Ἐν, per.

10. Ἐν τῇ ζωῇ αὐτȣ̃, per eius vitam maieſtate et virtute divina conſpicuam.

11. Καυχώμενοι (ἐσμὲν,) ſic Participium Benoni apud Hebraeos pro Praeſenti uſurpari ſolet. Ἐν, de.

12. Διὰ τȣ̃το — ἥμαρτον. Hic verſiculus continet protaſin, cuius apodoſis ſeqvitur v. 18. Ἐφ᾽ ᾧ, propterea qvod.

13. Ἄχρι et qvae ſeqvuntur v. 13—17. per parentheſin dicta ſunt. Ἄχρι, usqve ad. Ἁμαρτία ἦν—νόμȣ. a) Nam ante legem (Moſaicam) iam erat peccatum in mundo: ubi autem non eſt lex, ibi etiam non eſt imputatio. (Unde conſeqvitur, ante legem Moſis fuiſſe legem naturae, qvae totum hominum genus aeqve obligabat.) Diſputat Paullus contra Iudaeos qvi putabant Ethnicos propterea pro peccatoribus eſſe reputandos, qvod legem Moſis non obſervarent. Docet autem homines poenis obnoxios peccatores eſſe, qvia per Adamum peccatum ad eos tranſiiſſet, non vero propter legis Moſaicae transgreſſionem. R. b) praeter Adamiticum illud (qvod v. 12. bis cum articulo ἡ ἁμαρτία dicitur,) erat etiam ante legem Moſaicam aliud peccatum in mundo, (ἁμαρτία ſine articulo dicta) neqve tamen imputabatur ſ. puniebatur ſc. adeo ſevere, qvam poſt promulgatam legem. Cf. infra v. 20. ſupra Cap. 3, 26. ſ. non tanti aeſtimabatur. Vid. ſupra Cap. 2, 12. coll. Luc. 12, 47. 48. qvod nulla lex adeſſet.

14. Ἀλλ᾽ ἐβασίλευσεν — μέλλοντος. *Sed tamen* mors dominata eſt ab Adamo ad Moſen etiam in eos, qvi non peccarunt *adverſus legem expreſſam*, ſicut Adamus; qva in re futuri imago eſt, ſc. *ut qvemadmodum per Adami peccatum omnes mors invaſit, ita etiam*

per

per Christi iustitiam omnibus vita restitueretur. Ἀλλὰ, tamen, sed tamen. Hac notione extat 1 Cor. 4, 15. et 2 Cor. 13, 4. Ὅς ἐστι — μέλλοντος. Non Adamus h. l. Christi typus dicitur, sed *res illa*, qvae est in propagata ad omnes morte per Adami peccatum, comparatur cum *re futura*, qvae est in recuperata omnibus vita per Christi iustitiam. Vocula ὅς Atticorum more cum voce τύπος constructa est, uti in ὅς οἶκος Ebr. 3, 6. Vid. B. D. Christiani Frid. Schmidii Annotatt. ad Epist. ad Rom. p. 83. seqv.

15. Ἀλλ' οὐχ — χάρισμα. Neqve tamen ita res se habet in iustitia Christi per Dei benignitatem vitam omnibus restituente, sicuti olim in peccato Adami, qvod mortem ad omnes propagavit; vel: vix potest universitas mortis per Adami peccatum propagatae cum universitate vitae per Christum recuperatae comparari. Πολλοὶ idem qvod πάντες v. 12. Est autem hebraismus in hac dictione. Sic רַבִּים *omnes* denotat, et πολλοὶ in Theodotionis versione redditur, Dan. 12, 2. Ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι, gratuita misericordia.

16. Καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, a) (τὸ κρίμα, οὕτω καὶ) τὸ δώρημα (ἐστὶ,) et non sicut reatus unius peccantis (Adami) se habet, ita etiam se habet donum (qvod sc. multo praestantius est.) Nam reatus unius peccati (affert) condemnationem, beneficium autem a multis peccatis (redundavit) ad iustificationem i. e. Dei misericordia homines non tantum a culpa primi istius peccati, sed multorum peccatorum absolvit; qvin etiam iustos reddit. b) Καὶ οὐχ ὡς (ἔσχε ὁ θάνατος) δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος (ἐλθὼν, οὕτω καὶ) τὸ δώρημα (ἔχει.) Θάνατος ex verbo ἀπέθανον subauditur. Ἐξ ἑνὸς (παραπτώματος.) Κρίμα, sententia iudicis, uti מִשְׁפָּט. Ἐκ, propter, uti מִן. R.

17. Δικαίωμα, qvod κατακρίματι opponitur, vi oppositionis nihil aliud est, qvam *absolutio*. Καὶ τῆς δωρεᾶς, qvae est donum. Genitivus explicat. O. 8. α. B. Ζωὴ, felicitas. J. Βασιλεύσουσι, infra Cap. 8, 21. ἐλευθερωθήσονται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς.

18. Versu hoc resumitur protasis v. 12. iam proposita, et cum apodosi sua coniungitur. Suppleri et repeti debet ex v. 16. post ἀνθρώπους, κρίμα ἐγένετο, post δικαιώματος, χάρισμα ἐγένετο. Qvemadmodum unius delicto pertinens ad omnes homines extitit *reatus* ad condemnationem, ita per unius obedientiam *beneficium* extitit ad omnes homines pertinens ad iustificationem vitam iis adferentem. Δικαίωμα opponitur h. l. παραπτώματι, ideoqve est *obedientia*. Δικαίωσις ζωῆς, idem qvod δικαίωσις εἰς ζωὴν, qvemadmodum etiam ἀνάστασις ζωῆς Ioh. 5, 29. dicitur.

19. Παρακοὴ, ἡ, contumacia. Ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ, rei facti sunt omnes.

20. Παρεισέρχομαι, insuper accedo. Primo qvidem εἰσῆλθεν ἡ ἁμαρτία, deinde etiam ὁ θάνατος, insuper accessit etiam *lex* culpam hominum augens, et plura peccata demonstrans. Ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα, ut abundaret delictum h. e. eo melius agnosceretur et vis eius sentiretur. Gl. 227. Οὗ δὲ — χάρις. Ita vero perspecta maxima peccatorum gravitate et multitudine, patuit infinita Dei erga homines misericordia.

CAP VI.

1. Ἐπιμένω, persevero.

2. Οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, qvi peccati caussa *qvasi* mortui sumus sc. cum Christo. Hebraice esset מֵתְנוּ לְחַטָּאָה, notum vero est ל praefixum

saepe

saepe valere *pro*, *propter*. Ὁιτινες — αὐτῇ, qvomodo fieri posset, ut nos, qvi propter peccatum mortui sumus (sc. in societate Christi,) eidem porro nos traderemus.

3. Ἐις τὸν θάνατον αὐτȣ̃ ἐβαπτίσθημεν, eidem cum ipso morti immersi sumus h. e. in consortium mortis Christi venimus, adeoqve una cum ipso veluti sepulti sumus.

4. Διὰ τῆς δόξης, a) propter gloriam patris. Gl. b) per maiestatem et vim a patre in ipsum collatam. Καινότης ζωῆς, nova vita. Obs. 5. γ.

5. Ἐι γὰρ — ἐσόμεθα, a) qvodsi enim coalescere voluerimus per mortem similem ei, qvam ipse perpessus est, profecto etiam coalescemus cum ipso in resurrectione i. e. erimus qvoqve vitae Christi sanctae et beatae participes. Σύμφυτα Graecis dicuntur, qvae in unum coalescunt, uti v. c. surculus insititius cum arbore. b) Σύμφυτος unam qvamqve rei denotat cum altera coniunctionem s. similitudinem. Ioseph. Ant. XV. 11, 4. σύμφυτος σφραγὶς, simillimum sigillum. Posterior interpretatio praeferenda est. Ἀλλὰ καὶ, profecto; hebraicum אָכֵן. Τῆς ἀναστάσεως (τῷ ὁμοιώματι σύμφυτοι) ἐσόμεθα.

6. *Vetus homo*, *corpus peccati*, et *peccatum* idem sunt, sed non sine emphasi repetuntur. Gl. p. 645.

7. Ἀποθανὼν (σὺν Χριςῷ) δεδικαίωται, absolutus i. e. liberatus est a peccato, nullam amplius obligationem habet, veteri persona et crucifixa et sublata, peccato serviendi. Ita Siculi, ut Cicero perhibet, hoc verbo usi sunt, in qvorum litteris perscriptum esset: δικαιώθησαν, i. e. supplicio affecti et necati sunt.

9. Ὀυκέτι, non amplius. Ὀυκ ἔτι h. l. simplicem notat negationem, ut sit sensus: *mors non dominabi-*

 nabi-

nabitur ei. Nunqvam enim Christus sub mortis dominio fuit. Gl. p. 380.

10. Τῇ ἁμαρτίᾳ, peccati caussa. Ὃ pro καθ' ὃ ἀπέθανε, qvod ad mortem eius attinet. Ὃ δὲ ζῇ, qvantum ad vitam attinet. Τῷ Θεῷ, Dei caussa et ad gloriam Dei.

11. Ζῶντας δὲ τῷ Θεῷ, sed ad vitam revocatos esse hac lege, ut eam totam ad Deum referatis. Ἐν Χριστῷ, in coniunctione cum Christo.

12. Ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, in persona vestra, qvae peccato mortua est.

13. Παρίστημι, trado. Ὅπλα, arma. *Metaph.* instrumenta.

14. Ἐστὲ ὑπὸ χάριν, i. e. Christus evangelio vires ad colendam sanctitatem largitur.

16. Ὑπακοή, h. l. pietas.

17. Ὅτι ἦτε, qvod, cum fueritis servi peccati, credidistis. *Hebr.* Similis loqvendi formula deprehenditur Ies. 12, 1. Gratius ago, qvod, cum succensueris mihi, placata est ira tua. Ex hebraismo verbum finitum pro participio est positum. E. B. IX. 585. Παραδίδωμι, h. l. doceo, trado doctrinas et praecepta. Solent Graeci verba, qvae dativum persona in activa voce regunt, passive cum nominativo personae flectere. Cf. Rom. 3, 2. Ebr. 7, 11. Constructio haec est: ὑπηκούσατε τύπῳ διδαχῆς, εἰς ὃν παρεδόθητε, obedivistis formae doctrinae, ad qvam edocti s. instituti estis. O. 11. Gl. 168.

19. Ἀνθρώπινον (λόγον s. ῥῆμα) λέγω, populariter dicam i. e. figuris rerum vulgarium vobisqve notarum

Cap. 6, 12. Verba: αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ post ὑπακούειν recte omitti possunt. Cf. B. C. F. Schmid. Comment. in ep. ad Rom. p. 97.

tarum res divinas et spirituales exprimam. Ἀνθρώπινα sunt vulgaria s. levia, uti 1 Cor. 10, 13. Σὰρξ, natura corrupta, h. l. est intellectus cum respectu ad imbecillitatem, qvam notionem vocabulum σὰρξ ex hebraismo adiunctam habet. Ἡ ἀνομία εἰς τὴν ἀνομίαν, multa et maxima peccata. Ἡ δικαιοσύνη εἰς ἁγιασμὸν, summa pietas, ex Hebr. O. 32. β. γ. 306.

20. Ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ, ita vivebatis, qvasi officia sanctitatis ad vos non pertinerent.

21. Καρπὸν (ἐκείνων πραγμάτων,) ἐφ᾽ οἷς. Τέλος h. l. eleganter dicitur id, qvod aliqvam actionem tanqvam caussam seqvitur, sive bonum sit, sive malum. v. 21. notat *poenam* v. 22. *praemium.*

22. Εἰς ἁγιασμὸν, inde hoc oritur emolumentum, ut homines sancti fiatis.

23. Ὀψώνιον, stipendium militare, *meton.* qvaevis merces. Χάρισμα, donativum. Solebant olim milites bene meriti *coronis* aliisqve *praemiis* et *honoribus* ornari, qvae *donativa* dicebantur. Sveton. Ner. O. 12.

CAP. VII.

1. Ὁ νόμος, lex illa Mosaica, qvae de matrimonii vinculo agit.

2. Ὕπανδρος, ἡ, viro iuncta. Καταργέομαι h. l. liberor. Respondet hac notione hebraico בָּטֵל, qvod notat *cessare, nullius efficaciae esse.*

3. Χρηματίζω, appellor, h. l. sum. O. 15. et. J. in voce εὑρίσκομαι. Τοῦ μὴ εἶναι pro ὥστε μὴ εἶναι. B.

4. Τῷ νόμῳ, qva legem. O. 9. α. B. Διὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, per oblatum corpus Christi, (qvocum per fidem simul mortui estis.) Καρποφορήσωμεν τῷ θεῷ, idem qvod ζήσωμεν τῷ θεῷ supra Cap. 6, 11.

5. Ὅτε — σαρκὶ, etenim, qvum naturae corruptae imbecillitati obſeqveremur *ſub lege ſola.* Παθήματα, cupiditates. Τὰ διὰ τȣ͂ νόμȣ (γινόμενα,) legis occaſione enatae. Cf. infra v. 8.

6. Ἀποθάνοντες ἐκείνῳ (τῷ νόμῳ,) ἐφ' ᾧ. Κατέχειν *vim et rigorem legis indicat.* Cf. ſupra v. 4. *Sens:* lex in nos utpote mortuos nihil amplius valet. Ἐν καινότητι — γράμματος, ut praeſtemus cultum internum, qvalem evangelium reqvirit, et non cultum legalem. Καινότης πνεύματος, pro καινὸν πνεῦμα, cultus internus more Evangelico praeſtitus. Παλαιότης γράμματος, pro παλαιὸν γράμμα, priſca ratio externae religionis Moſaicae. E. N. B. III. 29.

7. Ὁ νόμος ἁμαρτία, idem eſt, ac ſi interrogaſſet: εἰ διὰ νόμȣ ἁμαρτία; qvaſi dixiſſet, qvamvis verum ſit, ὅτι ἡ δύναμις τῆς ἁμαρτίας ὁ νόμος, peccati tyrannidem ſub ſola lege vigere, hoc tamen non ita capiendum eſt, qvaſi lex peccata pariat, ideoqve ipſa ſit vitioſa. Ἔγνων, Paullus per κοίνωσιν prima perſona, ut de ſe, loqvitur, qvae de aliis hominibus tertia perſona intelligi velit, ſe tamen haud excluſo. B. Ex verbis: αὐτὸς ἐγὼ, infra v. 25. patet Paullum de ſe, et non de homine qvodam alio improbo tantum loqvi. Οὐκ ἔγνων — ἐπιθυμήσεις, ego vitioſitatis meae vim non ſenſi, niſi per legem cognitam. Nam nec cupiditatis vim ſenſiſſem omnem, niſi lex cupiditates pravas interdixiſſet.

8. Ἀφορμὴν — νεκρὰ, ergo illa viſitioſitas mea hinc ab interdicta per legem cupiditate arripuit occaſionem in me irritandarum cupiditatum, nam ſine lege prohibente cupiditas ipſa mortua eſt. Πότε, Paullus loqvitur de pueritia ſua.

9. Ἐλ-

9. Ἐλθούσης ἐντολῆς, cum adolescerem et legem agnoscerem. Cf. Gal. 3, 23. Ἁμαρτία, h. l. peccatum haereditarium. Ἀνέζησε, irritatum est.

10. Ἐγὼ δὲ — θάνατον, ita perii miser, et qvod mihi ad salutem datum erat, versum est in perniciem. Εὑρέθη. J. Θάνατος. J.

12. Ὥστε, ex qvo intelligitur; h. l. vim concludendi habet. Ἀγαθὸς, utilis, salutaris.

13. Τὸ οὖν — θάνατος; Num igitur lex, qvae potius salubris est, mortem mihi attulit? Respondet istam culpam non in legem, sed in propensionem ad peccata cadere. Ἁμαρτία, labes naturalis. Ἀλλὰ ἡ ἁμαρτία (ἐμοὶ γέγονε θάνατος,) ἵνα γένηται, ut esse *cognoscatur*. O. 14. Καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς, maxime vitiosa.

14. Οἴδαμεν, constat. Πνευματικὸς, perfectus. Σαρκικὸς, debilis. J. in voce πνεῦμα et σάρξ. Πεπραμένος, raptus in servitutem. Respicitur ad morem, secundum qvem olim, qvi debita solvere non poterant, in creditoris potestatem sunt traditi. Cf. 1 Reg. 21, 20.

15. Γινώσκω, probo. J. Θέλω, probo.

16. Σύμφημι, assentior.

18. Τὸ θέλειν pro θέλημα. Παράκειμαι, adsum. Σὰρξ, natura corrupta.

21. Εὑρίσκω — παράκειται, video igitur legem ita esse comparatam, ut, dum virtuti studeo, nihilo secius mihi mala adsint.

22. Συνήδομαι, delector. Ὁ ἔσω ἄνθρωπος, interna hominis indoles. Ὁ ἔξω ἄνθρωπος, externa conditio.

23. Ἕτερον νόμον, aliam vim sc. pravarum cupiditatum, qvae instar legis est.

24. Νόμος

24. Νόμος ἁμαρτίας, tyrannis peccati. Σῶμα θανάτε pro θνητον, est periphrasis hebraica. O. 34. α. Θάνατος h. l. corruptus status. J.

25. Τῷ μὲν νοΐ, qva mentem s. voluntatem emendatam, qvatenus emendari coepit. Τῇ δὲ σαρκὶ, qva statum corruptum. O. 9. α.

CAP. VIII.

1. Κατάκριμα (ἐςί.) Πνεῦμα, est evangelium plus efficiens in emendandis hominibus, qvam lex Mosaica. Σὰρξ, naturalis hominis vitiositas. Cf. Genes. 6, 3.

2. Ὁ νόμος τε πνεύματος τῆς ζωῆς, evangelium vivificans. O. 8. γ. Ἀπὸ τε νόμε τῆς ἁμαρτίας καὶ τε θανάτε, a tyrannide peccati et mortis.

3. Ἀδύνατον, a) pro ἀδυναμία, suppleri debet διὰ, propter imbecillitatem legis. Lex dicitur imbecillis, qvia non vires largiri, nec efficere potest, ut homo recte vivat. b) Τὸ γὰρ — σαρκὶ, nam qvod lex nullo modo efficere potuit, (ut nos praeceptis promissis et minis suis sanctos et obedientes Deo redderet:) qvippe vis ea, qvam per naturam suam habet, fracta erat per eam, qvam diximus, hominum vitiositatem, hoc Deus (δυνατὸν ἐποίησε) effecit, et filium suum sub specie humanae naturae peccato obnoxiae mittens atqve sacrificium pro peccato faciens, destruxit hominum istam vitiositatem per (Christum) hominem. Σὰρξ ἁμαρτίας, natura corrupta aliorum hominum, sed posterior σὰρξ est humana Christi natura a peccatis immunis. Περὶ ἁμαρτίας (θυσία,) victima pro peccato. Cf. Hebr. 10, 6. Κατακρίνω, h. l. destruo, uti 2 Petr. 2, 6.

4. Δικαίωμα, praeceptum. J. Κατὰ σάρκα, secundum instinctum naturae corruptae. Πνεῦμα, dispo-

positio animi ex evangelio per fidem orta. E. B. X. p. 506.

5. Φρονεῖν, h. l. aliqva re delectari.

6. Τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, studium pravis cupiditatibus indulgendi. Θάνατος (ἐςὶ,) mortem affert. Effectus pro actione efficiente. Gl. 846. Ζωὴ καὶ εἰρήνη (ἐςὶ,) summam felicitatem Deiqve favorem affert.

10. Σῶμα, h. l. homo totus, qvalis est in statu naturali. Τὸ δὲ πνεῦμα ζωή (ἐςι,), indoles autem nova et sancta per Spiritum S in mentibus Christianorum effecta felicitatem et vitam sanctam affert. Διὰ, propter.

11. Ἐι δὲ, qvodsi enim. Διὰ τὸ ἐνοικῦν αὐτῦ πνεῦμα, propter spiritum suum vobis inhabitantem.

12. Ου τῇ σαρκὶ — ζῆν, (ἀλλὰ τῷ πνεύματι,) qvod omissum esse docent seqventia. B.

15. Πνεῦμα δυλείας, qvi clamet vos servos esse. Talis nempe erat conditio piorum V. T. qvae τῇ υἱοθεσίᾳ N. T. opponitur. Gal. 4, 1 — 5. Vox πάλιν istam piorum V. T. respicere iubet conditionem. Πνεῦμα υἱοθεσίας, spiritus adoptionis i. e. adoptionem vobis conferens et vos docens. Ἀββᾶ (ὅ ἐςιν) ὁ πατὴρ, Abba, id est, mi pater. Ἀββᾶ est nomen syriac.

16. Συμμαρτυρέω, testimonio confirmo, doceo. J.

17. Τέκνα (ἐσμέν.) Ἔιπερ, si modo.

18. Τῦ νῦν (ὄντος) καιρῦ. Ἄξια — πρὸς, digna, qvae comparentur. Δόξαν μέλλυσαν ἀποκαλυφθῆναι. Ἐις pro ἐν.

19. Ἀποκαραδοκία, a) exspectatio. E. b) cupida et vehemens exspectatio. Ἀποκαραδοκία γὰρ ἡ σφόδρα προσδοκία ἐςί. Ita Chrysostomus, qvem multi inter-

interpretes seqvuntur et hanc vim huic verbo constanter inesse contendunt. Ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως pro κτίσις ἀποκαραδοκοῦσα, creatura, qvae cupide sperat. Est metonymia adiuncti. Gl. 872. Κτίσις, a) creatura universa. Gl. 1017. per προσωποποιίαν; b) omnes homines. Kr. c) Christiani ab Apostolis distincti. B. p. 257. Homo spem habens est genuinus Christianus, et opponitur iis, qvi spem non habent. 1 Thess. 4, 13. Ματαιότης, הֶבֶל Eccl. 1, 2. est miseria et inconstantia huius vitae. R. Mihi qvidem haec, et ea, qvam ultimo loco posui, sententia, prae caeteris probanda videtur. d) Christiani ex ethnicis. Christus hos κτίσιν nominat, Marc. 16, 15. coll. Matth. 28, 19. E. B. N. II. 215. e) Iudaei soli, qvi nondum ad religionem Christianam transierunt. Hanc Blackwalli sententiam optime, ut mihi qvidem videtur, dissertatione qvadam praeterito anno Lipsiae edita, ornavit et defendit Clarissimus Weiskius. Cuius verba p. 7. adscribam: Iam qvaeritur, qvae sit illa κτίσις; Ac primo qvidem per se intelligitur, eam esse debere naturam illius κτίσεως, ut vocabuli ratio ex usu loqvendi librorum divinorum reddi possit; deinde, ut ab eius exspectatione argumentum saltem probabile felicitatis aeternae duci possit. Porro ex verbo οἴδαμεν v. 22. necesse est, ut eam intelligamus κτίσιν de cuius et misera servitute et avida exspectatione certo constet inter omnes. Videndum est etiam, ut eadem commode opponi possit τοῖς υἱοῖς τοῦ θεοῦ et iis, qvi τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος habent. Deniqve etiam reliqvorum verborum usque ad v. 25. ita ratio habenda est, ut, qvemadmodum in omni interpretatione fieri debet, iis sensum tribuamus non modo, qvem habere per se possint, sed eum, qvi et singulis verbis sit qvam maxime conveniens, nec a reliqvis, qvae exiguo intervallo aut praecedunt aut conseqvuntur, abhorreat. Haec

omnia

omnia praeclare conveniunt in nationem Iudaicam, qvam si solam per vocabulum κτίσεως intelligimus, ita facilis est totius loci explicatio, ut mirer hanc rationem tam paucis adhuc in mentem venisse. Ἡ ἀποκάλυψις τοῦ Θεοῦ est felicitas piorum post mortem.

20. Τῇ γὰρ — Θεοῦ. Nam venit (olim) in duram illam servitutem κτίσις non sua sponte, sed ab eo adducta, cui placuit illi servituti subiicere, ea tamen conditione, ut ei spes relinqveretur; si qvidem et κτίσις vindicabitur e dura et misera servitute in dulcem ac beatam libertatem filiorum Dei. Ἡ ματαιότης dicuntur leges Iudaeorum, qvae ad ritus religionis externos pertinent. Cf. 1 Petr. 1, 18.

21. Ἐπ' ἐλπίδι referendum est ad ὑπετάγη. Δόξα est magna felicitas. Δουλεία, miserrima servitus.

22—25. Constat enim inter omnes omnem κτίσιν, etiam nunc (legibus Mosaicis pressam gravi huius servitutis iugo,) ingemiscere et qvasi laborare meliorum temporum desiderio. At non solum (hi,) verum etiam illi ipsi, qvi primi ad evangelium accesserunt, nos (inqvam) ipsi tacite ingemiscimus, (qvippe) exspectantes illud tempus; qvo (deniqve vere ac re ipsa) in filiorum locum (a Deo) adoptabimus (nempe) tempus, qvo a vinculis huius corporis liberandi sumus. Etenim (tantummodo) spe ad salutem adducti sumus. Id vero, qvod (iam adest) et cernitur non (amplius) speratur. Qvomodo enim qvis speret, qvod (iam adest ut) oculis usupret? Atqvi si id, qvod oculis nostris non (dum) subiectum est, sperare solemus, constanter exspectamus. Συστενάζω et συνωδίνω habent significationem simplicium. O. 2. Ἄχρι τοῦ νῦν, etiam nunc, qvod in plerisqve aliis, qvae habentur de hoc loco sententiis, plane otiosum vel potius alienum est.

26. Ὡσαύ-

26. Ὡσαύτως, similiter. Συναντιλαμβάνομαι, adiuvo. O. 2. Ὑπερεντυγχάνω, pro aliqvo intercedo. Στεναγμοῖς ἀλαλήτοις, gemitibus, qvi verbis non exprimuntur i. e. precibus non verbis expressis. E. B. N. II. 223.

27. Φρόνημα, τὸ, consilium. Κατὰ Θεὸν i. e. κατὰ τὸ θέλημα τȣ̃ Θεȣ̃. Cf. 1 Ioh. 5, 14.

28. Συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν, cedit in bonum. Gl. Κλητὸς, dilectus. Sic Ies. 48, 12. J. in voce καλεῖν ב. Πρόθεσις h. l. voluntas benigna Dei, uti 2 Maccab. 3, 8. E.

29. Προγινώσκω, amo. J. O. 2. Προορίζω habet significationem simplicis, *decerno*. O. 2. Πρωτότοκος, h. l. princeps. J.

30. Προώρισεν (εἶναι.) Ὃυς δὲ προώρισε repetendum hic, *similes reddere filio suo*. Καλεῖν h. l. de effectu vocandi i. e. de collatione beneficiorum intelligendum est. J. Ἐκλεκτὸς, dilectus. J.

33. Δικαιῶν, advocatus. Ies. 50, 8. 9.

35. Ἡ ἀγάπη τȣ̃ Χριςȣ̃, amor, qvo Christus nos amplectitur. Γυμνότης, paupertas, summa indigentia. J.

36. Ὅλην τὴν ἡμέραν, qvotidie. Πρόβατα σφαγῆς, oves ad mactationem destinatae. O. 8. β.

37. Ὑπερνικάω, ulterius vinco. *Sens:* divino auxilio sublevati et muniti plus virium habemus, qvam reqviruntur ad istos varii generis hostes vincendos. Kr.

38. Ἀρχαὶ καὶ δυνάμεις, magnates et potentes terrae incolae. E. B. X. p. 508.

39. Ὄυτε ὕψωμα, ȣ̓́τε βάθος, neqve coelum, neqve terra. Ἡ ἀγάπη τȣ̃ Θεȣ̃, amor Dei erga nos. Κτίσις de principibus et magistratibus dicitur. Cf. 1 Petr. 2, 13.

CAP.

CAP. IX.

1. Ἀλήθειαν λέγω, h. l. iuro. Ἐν, per. Verba συμμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεώς μου parenthesi sunt includenda. Ἐν πνεύματι ἁγίῳ, et per Spiritum Sanctum. E. B. N. II. p. 191.

3. Ἀνάθεμα εἶναι, h. l. emori. Hic significatus ex more Israelitarum est repetendus, secundum qvem personas devotas חֵרֶם dictas, necare debebant. Cf. Lev. 29, 29. Hoc votum Paullinum interpretandum est: optarem emori pro Iudaeis, qvod est signum vehementissimi in alterum amoris. Est talis formula, qvalis Mosis, Israelitarum loco mori cupientis, Exod. 32, 32. vel Davidis Absalomi mortem dolentis, 2 Sam. 18, 33. Ἀπὸ, a) uti מִלִּפְנֵי h. l. notat propter; propter Christum i. e. secundum Christi decretum. Cf. Matth. 14, 26. Ἀπὸ τοῦ φόβου, propter timorem. b) Praepositio ἀπὸ cum suo substantivo ex hebraismo interdum otiosa est, ut Ps. 18, 22. R. Prior sententia mihi praeferenda videtur.

4. Δόξα, h. est שְׁכִינָה s. habitatio Dei inter Israelitas in columna nubis ignisqve, δόξα a LXX. Intt. dicta Exod. 40, 34. 35. Αἱ διαθῆκαι, foedera cum Patriarchis eorumqve posteris sub Mose inita. Ἡ νομοθεσία, lex. R. legis latio s. promulgatio. Kr.

5. Τὸ, h. l. absolute ponitur et verti debet *qvantum.* Σάρξ, humana natura. J. Ὁ ὢν, idem est, qvod ὅς ἐστι, uti Rom. 1, 25. Relativum ὃς ponitur ad

Cap. 9, 5. Lectionem communem et orthodoxam huius versus interpretationem, iudice S. V. Ernestio, optime defendit beat. D. Schmidius in Annotatt. in ep. ad Rom. B. N. IV. p. 418.

ad tempora finita, qvando ad participia autem poni debuisset, mutatur in nudum articulum. Hoc notandum est contra Erasmum, qvi negabat ὁ ὢν ad Christum pertinere, debuisse enim ὃς poni, si haec verba ad Christum essent referenda. Τὸ ὢν adiectum docet, seqventia esse ad subiectum proximum referenda. E. Veterum et recentiorum interpretatio ea, qva haec verba ad patrem referuntur, nec contextui, nec regulis Grammaticis est conveniens. Qvodsi enim vera esset, Paullus non ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς, sed potius ὁ θεὸς, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων scripturus fuisset, ut 2 Cor. 11, 31. Nec si post commemoratam Christi Iudaicam originem nihil amplius dicturus erat Apostolus, opus erat, τὸ κατὰ σάρκα addere. Syrus habet: et ex illis apparuit Messias in carne, qvi est Deus super omnia, cui laus et gloria in secula seculorum.

6. Ὀυχ οἷον δέ (ἐςι,) at non fieri potest. Ἐκπίπτειν, irritum fieri, eventu carere. J. Ὀυ γὰρ — Ἰσραὴλ, neqve enim omnes, qvi ab Israele genus ducunt, sunt nominis veri Israelitae.

7. Ἀλλ' (ἔςαι καθὼς γέγραπται.) Ἐν, per. Κληθήσεταί σοι, erit tibi s. habebis. J.

8. Τȣτέςι pro τȣτό ἐςι, ex qvo colligitur. Τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς, filii naturales. Σπέρμα (τȣ̃ Θεȣ̃.)

10. Ὀυ μόνον δὲ (Ἀβραὰμ καὶ Σάῤῥα δείκνυσι τȣ̃το,) ἀλλὰ καὶ Ῥεβέκκα. Neqve vero solum Abrahamus et Sara ostendunt hoc suo exemplo, sed etiam Rebecca. Κοίτη, conceptio. Kr. J. *vel potius* proles concepta. E. B. X. 153.

11. Μήπω — κακὸν, a) anteqvam nati essent, aut bene maleve vixissent. טוֹב וָרָע ex hebraismo est, *nihil plane*. R. b) Ἡ κατ' ἐκλογὴν πρόθεσις, libera voluntas. Cf. Rom. 8, 28. E. Ἐκ, propter.

13. Ὅτι

12. Ὅτι abundat.

13. Ἀγαπάω, praefero, maioribus beneficiis afficio. Μισέω, minus amo, non aeqve tantis afficio beneficiis. J. Hic non de destinatione ad aeternam felicitatem agitur, sed de utriusqve populi conditione externa, in qva latebat imago futurae electionis Iudaeorum Christo fide addictorum, sic ut caeteri externis tantum iuribus elati nec Christum sectati, posthaberentur ac reiicerentur.

15. Ἐλεέω, benefacio. J. Οἰκτειρέω vel οἰκτείρω, benigne facio. *Sens:* beneficiis afficiam, cui benefacere volo. O. 12. γ.

16. Οὐ τοῦ θέλοντος (τοῦτο ἔργον ἐστί.)

17. Ἐξεγείρω, servo. J. הֶעֱמִיד οἱ ὁ vertunt, διετηρήθης, conservatus es.

18. Σκληρύνω, obduro, h. l. duriter tracto, minus benigne facio. O. 1. Cf. Iob. 39, 16. 19. J. E.

19. Μέμφομαι, conqveror. Ἀνθέστηκε, resistere potest. O. 12. α.

20. Μενοῦνγε, immo vero. Est particula fortiter negandi et contrarium affirmandi. Ὦ ἄνθρωπε, miser homo. J. α. Σὺ τίς εἶ pro τίς σὺ εἶ. Ἀνταποκρίνομαι, disputare audeo. O. 12. δ. Τὸ πλάσμα, figmentum.

21. Εἰς τιμὴν, ad usum honestiorem.

22. Τὸ δυνατὸν pro τὴν δύναμιν. Φέρω, tolero. J. Σκεύη ὀργῆς, et vers. seq. ἐλέους, homines, in qvibus iram vel misericordiam ostendit Deus, ut Ps. 17, 14. ab hominibus *manus tuae*, i. e. in qvibus exseris potentiam tuam cumulando eos beneficiis terrestribus, et adhibendo eos ut instrumenta castigationis in probos. O. 8. δ. B. Κατηρτισμένα, qvi suam sibi perniciem attrahunt. Accipiendum voce Media ut Act. 13, 48. O. 18.

23. Προετοιμάζω, paro. O. 2. γ.

24. Οὒς pro ἄ. Οὓς καὶ ἐκάλεσεν ἡμᾶς, qvales et nos fecit.

25. Καλέω, h. l. facio, esse volo. J. in voce καλεῖν.

26. Κληθήσονται, erunt. J.

27. Κράζω, palam pronuntio. Ὑπὲρ, de. Τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, Israelitarum (sc. pereuntium.) Si numerus Israelitarum (pereuntium) aeqvaret arenam ad littora maris, tamen reliqviae servabuntur.

28. Λόγος, h. l. decretum (de pernicie Israelitarum.) Συντελέω, exseqvor. Συντέμνω, decerno. J. Δικαιοσύνη, bonitas. J. Συντελῶν καὶ συντέμνων pro συντελεῖ καὶ συντέμνει (κύριος,) Dominus decretum de pernicie Israelitarum exseqvitur, sed decernit cum bonitate sc. ita tamen, ut redundet bonitas et benignitas. Καὶ, sed. Hanc significationem habet ad imitationem hebraici ו.

29. Προείρηκε pro εἴρηκε. Σαβαὼθ, hebr. צְבָאוֹת, exercitus. Ὡς Γόμοῤῥα hic positum pro Dativo Γομόῤῥᾳ.

30. Ὅτι, nempe (hoc dicemus.) G.

31. Νόμον δικαιοσύνης (ἐξ ἔργων ἐσης) εἰς νόμον δικαιοσύνης (ἐκ πίςεως,) qvod ex versu praecedente repe atur. Glassius ad Hypallagen refert et sic explicat, νόμος δικαιοσύνης dicitur pro δικαιοσύνη ἐκ νόμȣ. Νόμος δικαιοσύνης (ἐξ ἔργων) est ratio conseqvendae sanctitatis per facta ipsa lege praescripta; νόμος δικαιοσύνης (τῆς ἐκ πίςεως ἐσης) est ratio conseqvendae iustitiae per evangelium proposita.

32. Νόμȣ (ἐδίωκον δικαιοσύνην.)

33. Ὁ λίθος τȣ̃ προσκόμματος, πέτρα σκανδάλȣ. O. 30.

CAP.

CAP. X.

1. Ἐυδοκία, desiderium.

2. Ζῆλος — ȣ̓ κατ᾽ ἐπίγνωσιν, studium imprudens. O. 5. δ.

3. Μαρτυρεῖν τινι, praedicare aliqvem. Ἵςημι, stabilio. O. 25. Ὑπετάγησαν, est hic forma passiva pro reciproca; Niphal, ut Hebraei loqvuntur pro Hithpael: viam non ineunt, per qvam benevolentia divina comparari possit. O. 18.

4. Τέλος — idem est ac si scripsisset: Χριςὸς γὰρ ὁ τὸν νόμον πεπληρωκὼς, etenim non Israelita qvisqvam, sed Christus legis praecepta exacte seqvutus est. E.

5. Γράφει pro καταγράφει, describit. O. 43. Τὴν ἐκ τȣ̃ νόμȣ, qvae per legem obtinetur. Ὅτι. O. 28.

6. Ὁύτω λέγει, se ipsam sic describit i. e. si iustitia ipsa se vellet describere, id fieri posset verbis Mosaicis. E. Ἐιπεῖν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτȣ̃, cogitare. *Hebr.* Μὴ — ȣ̓ρανὸν, ne cogites, Deum abs te poscere, qvae supra te posita sint. Cum Iudaei innuere volunt, rem esse difficilem vel impossibilem: dicunt: *ascendere coelum.* Τȣ̃τ᾽ ἔςι Χριςὸν καταγαγεῖν, qvod nihil aliud esset, qvam Christum e coelo denuo devocare, qvasi is nondum descendisset legisqve praeceptis satisfecisset.

7. Τȣ̃τ᾽ ἔςι — ἀναγαγεῖν, qvod nihil aliud esset, qvam Christum denuo ex inferis adducere: qvasi is nondum resurrexisset, eoqve ipso se partae felicitatis statorem demonstrasset. Ἀλλὰ τί λέγει (ἡ ἐκ πίςεως δικαιοσύνη;)

8. Ῥῆμα τῆς πίςεως, evangelium.

12. Πλȣτῶν (χάριτι Eph. 1, 7.) summa benignitate complexurus.

15. Ὡς — ἀγαθὰ, qvam laetus est adventus eorum, qvi favoris divini et beneficiorum divinorum sunt interpretes? Οἱ πόδες per hebraismum *adventum* denotant.

16. Ἀκοὴ pro διδαχή.

18. Ἀλλὰ λέγω, sed dico h. e. dicat qvis. Sic v. 19. Formatur enim obiectio ex alterius sensu. Gl. Pro ὁ φθόγγος αὐτῶν in hebraico textu Ps. 19, 5. est קַוָּם, *linea eorum.* LXX Interpretes autem legisse videntur קוֹלָם.

19. Ἀλλὰ — Ἰσραὴλ, dicat qvis, num Israelitae non perspexerunt? h. e. at forsitan ignorarunt Israelitae doctrinam Evangelii in toto terrarum orbe populis omnibus propositum, etiam ad se pertinere? Immo istud nosse debuerunt; atqve etiam hoc, fore, ut, si fidem Evangelio denegaverint, gentiles in locum Iudaeorum incredulorum tanqvam Dei populus surrogentur. Πρῶτος pro πρότερος, refertur praecedens testimonium ex Davide. Παραζηλόω, ad aemulationem provoco. Ἐπ᾽ οὐκ ἔθνει, erga populum, qvi Dei populus non est; hac formula gentiles indicantur.

20. Ἀποτολμᾷ καὶ λέγει, a) dicere audet, ingenue profitetur. O. 20. Gl. b) dicit. Ἀποτολμάω alteri verbo adiunctum ex hebraismo saepe abundat. Gen. 9, 10. Kr. Εὑρέθην, facta est copia me adeundi.

21. Πρὸς, de. Ἐκπετάννυμι, expando. Ἀντιλέγω, rebellis sum. J.

CAP. XI.

2. Προγινώσκω, amo. O. 2. γ. J. Ἐν, de.

3. Ἐντυγχάνω, accuso. Ζητεῖν τὴν ψυχήν τινος, alicuius vitae insidiari. J.

4. Ὁ χρηματισμὸς, oraculum. Ὁ, ἡ Βάαλ. Τῇ (τῷ) Βάαλ (εἰκόνι.)

5. Κατ' ἐκλογὴν χάρις, libera gratia. O. 5.

7. Ἰσραὴλ, multitudo Israelitarum, cui mox ἡ ἐκλογὴ opponitur i. e. pauci illi, qvi ex ingenti populo secreti sunt. Οὐκ ἐπέτυχε sc. δικαιοσύνην. Cf. supra Cap. 9, 30. 31. Ἐκλογὴ pro ἐκλεκτοὶ. Ἐπωρώθησαν, indurarunt se. O. 18.

8. Πνεῦμα κατανύξεως, dispositio animi ad gravem stuporem. J. Τῷ μὴ βλέπειν, μὴ ἀκέειν, pro βλέποντας, ἀκέοντα. O. 21. B. Duo dicta commiscet Apostolus Deut. 29, 3. et Ies. 29, 10.

9. Τράπεζα, mensa significat hoc ipsum, in qvo praecipue acqviescunt homines, qvod videtur afferre recreationem, auxilium, qvietem. Cf. Ps. 23, 5. Θήρα, rete. Σκάνδαλον, h. l. decipula. J. Ἀνταπόδομα, poena.

10. Ὁ νῶτος, dorsum. Inflecte dorsum eorum, h. e. statum eorum miserum redde.

11. Μὴ — πέσωσι; num ita impegerunt, ut prorsus caderent, ut nunqvam ad populum Dei sint redituri? Ἀλλὰ, immo. Παράπτωμα, h. l. repudiatio doctrinae evangelicae. E.

12. Ἥττημα, τὸ, defectus, paucitas, h. l. est conversio Iudaeorum qvanqvam paucorum, cui opponitur πλήρωμα h. e. conversio totius gentis Iudaicae. Πλήρωμα αὐτῶν (πλῦτος κόσμυ γενήσεται,) qvanto magis universa Iudaicae gentis multitudo, si fidem Christo dederit, sua doctrina et exemplo gentiles ad amplectendam religionem Christianam commovebit?

Cap. 11, 6. Verba: εἰ δὲ ἐξ ἔργων — ἔργον desunt in Manuscriptis optimis, nec non in multis Versionibus et Patribus.

13. Ἐφ᾽ ὅσον, qvatenus.

14. Σάρξ, gens. J.

15. Ἡ πρόσληψις, acceptio. Ζωὴ ἐκ νεκρῶν, a) res laetissima et saluberrima. Est locutio proverbialis. E. b) summa excitatio ad pietatem Christianam.

16. Ἀπαρχὴ, primitiae i. e. Patriarchae. Φύραμα (ἅγιόν ἐστι.) Ἅγιος h. l. habet sensum qvasi civilem et Iudaicum; notat enim eum, qvem Deus secernit a caeteris, ut ei in primis benefaciat. Verti posset: *carus*, *dilectus*. E.

17. Ἐκκλάω, frango. Ἀγριέλαιος, oleaster, arbor, qvae nullos prorsus fructus ferre solet. Ἐγκεντρίζω, insero.

18. Ἡ πιότης, pingvedo. Κατακαυχᾶσαι (λέγω σοι.) B. Κατακαυχᾶσθαί τινος, gloriari contra aliqvem.

20. Καλῶς (εἶπας.) Σὺ δὲ τῇ πίστει ἕστηκας, tu vero servatus per fidem.

21. Οἱ κατὰ φύσιν κλάδοι, naturales rami.

22. Ἀποτομία, severitas. Ἐπεὶ, alioqvin.

24. Παρὰ, contra. Exprimit hebraicum מִן. Παρὰ φύσιν, contra naturam, qvae potius insitionem surculi generosi in stirpem silvestrem poscit. Ἡ καλλιέλαιος, olea frugifera.

25. Ἄχρις — εἰσέλθῃ, donec per praedicationem Evangelii erit conversa illa destinata multitudo. Πλήρωμα dicitur, qvando res habet destinatum suum numerum. E.

26. Πᾶς Ἰσραὴλ, magna pars Israelitarum. Πᾶς non semper *universitatem*, sed *magnam multitudinem et varias partes* notat.

27. Διαθήκη, promissum. J.

28. Κατὰ

28. Κατὰ μὲν — πατέρας, si Evangelium spectem, a qvo Iudaei alieni manserunt, inimici Dei sunt, propter vos, ut etiam ad vos evangelium propagari posset. Sin autem gratuitam Dei benignitatem spectem, cari sunt ipsi propter Patriarchas fide et pietate insignes.

29. Ἀμεταμέλητος, ὁ, ἡ, cuius nos non poenitet, h. l. immutabilis. Κλῆσις notat *conditionem* singularem, in qvam Deus eos constituit per vocationem Abrahami.

30. Τῇ τούτων ἀπειθείᾳ, propter incredulitatem eorum. Hebraicum ל, qvod commodi vocant, modo per ἐπὶ, modo per Dativum solum, uti h. l., exprimitur.

31. Τῷ ὑμετέρῳ (pro εἰς ὑμᾶς) ἐλέει, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι, ut et ipsi per vestrum beneficium beneficio afficiantur. Ἵνα hic est ἐκβατικὸν, Is erit exitus, ut ipsi aliqvando i. e. ex ipsis multi ad fidem perveniant occasione vestrae fidei, et donorum fidem conseqventium.

32. Συγκλείω, concludo h. l. demonstro, declaro, uti Gal. 3, 22. exponitur.

33. Γνῶσις, amor. J. in voce γινώσκω. Ἀνεξερεύνητος, ὁ, ἡ, imperscrutabilis. Κρίματα, decreta. Ἀνεξιχνίαστος, ὁ, ἡ, impervestigabilis.

35. Καὶ pro ὥστε, ut.

36. Ἐξ αὐτοῦ, ipsius vi. Εἰς αὐτὸν, propter ipsum i. e. ad gloriam eius.

CAP. XII.

1. Οἰκτιρμοὶ, οἱ, misericordia. Respondet voci רַחֲמִים, qvae tantum in numero plurali denotat *misericordiam*, igitur in numero plurali huius vocabuli temere emphasis qvaeritur. O. 2. Τῷ

θεῷ (τῦτ' ἔςι.) Λογικὴ λατρεία, rationalis cultus; h. e. qvi fit mente et ſpiritu, Petrus eam dicit πνευματικὴν, 1 Ep. 2, 5.

2. Συσχηματίζω, conformo, imitor. Αἰὼν, ſeculum, i. e. homines impii in ſeculo viventes. Tempus pro rebus in tempore factis ſ. exiſtentibus poſitum eſt. Gl. Ἀγαθὸν, idem qvod ἅγιον, uti Matth. 19, 17.

3. Λέγω, h. l. verbum iubendi. J. Γὰρ, autem. Διὰ τῆς χάριτος τῆς δοθείσης μοι, ex auctoritate muneris apoſtolici mihi demandati. Ὑπερφρονέω, ſupra modum ſentio. Σωφρονέω, h. l. temperanter et modeſte me gero. Φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν eleganter dictum eſt pro φρονεῖν σωφρόνως, modeſte de ſe ſentire. Noti ſunt verſiculi:

Crede mihi ſapere eſt non nimium ſapere.
Qviſqvis plus iuſto non ſapit, ille ſapit.

Ἑκάςῳ — πίςεως, pro modo beneficiorum, qvae Deus Chriſtianis largitus eſt. Πίςις h. l. effectus fidei, ſc. munera et dona Spiritus S. miraculoſa. E. B. X. 888.

4. Monente. B. verba a verſu 4. ad 6. voc. διάφορα parentheſi includenda ſunt.

5. Καθ' εἷς pro ἕκαςος, unusqviſqve ſigillatim, ſinguli. Apoſtolus Hebraeos, qvorum caſus omnes cum Nominativo ſimiliter deſinunt, ſecutus eſt. Sic ἕως εἷς Eſr. 6, 20. et Maccab. 5, 31. F.

6. Εἴτε προφητείαν (ἔχοντες) — τῆς πίςεως ἔχωμεν.) Si qvis facultate interpretandae ſcripturae ſ. praeditus eſt, utatur ea pro menſura ſ. proportione χαρισμάτων. Ἀναλογία idem h. l. eſt, qvod μέτρον ſupra v. 3. h. e. menſurae χαρισμάτων ſit conveniens. E. B. N. II. p. 223.

7. Διακονία, a) cura eleemoſynarum colligendarum et in pauperes erogandarum; b) qvodlibet munus eccle-

ecclesiasticum, uti 1 Cor. 12, 5. Ἐν τῇ διακονίᾳ (μενέτω, προσκαρτερείτω,) contentus sit hoc munere. E. Παρακαλεῖν h. l. est populum publice admonere et hortari, ut Act. 13, 15.

8. Ἁπλότης, liberalitas ingenua. J. Ὁ ἐλεῶν h. l. is, cui cura aegrotorum commissa est. Ἱλαρότης, hilaritas.

9. Ἀποστυγέω, abhorreo.

10. Φιλόστοργος, ὁ, ἡ, amore flagrans. Φιλαδελφία, h. l. amor erga vestrae religionis participes. Προηγέομαι, praeeo.

15. Χαίρειν, κλαίειν (δεῖ.)

16. Συναπάγομαι, cum aliqvo abducor, cum aliqvo me consocio, vel similem gero. Συναπαγόμενοι (ἐστὲ,) vivite ita, uti humiles animo facere solent.

17. Προνοέομαι, operam do, studeo. Καλὰ, honesta.

18. Ἐι δυνατόν (ἐστι) (κατὰ) τὸ ἐξ ὑμῶν (ὂν,) qvantum in vobis est. Ἐιρηνεύω, in pace vivo.

19. Διδόναι τόπον, cedere, uti Luc. 14, 19. Ὀργὴ, poena. Τῇ ὀργῇ (Θεοῦ.)

20. Ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις, carbones candentes cumulabis, a) h. e. efficies, ut nisi ad meliorem mentem benefaciendo redigatur, gravissime a Deo puniatur. Eodem modo Veteres Commentatores permulti v. c. Origenes, Chrysostomus, Theodoretus et Theophylactus reddiderunt. Kr. b) dolorem ipsi inicies maximum, maxime eum pudebit beneficium a te accepisse, loco mali, qvo te affecit. Augustinus de doctrina Christ. III. 16.

21. Μὴ νικῶ, noli vinci, i. e. ne sine te vinci.

CAP.

Cap. 12, 11. In nonnullis Codd. καιρῷ legitur, sed κυρίῳ habent graeci Codices fere omnes.

CAP. XIII.

1. Πᾶσα ψυχὴ, qvisqve. J. Ἐξȣσίαι ὑπερέχȣσαι, summi magistratus.

2. Ἀντιτάσσομαι, oppono me. Κρίμα, poena.

3. Φόβος elegantèr loco vocis φοβεροὶ dicitur. Ἔπαινος, praemium.

4. Ὀργὴ, poena.

5. Ἀνάγκη (ἐςί.)

6. Προσκαρτερέω, diligenter curo.

7. Τῷ τὸν φόρον pro ᾧ τὸν φόρον (ὀφείλετε ἐκείνῳ.) Τῷ pro ᾧ positum est attice.

8. Qvod caeteros homines attinet, qvi non sunt magistratus, nihil cuiqvam debetis, qvam mutuum amorem. Est autem argute et eleganter dictum. Caetera debita solvuntur, nec manent, dilectionis debitum semper et solvitur, et manet. Νόμον πεπλήρωκε, id qvod in lege summum est, praestat.

9. Τὸ vim habet demonstrativi. O. 6. Ἀνακεφαλόω, summatim comprehendo.

10. Πλήρωμα — ἀγάπη, qvi alterum amat, id, qvod in lege summum est, praestat.

11. Καὶ τȣ̃το (πράσσετε.) Ὥρα (ἐςί.) Ἐπιςεύσαμεν, i. e. πιςοὶ γεγόναμεν, credere coepimus. Propiorem his dicit salutem, qvia iam multo certius et clarius omnia intelligebant. Saepe πιςεύειν notat Christianum, fieri, Act. 21, 20. 1 Cor. 3, 5. Sic et βασιλεύειν, regnum adipisci significat 1 Cor. 4, 18. Thucyd. habet νεωςὶ βασιλεύοντα, qvi nuper ad regnum venerat.

12. Προκόπτω, h. l. praetereo. Τὰ ὅπλα τȣ̃ φωτὸς, habitus, qvi luci convenit. Ὅπλα ad imitationem τȣ̃ כְּלִי etiam *vestimenta* notat.

13. Κῶ-

13. Κῶμος, commessatio, convivium lascivum. Κοίτη, h. l. concubitus illegitimus. J.

14. Ἐνδύσασθαι, si de persona dicitur, notat alicuius fieri discipulum, sectatorem, imitatorem. Πρόνοια, cura. Μὴ—εἰς ἐπιθυμίας, corporis curam gerite sic, ut cupiditates non incendantur.

CAP. XIV.

1. Τὸν—προσλαμβάνεσθε, Christianum adhuc fluctuantem, necdum de immunitate Christiana a Iudaicae legis cerimoniis satis persuasum a) benigne tractate; b) in societatem vestram comiter recipite. Μὴ εἰς—διαλογισμῶν, a) ne ipsum in difficiles dubitationes coniiciatis. E. b) Μὴ (κρίνοντές τινα) εἰς διάκρισιν διαλογισμῶν, non qvenqvam damnantes propter discretas opiniones, s. discrimen opinionum sc. respectu legis cerimonialis. Ἐις, propter, uti Matth. 14, 31. Marc. 1, 38. Κρίνοντες suppleatur ex seqventibus v. 3. et 4.

2. Φαγεῖν (ἐξεῖναι) πάντα, i. e. omnis generis edulia.

3. Ὁ ἐσθίων, qvi vescitur sc. carnibus ex animalibus.

4. Stare (in iudicio) i. e. absolvi, uti Ps. 1, 4. Cadere i. e. damnari.

5. Prius κρίνειν notat *praeferre*, alterum *perinde habere*. B. Sunt, qvi dies qvosdam prae ceteris sacros existiment: alii omnes dies *promiscue* sacros putant.

6. Φρονεῖν τὴν ἡμέραν, diem qvendam spectare, praeferre. Κυρίῳ, in honorem Domini.

7. Ἑαυτῷ ζῆν, arbitrio suo vivere.

11. Ζῶ ἐγώ, per me iuro. Ies. 45, 23. 24. בִּי נִשְׁבַּעְתִּי.

13. Voci κρίνω elegans inest dilogia; prius κρίναι significat *condemnare*; alterum, *statuere* vel *curare*.

14. Ἐν

14. Ἐν Κυρίῳ Ἰησȣ͂, per revelationem Iesu. Κοινὸν (ἐςὶ) δἰ ἑαυτȣ͂, immundum esse per se. J.

15. Ἐι δὲ — λυπεῖται, qvodsi vero alter per tuam vescendi licentiam tristitia afficiatur, i. e. si tuam libertatem ita defendas, ut ipsi imperitiam exprobres, qva exprobratione afficiatur tristitia. Ἀπόλλυε, occasionem perditionis praebe. O. 12. ς. Perdimus autem fratrem, si eum ad peccatum contra animi conscientiam committendum nostro exemplo seducimus.

16. Ἀγαθὸν, a) religio Christiana, b) libertas Christiana. E.

17. Ου γὰρ — ἁγίῳ, a) neqve enim religio Christiana est *studium et cura* cibi et potus, sed virtutis et concordiae et laetitiae per Spiritum S. effectae. Effectus ponitur pro caussa impellente et stimulante. B. b) Christianismus non est in cibo potuqve, ut eo pro lubitu utamur. E.

18. Δόκιμος, ὁ, ἡ, probatus.

19. Τὰ τῆς εἰρήνης — οἰκοδομῆς (ὄντα πράγματα,) qvae ad concordiam et emendationem animae spectant.

20. Τὸ ἔργον τȣ͂ Θεȣ͂, sanctitas ab ipso Deo effecta, uti Phil. 1, 6. Κακὸν (τὸ βρῶμα.) Διὰ h. l. cum, uti Hebraeorum ב.

21. Καλὸν, melius est. O. 10. Μηδὲ (τοιȣ͂το,) ἐν ᾧ, neqve tale qvid, in qvo.

22. Πίςις, h. l. cognitio. Κρίνω, damno. Δοκιμάζω, eligo.

23. Πίςις, h. l. conscientia recta, persvasio certissima de re qvadam tanqvam licita. Πᾶν δὲ — ἁμαρτία ἐςί, qvicqvid autem non fit certa animi persvasione, licitum id esse, peccatum est.

CAP. XV.

1. Οἱ δυνατοὶ, provectiores in rerum divinarum cognitione. Ἀδύνατοι, rudiores. Μὴ ἑαυτοῖς ἀρέσκειν, non nobismet ipsis s. commodis nostris inservire.

3. Οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσε, non suam honorem qvaesivit. Καθὼς γέγραπται, (ὅτως ὑπέμεινε.)

4. Ἵνα διὰ — ἔχωμεν, a) ut per patientiam et institutionem scripturae S. spem habeamus. Gl. p. 74. b) ut per firmum fundamentum institutionis sacrarum litterarum spem habeamus. Dictum est ἡ ὑπομονὴ καὶ ἡ παράκλησις per ἓν διὰ δυοῖν pro ὑπομένουσα παράκλησις. Kr.

5. Ὁ δὲ Θεὸς — παρακλήσεως, Deus, qvi nobis firmam institutionem praebet. Κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν, convenienter doctrinae Iesu Christi. Χριστὸς per meton. h. l. est doctrina Christi, ut 2 Cor. 11, 4. et Eph. 4, 20.

7. Προσλαμβάνω, in amicitiam recipio.

8. Δόξα Θεοῦ, vita aeterna. Διάκονος sc. Θεοῦ, minister Dei, i. e. doctor. Περιτομὴ, Iudaei. Ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ, pro veracitate Dei.

9. (Λέγω) ἔθνη δοξάσαι (ὀφείλειν.)

12. Ῥίζα apud Graecos est *radix*. In N. T. denotat *surculum* ad imitationem vocis שֹׁרֶשׁ, qvam LXX Ies. 11, 10. reddiderunt per ῥίζαν. Cf. Apoc. 5, 5. Ἀνιστάμενος abundat. O. 34.

14. Ἀγαθωσύνη, bonitas, qvando Christianus se aliis humanum, blandum et beneficum exhibet.

15. Τολμηρότερον, liberius. Διὰ τὴν χάριν — Θεοῦ, qvia sic poscunt officia muneris apostolici mihi a Deo demandati.

16. Ἱερουρ-

16. Ἱερȣργȣ̃ντα — Θεȣ̃, Deo ministrantem in tradenda Evangelii doctrina. Ἱερȣργεῖν significat *sacra facere*, victimas immolare, qvam notionem Paullus qvoqve in mente habuit in allegoria, qva utitur, qvod phrasis seqvens ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν docet.

17. Τὰ πρὸς Θεὸν (ἀνήκοντα,) in rebus ad Deum eiusqve gloriam pertinentibus. Ἐν, de.

18. Τὶ ὧν pro τὶ τοιȣ́των ἅ. Ἐις ὑπακοὴν, ad conversionem.

19. Ἰλλυρικὸν, Illyricum, regio inter Pannoniam et mare Adriaticum sita. Πληρȣ̃ν τὸ εὐαγγέλιον, evangelium perfecte, prospero successu docere. J.

20. Φιλοτιμέομαι, magno studio aliqvid ago. Ὠνομάσθη, in honore esset s. coleretur. Sic ὀνομάζειν τὸ ὄνομα Κυρίȣ 2 Tim. 2, 19. denotat *Christum colere.*

22. (Κατὰ) τὰ πολλὰ (μέρη χρόνȣ,) freqventer.

23. Νυνὶ τȣ́τοις, a) nunc autem non amplius opportunitatem habens in his regionibus (sc. iaciendi fundamenta;) b) qvum in regionibus hisce commorari amplius non possim (sc. propter insidias a Iudaeis structas, Act. 20, 3.)

24. Ὡς ἐὰν pro ὅταν, qvando. Προπέμπειν, deducere. Significat non tantum *comitatum* sed et *beneficia in hospites collata.* Ἐμπλησθῆναί τινος, frui aliqvo, voluptatem percipere ex alicuius consvetudine. Similis metaphora occurrit Ps. 17, 15.

25. Διακονῶν pro διακονήσων, eleemosynas allaturus. Τοῖς ἁγίοις Christianis. Κοινωνία, collatio, *Collecte.*

26. Ἐις, pro, in usum.

27. Πνευματικὰ (χαρίσματα.)

28. Σφρα-

28. Σφραγίζειν, a) bona fide reddere. E. b) tradere, tuto deponere; nam obsignari solent, qvae deponuntur. J. Δι᾽ ὑμῶν, per urbem vestram.

29. Ἐν, cum. Πλήρωμα, τὸ, abundantia.

30. Παρακαλῶ, obtestor. Διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ πνεύματος, per illam dilectionem, qvam in nobis effecit Spiritus Sanctus. Συναγωνίζομαι, magno studio facio aliqvid una cum alio.

31. Διακονία, cura eleemosynarum colligendarum et in pauperes erogandarum.

32. Συναναπαύομαι, una cum aliqvo refocillor.

33. Ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης, Deus verae felicitatis auctor. J.

CAP. XVI.

1. Διάκονος, ἡ, ministra. Eiusmodi ministrarum officium in eo erat positum, ut mulieres baptizandas fontibus sacris immergerent, catechumenas docerent, feminas aegrotas vel afflictas viserent et curarent, aliisqve pluribus rebus operam darent, qvas recenset Binghamus in Origg. eccles. II. 22.

2. Ἐν Κυρίῳ, Christi caussa. Ἀξίως τῶν ἁγίων, hospitio, qvale Christianos decet. Προστάτις, adiutrix, curatrix, omissa *praesidendi* notione. Cf. Tit. 3, 8. 14.

3. Τοὺς συνεργοὺς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, collegas meos in propaganda doctrina Christiana.

4. Ψυχή, vita. J.

5. Καὶ τὴν — ἐκκλησίαν, Christianos, qvorum coetus fieri solent in eorum aedibus. Ἀπαρχὴ — εἰς Χριστόν, primus in Asia Christianus.

7. Πρὸ ἐμοῦ — ἐν Χριστῷ, qvi ante me Christiani facti sunt.

8. Τὸν ἀγαπητὸν ἐν Κυρίῳ, qvem amo vehementer ob fidem in Christum.

11. Συγγενὴς, a) cognatus proprie sic dictus. b) Iudaeus, popularis. Τὲς ἐκ τῶν Ναρκίσσε (οἰκείων ὄντας,) qvi sunt e domesticis Narcissi.

12. Τὰς κοπιώσας, exercenda liberalitate et hospitalitate, qvo sensu Ebr. 6, 10. κόπος τῆς ἀγάπης dicitur. Ἐν Κυρίῳ, Christi caussa.

13. Ἐκλεκτὸν ἐν Κυρίῳ, egregium Christianum.

17. Σκοπέω, caveo.

18. Χρησολογία, blandiloqventia. Ἐυλογία, laus; διὰ τῆς ἐυλογίας, laudando. Sumitur h. l. sensu bene graeco, non hebraico. E. Ἄκακος, homo ingenuae simplicitatis, qvi nec ipse fraudibus utitur, nec aliis inesse suspicatur.

19. Ἀφίκετο, pervenit i. e. innotuit.

20. Ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης, salutis auctor. J.

22. Ἐν Κυρίῳ, ob amorem Christi, religionis Christianae caussa.

23. Ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως, qvaestor, qvi civitatis reditus curabat.

25. Κατὰ, per, ut 1 Cor. 12, 8. Καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησε Χρισε, immo per eam doctrinam, qvam praedicavit ipse Iesus Christus. Χρόνοις αἰωνίοις a Theodoreto per ἄνωθεν et a Chrysostomo per πάλαι explicatur. Nihil aliud denotat, nisi inde ab antiqvissimis temporibus.

26. Σεσιγημένου pro ἀποκεκρυμένου.

27. Ὑπακοὴ πίςεως, obedientia erga doctrinam evangelii.

28. Ὧι h. l. abundat ex hebraismo.

HYPO-

HYPOMNEMATA

IN

EPISTOLAM PRIOREM

AD

CORINTHIOS.

HYPOMNEMATA
IN
EPISTOL. I. AD CORINTHIOS.

CAP. I.

1. Κλητὸς, constitutus. Θέλημα, benefi- cium, clementia. J. Ἀδελφός. J. ב.

2. Κόρινθος, Corinthus, magna urbs et emporium Achaiae ad Isthmum sita, unde poetis διθάλασσος, Latinis bimaris dicta. Ἐν, per. Ὄνομα. O. 34. α. Ἐν παντὶ — ἡμῶν, in qvocunqve loco tum suo, tum nostro, i. e. tum apud illos, tum apud nos, a) (qvod Moshemius de variis aedibus explicat, qvibus Corinthi convenire solebant Christiani, aliis nimirum, qvi appellabant se Paullinos, aliis qvi Cephae, aliis qvi Apollo favebant; b) ubicunqve locorum sint, sive inter gentes vivant, sive inter Iudaeos. R. Beza refert verba αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν non ad τόπῳ, sed ad κυρίου, ut sit correctionis species, qvia duntaxat κυρίου ἡμῶν dixerat; in qva opinione iam fuerunt Chrysostomus, Photius et Theophylactus. Verte: in qvovis loco, Domini inqvam, tum ipsorum, tum nostri.

3. Εἰρήνη (ἔσω.) J.

5. Ἐπλετίσθητε, abunde inſtructi eſtis. Ἐν αὐτῷ, per ipſum. Λόγος, h. l. donum lingvarum. Γνῶσις, h. l. donum prophetiae et interpretandi vaticinia prophetica. E. Ἐν παντὶ, in qvocunqve genere.

6. Καθὼς, qva ratione. Μαρτύριον, doctrina Evangelica. J. in voce μαρτυρέω.

7. Ὥςε ὑμᾶς coniungitur cum γνώσει, adeo ut vos.

8. (Εἰς τὸ εἶναι) ἀνεγκλήτες, ut ſitis inculpati. B. Ph. 244. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ Χριςῦ, in die adventus ſui. a) Pro pronomine poſitum eſt ipſum nomen ſive ſubiectum orationis; praeceſſit enim v. 7. mentio revelationis Domini noſtri, Ieſu Chriſti. Gl. b) Rectius ὃς refertur ad Θεὸς v. 4. R.

9. Πιςὸς, benignus. J. Κοινωνία, conſortium.

10. Διὰ τῦ ὀνόματος Χριςῦ, loco Chriſti. O. 34. Ἵνα — λέγητε, ut eandem et habeatis ſententiam et profiteamini. Κατηρτισμένος, integer. Ὁ αὐτὸς praecedente articulo ſignificat *idem*.

11. Ὑπὸ τῶν Χλόης (οἰκείων,) a domeſticis Chloes.

12. Λέγω, innuo, intelligo. Εἰμὶ (μετὰ, uti Matth. 12, 30.) Παύλε, a Paulli ſto partibus, Paullo deditus ſum.

13. Μεμέρισαι ὁ Χριςὸς; num diviſus eſt Chriſtus? num alius, qvem Paullus, alius, qvem Apollos praedicat? Cf. infra Cap. 3, 4—8.

17. Οὐ pro οὐ μόνον ἐλλειπτικῶς freqventer accipitur, et in altero membro adverſativa particula per in primis ſ. potiſſimum explicanda eſt. *Sens*: non ſolum miſit me Chriſtus ad baptizandum, ſed *potius* ad evangelizandum. Gl. Οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγε, non ſapientia,

tia, qvae esset in argumentis humanis. Λόγος h. l. sapientia non modo philosophica, sed qvae erat in theologia Iudaica. Ἐν σοφίᾳ λόγε, i. e. ἐν λόγῳ σοφῷ, non tali oratione, qvae esset sapiens ex mente Iudaeorum et gentilium. Cf. infra v. 23. O. 5. Σταυρὸς, h. l. doctrina de morte Christi. Κενόω, vim alicui rei adimo. Sens: ne vis illa, qvae est Evangelio propria, et qvam habet in animis hominum, etiamsi nulla ars adhibeatur, detrahatur Evangelio, adscribaturqve artificio humano. E.

18. Σωζομένοις, eodem sensu accipiendum est, qvo Actor. 2, 40. σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης occurrit. Scilicet σωζόμενοι sunt, qvi secedunt ab infidelium coetu, et contra ἀπολλύμενοι, qvi se ipsos incredulitate et pertinacia sua perdunt. O. 1. Μωρία ἐςὶ, stultum aliqvid videtur, indignum creditu.

20. Γραμματεὺς, doctor legis. J. Συζητητὴς, disputator. Est talis, qvi de omni doctrinae genere potest subtiliter disputare. Συζητητὴς τε αἰῶνος τέτε, est homo instructus subtilitate sapientiae humanae. Μωραίνω, stultum esse declaro, ex hebraismo. O. 14.

21. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ κόσμος διὰ τῆς σοφίας ἐκ ἔγνω τὸν θεὸν ἐν τῇ σοφίᾳ τε θεε, sic hae voces sunt construendae. Ἐν, h. l. secundum. B. Διὰ τῆς μωρίας τε κηρύγματος pro τε μωρε κηρύγματος, per insipientem (uti videtur naturali sapientia inflatis) doctrinam. O. 5.

24. Κλητοῖς, Christianis factis. Sic κλῆσις v. 26. significat *coetum Christianorum.* Ἕλληνες, ethnici.

R 4 25. Τὸ

Cap. 1, 24. Pro ἕλλησι et codices qvidam et translationes plures et multi Patres legunt ἔθνεσι, qvod etiam S. R. Grieb. in textum recepit,

25. Τὸ μωρὸν pro μωρία. Ἀνθρώπων pro τῆς ἀνθρωπίνης σοφίας. Ineſt huic voci permutatio ſubiecti et adiuncti. B. Τὸ μωρὸν τȣ̃ Θεȣ̃, τὸ ἀσθενὲς τȣ̃ Θεȣ̃, qvod ſtultum et infirmum in rebus divinis *videtur*. O. 16. Ἰσχυρότερος, maiorem vim habens (ſc. ad ſalutem hominum.)

26. Κλῆσις, h. l. coetus Chriſtianorum, qva ſtatum externum. Cf. infra Cap. 7, 20. Κατὰ σάρκα, ſecundum externam conditionem. Hoc addit apoſtolus, ut oſtendat differentiam V. et N. T. Illo tempore dona prophetiae viris nobilitate generis et humana ſapientia inſtructis plerumqve data eſſe deprehenduntur. Δυνατοὶ, ἐυγενεῖς (ἐκλήθησαν.) E nomine ſupple verbum ſc. ἐκλήθησαν e voce κλῆσιν. B.

27. Τὰ μωρὰ τȣ̃ κόσμȣ, ii, qvi aeſtimatione humana ſunt ſtulti et indocti. O. 16. Ἐκλέγομαι, approbo. J.

28. Ἀγενὴς, ignobilis. Τὰ μὴ ὄντα, viles, indocti pro τȣ̀ς μηδὲν ὄντας. Uti hebraicum אַיִן 1 Sam. 19, 17. de re nullius pretii dicitur. Τὰ ὄντα pro τȣ̀ς οντας τι, honoratos, ſapientes.

29. Μὴ πᾶσα σὰρξ, nemo. O. 36. Σὰρξ, homo. J.

30. Ἐξ αὐτȣ̃, ſolo beneficio divino. Ἐςε ἐν Χριςῷ, Chriſtiani facti eſtis. Ὃς ἐγενήθη ἡμῖν, i. e. per qvem nobis largitus eſt Deus. Σοφία ἀπὸ Θεȣ̃, divina ſapientia.

31. Ἵνα (ᾖ vel γένηται.) B. Ἐν Κυρίῳ, de Deo. i. e. de bonis ſpiritualibus a Domino datis. Qvi antea ſuis praerogativis gloriabatur, nunc omnia referat ad Deum et filium ſuum, qvem nobis donavit.

CAP.

CAP. II.

1. Καθ' ὑπεροχὴν, i. e. ὑπερέχοντα λόγον ἢ σοφίαν, oratione et ſapientia excellenti, qvam didici in ſcholis Iudaicis. Λόγος, h. l. eloqventia. Μαρτύριον τȣ̃ θεȣ̃, doctrina evangelica. J. Καταγγέλλων, ut traderem.

2. Κρίνω, decerno: eſt propria ſignificatio ſine emphaſi. E. Ἐιδέναι, profiteri cognitionem. O. 14.

3. Ἐν φόβῳ καὶ ἐν τρόμῳ πολλῷ, magna cum modeſtia et ſubmiſſione animi. J.

4. Πειθὸς, ὴ, ὸν, perſvaſorius. Adiectivum hoc nuſqvam praeter hunc locum habetur, pro qvo extat πειθανὸς ſ. πιθανός. K. Ἀπόδειξις πνεύματος, demonſtratio illa, qva Spiritus S. utitur. Πνεύματος καὶ δυνάμεως pro πνεύματος δυνατȣ̃. E. N. B. I. 889.

5. Μὴ ᾖ, non nitatur. Ἐν δυνάμει θεȣ̃, ſapientia divina. O. 1.

6. Σοφίαν δὲ λαλȣ̃μεν, de ſapientia loqvimur, ſ. *potius*, loqvor. Ἐν τελείοις, cum vere Θεοδιδάκτοις, i. e. cum iis, qvi verum guſtum habent veritatum divinarum, et interioris qvaſi apud Deum et Spiritum S. admiſſionis ſunt. Τέλειοι apud Graecos ſunt dicti, qvi ad myſteria Cereris Eleuſina admiſſi ſunt, qvae ſingulari qvadam cautione occultata erant. Qvi vero ad eadem admiſſi ſunt, ſingularem ſibi perfectionem ad Diis placendum et virtutes excolendas tribuerunt. Kr. Ἄρχοντες h. l. doctores Iudaei, aſſeſſores Synedrii, Phariſaei. Καταργέω h. l. ad nihilum redigo. Τῶν καταργȣμένων pro καταργηθησομένων, qvi ſuo tempore evaneſcent et confundentur. B.

Cap. 2, 2. Tȣ̃ ante εἰδέναι omittitur in codicibus optimis. Griesb.

7. Λαλέω, doceo. Ἐν μυστηρίῳ pro μυστηριώδης. O. 5. Προορίζω, destino. Ἐις δόξαν ἡμῶν, ad nostram salutem.

9. Ἀλλὰ (λαλοῦμεν ταῦτα) — εἶδε, sed ea docemus, qvae, ut verbis prophetae utar, nemo unqvam vidit. Καθὼς γέγραπται lege in parenthesi. R. Ὀυκ ἀνέβη — ἀνθρώπου, nemo hominum cogitavit.

10. Ἐρευνάω, h. l. penetro, idem ac γινώσκω. Βάθη τοῦ θεοῦ, arcana Dei consilia.

11. Τὰ τοῦ ἀνθρώπου (ὄντα πράγματα s. βάθη,) res, qvae ad hominem pertinent, et eius arcana consilia.

13. Λαλέω, doceo. Διδακτοῖς (ὑπ') ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, non explicamus rationibus philosophicis et subtilibus. Ἀλλ' ἐν διδακτοῖς (ὑπὸ) πνεύματος, sed spiritualibus, i. e. explicandis vaticiniis et patrandis miraculis. O. 33. Συγκρίνω, explico. Respondet hebraico פָּתַר. E. Πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες, a) Ill. I. D. Michaelis in Comp. Theol. p. 32. vertit: *inspirata inspiratis iungentes sc. sententiis verba.* b) Πνευματικοῖς (ἀνθρώποις,) Christianis perfectioribus perfectiora et sublimiora explicantes. R.

14. Ψυχικὸς, rerum terrenarum desiderio captus. Ὀυ δέχεται, non capit, i. e. cognoscit neqve sensum neqve praestantiam. Πνευματικῶς ἀνακρίνεται, cognoscenda sunt ea ratione, qvae est a Spiritu S. per media, qvae ipse praescribit, per illuminationem, qvam ipse donat.

15. Πνευματικὸς, qvi habet dona Spiritus S. illuminantia. Ἀνακρίνει, diiudicare *potest.* O. 12. α. Πάντα, a) omnia i. e. capita doctrinae, uti Marc. 4, 34. 1 Ioh. 2, 20. b) Πάντα, qvencunqve. Ex mente Bosii est qvartus casus numeri singularis. Ὑπ' οὐδενὸς, a nemine sc. homine naturali.

16. Συμ-

16. Συμβιβάζω, doceo, instruo. Ἡμεῖς — ἔχομεν, nos autem mentem Christi tenemus (revelatione expressam,) tenemus sensum Christi.

CAP. III.

1. Ἠδυνήθην, non potui, i. e. non commodum fuit, et difficulter potui. Gl. O. 13. Ὡς, qvasi. Σαρκικοὶ, infirmi, rudes. J. in voce σάρξ. Νήπιος ἐν Χριςῷ, tiro disciplinae Christianae.

2. Ποτίζω, potum praebeo. Regit duos accusativos, unum personae, alterum rei. Et explicandus accusativus rei fere per Ablativum. Gl. Βρῶμα (ςερεὸν δέδωκα,) quod supplendum ex Ebr. 5, 12. Ἠδύνασθε (φέρειν. Gl.) Γάλα, γάλακτος, lac, doctrina pro rudioribus. Iudaei discipulos Rabbinorum vocant היניקות sugentes.

3. Ὅπȣ, qvandoqvidem. Κατὰ ἄνθρωπον, secundum morem corruptorum hominum.

4. Εἰμὶ (μετὰ) Παύλȣ, a Paulli sto partibus. Οὐχὶ σαρκικοί ἐςε; nonne ostenditis vos non multum profecisse in religione Christiana?

5. Ἀλλ' ἢ, nisi. Καὶ ἑκάςῳ — ἔδωκε, est hic traiectio. Rectum fuerat: καὶ ὡς ἑκάςῳ ὁ Κύριος ἔδωκε. Coniunge cum v. 6. et, prout Deus unicuiqve nostrum partes qvasi proprias assignavit, ego plantavi.

6. Φυτεύω, sero, *metaph.* doceo, ego primus doctrinas divinas vobis proposui. Ποτίζω, h. l. irrigo, aqvam affundo, *metaph.* pergo docere. Αὐξάνω, facio ut crescat, incrementum largior. O. 19.

8. Ἕν εἰσι, a) pares sunt. Kr. b) idem agunt negotium. Ergo fas non est eos dissidiis et contrariis studiis impedire consilium domini communis. R.

9. Γεώρ-

9. Γεώργιον, ager cultus.

10. Ἀρχιτέκτων, Architectus.

11. Οὐδεὶς δύναται, nemini licet. O. 13. Παρὰ τὸν κείμενον, praeter *illud ipſum*, qvod poſitum eſt. O. 6.

12. Καλάμη, ſtipula. Si qvis addit huic dogmati principali, de ſalvando homine per Chriſtum, dogmata vera v. c. χρυσὸν, ἄργυρον, λίθους τιμίους, aut malas opiniones, qvae nihil proſunt, i. e. ξύλα, χόρτον, καλάμην, ſc. Iudaicas fabulas, Graecorum philoſophiam etc.

13. Ἡμέρα, tempus. J. Ἡ ἡμέρα δηλώσει, paullatim ſuo tempore apparebit. Eſt locutio proverbialis. Ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται, qvaſi igne revelabitur, ſc. qvalis doctrina ſit, vel reiicienda, vel retinenda. Ὡς omiſſum eſt. B. Ph. 175. Τὸ πῦρ δοκιμάσει, igne ſpectabitur.

14. Ἔργον, τὸ, doctrina. Μένει, manet, i. e. vera reperitur in examine ad ſcripturam ſacram inſtituto.

15. Κατακαήσεται, ſi repudiatur ab idoneis iudicibus. Ζημιωθήσεται, nulla praemia accipiet, immo damnum patietur. Σωθήσεται reſpondet τῷ הִנָּצֵל. Haec locutio petita eſt ex Amos. 4, 11. ipſe autem declinabit periculum, ſed ſic tanqvam ex igne, i. e. ita ut vix periculum evitare poſſit. Reſpondet Latinorum *ambuſtus*. Non denegare vult Apoſtolus eiusmodi doctori reprobo, ſi reſipuerit erroresqve ſuos abiecerit, ſalutem, magna tamen cum difficultate atqve adeo periculo eius conſervationem coniunctam eſſe innuit. Illuſtrari poteſt haec phraſis ex Zach. 3, 2. ubi de Ioſua Pontifice M. dicitur: *Nonne hic eſt torris ex igne ereptus?* h. e. in praeſentiſſimo periculo ſervatus. Vid. E. J. p. 38. Gl. Phil. p. 1059. Significatio praepoſitionis

nis διὰ ſimilis eſt in ſimili contextu apud Strabonem III. αὐτὸς ἐσώθη διὰ ναυαγίȣ.

17. Φθείρω, vitium affero, qvod fit falſis dogmatibus. Φθερεῖ, non de poenis aeternis accipiendum, qvod patet ex σωθήσεται v. 15. ſi ad meliorem mentem redit. *Sens:* hunc graviſſime puniet Deus. Ἅγιος, h. l. qvod violari nefas eſt, inviolabilis, uti Romanis *ſanctum* et *ſacroſanctum.* Οἵτινές ἐςε ὑμεῖς, hanc aedem conſtituite vos.

18. Μωρὸς γενέσθω, ſtultus fiat, i. e. ſibi videatur, ſtultitiam ſuam agnoſcat. O. 16.

19. Δράσσω, prehendo, h. l. conſilia irrita reddo, uti Iob. 5, 13.

20. Διαλογισμοὶ, οἱ, inventa ingenii humani.

21. Ἐν ἀνθρώποις, hominum cauſſa, ut aliqvis dicat: ego ſum diſcipulus Paulli; ego ſto a partibus Apolli. Πάντα γὰρ ὑμῶν ἐςι. Nam nos omnes veſtri cauſſa adſumus.

22. Εἴτε Παῦλος — μέλλοντα, Apoſtolus loqvitur per μερισμὸν, ergo ſingula verba non ſunt nimis premenda. Κόσμος. Reſpicitur ad σοφίαν τȣ͂ κόσμȣ, cuius ſupra v. 19. meminit.

23. Ὑμεῖς δὲ Χριςȣ͂ (ἐςε κτῆμα.)

CAP. IV.

1. Λογίζομαι, aeſtimo. Ἄνθρωπος, unusqvisqve. J.

2. Ὃ δὲ λοιπὸν, id vero qvod maxime ſpectatur. Reſpondere videtur voci יֶתֶר, qvae habet ſignificationem *praeſtantiae* et *excellentiae.*

3. Ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιςόν ἐςι, mihi hoc plane nullius videtur. Εἰς ex hebraiſmo abundat. O. 39.

Ἵνα

Ἵνα ὑφ᾽ ὑμῶν ἀνακριθῶ, si iudicio vestro vituperor aut probor. *Ἵνα* hic valet *si*. *Ἀνθρωπίνη ἡμέρα*, h. l. iudicium humanum. *Ἀλλ᾽ ἐδὲ ἐμαυτὸν ἀνακρίνω*, nec memet ipse probo.

4. Ὀυδὲν (*κακόν*.) Δικαιόω, absolvo. *Ἐν τέτω*, propterea. *Δεδικαίωμαι* pro *δίκαιός εἰμι*. B. *Ὁ δὲ ἀνακρίνων* dicitur de eo, *qvi ius iudicandi habet*. *Ἀνακρίνειν* v. 3. 4. semper est in emphasi. Nam primum *ἀνακρίνεσθαι* est: iudicio alicuius probari; deinde *ἀνακρίνειν* est: sibi ius iudicandi, probandi sumere; tertio: ius iudicandi habere, seu recte iudicare posse. Ita si simpliciter intelligas *iudicare*, sensus frigidus, nec contextui universo aptus existit. E. I. p. 72.

5. Τὰ κρυπτὰ τε̃ σκότες pro *ἐν σκότει*. B.

6. Μετασχηματίζω frigurate transfero. *Διὰ*, propter. *Γέγραπται*, a) *κατ᾽ ἐξοχὴν* denotat: scriptum est in sacris litteris; b) qvam modo scriptum est in his litteris a me. R. *Ἐν ἡμῖν*, nostro exemplo. *Φρονέω*, sapio. *Ἵνα μὴ φυσιε̃σθε εἷς ὑπὲρ τε̃ ἑνὸς*, ne alius prae alio se efferat. *Ἵνα* h. l. cum Indicativo construitur, qvod rarum est. *Κατὰ τε̃ ἑτέρε*, in damnum alterius.

7. Διακρίνω, praestantiorem aliqvem caeteris reddo, praefero. Sic *secernere populo* est apud Horatium.

8. Ἐβασιλεύσατε pro *βασιλεύσαιτε*, utinam reges et potentes essetis. His verbis inest reprehensio; ironice enim fastum Corinthiorum excipit. *Saturitatis* et *ditationis* voce metaphorice scientiae salutis abundantia, *regni* vero voce summus vigor et felicitas notatur. Gl. 910.

9. Ἔσχατοι, vilissimi. *Ἀπέδειξε*, reddidit. *Ἐπιθανάτιος*, ὁ, ἡ, morti destinatus. *Θέατρον*, h. l. *metaphorice* homo, qvi omne ignominiae suppliciiqve genus patitur. Sic saepius apud Plautum legitur:

tur: *aliqvem ludos facere.* Verba Paulli non intelligenda ſunt de pugna cum beſtiis ineunda, ſed ex more Graecorum, qvo homines malefici in theatris non ſolum ignominiae cauſſa exhibebantur, ſed ſupplicio etiam afficiebantur. Kr.

10. Μωϱοί. O. 16. Διὰ, propter. Ἐν Χϱιςῷ, in Chriſtiana religione. Ὑμεῖς — Χϱιςῷ, vos autem prudentes Chriſtiani (vobis et aliis) eſſe videmini. Eruditionis nomine vos iactatis. R.

11. Γυμνητεύω, male veſtitus ſum. J. in voce γυμνός. Ἀςατέω, incertis ſedibus vagor.

13. Πεϱικάθαϱμα, purgamentum, de homine nullius pretii ſic dicitur. Πεϱίψημα, ſordes deterſione et frictione detractae, i. e. homines abiectiſſimi. De victima diris devota explicat Deyling. Obſ. P. I. 18.

14. Ἐντϱέπων pro ἐντϱέψων, ut vos confundam.

15. Ἐν Χϱιςῷ, in religione Chriſtiana.

17. Τέκνον — ἐν Κυϱίῳ, dilectus et fidelis diſcipulus, qvi filii inſtar meis conſiliis obſeqvitur, et doctrinam a me traditam fideliter retinet. Ὁδὸς ἐν Χϱιςῷ, ratio Evangelium docendi.

18. Ὡς μὴ ἐϱχομένȣ μȣ, qvaſi non ſim venturus. *Praes.* pro *Fut.*

19. Γνώσομαι, cognoſcam, i. e. experiar, qvam fortes ſint in fide, qvem habeant zelum, qvam efficaciter Spiritus S. ſe in illis exſerat. Λόγος, *dicta* et δύναμις *res*, *facta*, ſibi invicem opponuntur. Experiar, non hoc, utrum ſint illi inflati me diſertiores, ſed utrum plus effecerint, qvam ego.

20. Ὀυ γὰϱ — δυνάμει, non enim in dictis cernitur religio, ſed in factis doctorum et efficacia doctrinae.

21. Ῥά-

21. Ῥάβδος, ἡ, virga, baculus. Ἐν ῥάβδῳ; cum ſeveritate et acerbitate. Πρᾳότης, lenitas. *Sens:* an ut paedagogus ſeverus veniam, an ut bonus pater.

CAP. V.

1. Ὅλως, omnino. Ἀκȣέται, rumor exiit, inter vos ſcortationem reperiri. Ὀνομάζεται, nominatur, i. e. fit, reperitur, uti נִקְרָא qvod Alexandrini interpretes per συμβαίνει exprimunt. Poteſt etiam per μείωσιν explicari, ut dicatur minus, et plus intelligatur. Ne nominatur qvidem, ſc. nedum ut perpetretur et nefarie exerceatur. Sic Ier. 18, 13. qvis audivit talia? nedum fecit. Gl. 223. Tale probrum, dicit Apoſtolus, etiam in gentilibus non reperiri i. e. vix reperiri. Vere. Cic. pro Cluentio 5, 6. Nubit genero ſocrus, nullis auctoribus, funeſtis ominibus omnium. O mulieris ſcelus incredibile, et praeter hanc unam in omni vita inauditum! R. Ὥστε — ἔχειν, adeo ut inter vos aliqvis cum patris coniuge, cum ſua noverca, rem habeat. Ἔχειν, rem habere cum muliere. Patris uxor plerumqve Hebraeis eſt noverca, ut Lev. 18, 8.

2. Οὐκ ἐπενθήσατε, non lugentes id egiſtis, ut.

3. Ὡς ἀπὼν τῷ σώματι, tanqvam abſens corpore, i. e. vere abſens; nam particula comparativa ὡς, uti Rom. 15, 15. pro re *vera* et *certa* ponitur. B.

4. Ἐν τῷ ὀνόματι Κυρίȣ ἡμῶν, iuſſu Domini noſtri. J. C. Σὺν τῇ δυνάμει — Χριςȣ̃, per auctoritatem, qvam mihi tradidit Ieſus Chriſtus.

5. Ὁ ὄλεθρος, h. l. caſtigatio. Apoſtoli habuerunt hanc vim, ut incuterent hominibus improbis morbos.

6. Οὐ καλὸν — ὑμῶν, vana eſt veſtra gloriatio.

7. Σὰρξ,

7. Σὰρξ, corpus. Ἐκκαθάρατε τὴν ζύμην, expurgate fermentum, i. e. vos ab eo. Eſt hypallage, cum tribuitur aliqvid ei, cui tribuendum non erat, ut ad alterum revocari debeat, tanqvam ad verum dominum, cui ablatum erat. B. Ζύμη eſt vitium qvodlibet. Hebraei per ζύμην intelligunt metaphorice omne illud, qvod alia corrumpendi vim habet. Καθώς ἐςε ἄζυμοι, ſiqvidem vos eſſe debetis puri. Πάσχα, h. l. agnus paſchalis.

8. Ἄζυμος, purus a vitiis. Ἑορτάζειν igitur non eſt: *diem feſtum celebrare;* haec enim eſſet propria ſignificatio, cum reqviratur tropica; ſed *Deo ſervire, Deum colere, Chriſtianum eſſe*, ita ſcilicet, ut ab omnibus priſtinis vitiis puri ſimus et eum vera ſanctitate colamus. Vid. S. V. E. I. de dictione tropica iudicanda et interpretanda p. 66. Μὴ ἐν ζύμῃ — ἀληθείας, non cum fermento improbitatis, ſed cum azymis virtutis, i. e. non cum improbitate, qvae ſit qvaſi fermentum, ſed cum virtute, qvae vera ſint azyma. Genitivus explicat. O. 8. B.

9. Ἐν τῇ pro τινί. Apoſtolus intelligit priorem qvandam epiſtolam, qvae iniuriae temporum perdita eſt. Συναναμίγνυμι, ſimul commiſceo. Συναναμίγνυμαι, commercium habeo.

10. Πόρνος τȣ̃ κόσμȣ, ſcortator inter gentiles. Ἐπεὶ, alioqvi.

11. Ἀδελφὸς, Chriſtianus. J. Ὁ λοίδορος, conviciator, maledicus. Μέθυσος, ὁ, ἡ, ebrioſus. Obſervante Strigelio non *actionem* tantum ſignificat, uti vox *ebrius*, ſed *habitum*. Μηδὲ συνεσθίειν, ne epulas communes habeatis cum adeo vitioſis Chriſtianis, qvod minimum eſt inter amicitiae ſigna. De ſacra coena non loqvitur Apoſtolus. R.

12. Τί μοι (μέλει;) qvid ad me attinet? qvid mea refert? Οἱ ἔξω (ὄντες,) gentiles.

13. Καὶ, igitur pro ἓν. Ἐξαρεῖτε — ἐξ ὑμῶν, igitur tollatis malum e communione veſtra.

CAP. VI.

1. Τολμᾷ. O. 26. Πρᾶγμα (δικανικὸν) ἔχων, negotium habens forenſe ſ. iudiciale. B. Ἄδικοι, h. l. gentiles. Ἅγιοι, h. l. Chriſtiani.

2. Τὸν κόσμον κρινοῦσι, improbitatem hominum malorum damnant ſc. ſuo exemplo, vel iuſtam ſententiam ferunt de improba aliorum hominum vita. O. 1. Ἐν ὑμῖν, apud vos, in veſtro conſeſſu, per vos. Κριτήριον, tribunal, h. l. cauſſa, controverſia in iudicio diſceptanda.

4. Κριτήριον ἐλάχιστον, cauſſae leviſſimae. Βιωτικὸς, ſecularis, ad hanc vitam pertinens. Ἐξουθενημένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, communionis eccleſiae expertes. Exprimitur hebraicum אֵין חֵלֶק. Reprehendit Apoſtolus Corinthios, qvod non ex Chriſtianis, ſed ex ethnicis ſibi eligerent litium ſuarum arbitros. Ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, iudicio eccleſiae. R. Καθίζω, h. l. conſtituo iudicem.

5. Πρὸς ἐντροπὴν, ad pudorem incutiendum. Οὕτως, adeo. Σοφὸς, prudens. Διακρίνω, iudicem ago. Ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, inter fratres ſuos. *Hebr.*

6. Ἀδελφὸς, Chriſtianus. Κρίνεται, controverſiam habet. Ἐπὶ, ſub, apud. Ἄπιστος, gentilis.

7. Ἥττημα, vitium. Κρίμα, controverſia. Διὰ τί — ἀδικεῖσθε, qvidni iniuria afficimini, i. e. *ſinitis* vos laedi, toleratis. O. 12. ζ. Ἀποστερεῖσθε, qvidni ſinitis damno vos affici.

9. Μα-

9. Μαλακὸς, mollis h. l. *metaph.* homo impurus, libidinoſus. Ἀρσενοκοίτης, qvi cum maribus concumbit. Κληρονομέω, conſeqvor. J.

11. Καὶ ταῦτά τινες ἦτε, et tales ex parte fuiſtis. Ταῦτα pro τοιοῦτοι. Ἀπολούω, abluo. Med. ἀπολούομαι, curo me abluendum. Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, beneficio Domini Ieſu.

12. Πάντα μοι ἔξεστι, omnia mihi licita ſunt, ſc. qvae ad ritus externos et cibos ſpectant. Ἐξουσιάζω, poteſtatem habeo. Ἐξουσιάζομαι, ſub poteſtatem redigor, h. l. non patior ſ. permitto me redigi. O. 12. ζ.

13. Τῇ κοιλίᾳ, ventri (deſtinati ſunt) i. e. ut cibi corpus alant, et venter deſtinatus eſt, ut eos concoqvat. Veniet autem tempus, qvo cibi erunt inutiles, qvo Deus uſum iſtarum partium abolebit. Οὐ τῇ πορνείᾳ, non (debetur) ſcortationi. Καὶ ὁ Κύριος τῷ σώματι, a) Dominus pertinet ad corpus, ſc. ut per illud glorificetur; b) Dominus corpori ſc. inſervit, et eius ſalutem procurat; nam reſuſcitabit et glorificabit corpora noſtra, ut ſtatim dicit. R.

16. Εἰς σάρκα. O. 39.

18. Πᾶν ἁμάρτημα, plurima peccata.

19. Οὐ pro ὅ. O. 11.

20. Τιμῆς, pretio magno. O 3. Δοξάσατε, glorificare debetis. O. 12. β.

Cap. 6, 20. Verba: καὶ ἐν τῷ — Θεοῦ abſunt a codicibus optimis, verſionibus nonnullis et Patrum ſcriptis bene multis, Latinis fere omnibus. Griesb.

CAP. VII.

1. Καλὸν, melius est pro ratione temporum, ut infra e vers. 26. apparet. O. 10. Ἅπτομαι, tango h. l. de concubitu et negotio coniugali accipitur. Sic Latini dicunt: *rem uxoriam attingere.* E.

3. Ἔυνοια, benevolentia, h. l. debitum coniugale.

4. Ὀυκ ἐξεσιάζει, non habet ius plenum atqve integrum.

5. Μὴ ἀποςερεῖτε — καιρὸν, nolite subtrahere vos invicem, nisi id fiat ex mutuo consensu temporis caussa. Πρὸς καιρὸν, ad tempus (breve.) R. Σχολάζω, vacò. Ἀκρασία, incontinentia. Si una pars non possit diutius ferre abstinentiam a matrimonii usu.

6. Συγγνώμη, permissio. Non praecepi, sed svasi. Ἐκ pro ἀπὸ, a.

7. Ὡς καὶ Ἐμαυτὴν, ut ego, sc. qva continentiam.

8. Ἄγαμος, ὁ, ἡ, caelebs, qvi uxorem nondum duxit, vel qvae nondum nupsit. Καλὸν pro κρεῖσσον, melius est.

9. Ἐι ὀυκ ἐγκρατεύονται, si non continent se, i. e. si non possunt se continere. O. 12. α. Κρεῖσσον — πυρῦσθαι, melius est nubere, qvam uri, h. e. bonum est nubere, sed non bonum est aestu libidinis vexari s. flammis libidinum succumbere. Pro negativo adverbio comparativa particula ponitur. Gl.

10. Μὴ χωρισθῆναι, non separare se ipsam. Χωρισθῇ, qvodsi separaverit se. Scriptores hebraizantes ad coniugationem Hithpael exprimendam non possunt nisi verbis passivis et mediis uti. Gl. O. 18.

12. Ὀι-

Cap. 7, 3. Pro ὀφειλομένην ἔυνοιαν S. R. Griesb. in textum recepit ὀφειλήν.

12. Ὀικέω conſtructum cum μετὰ ſignificat: vivo cum aliqvo more coniugum.

14. Ἡγίαςαι. J. Separatur enim ab ethnicis. E. Ad propiorem cum Deo et vero eius cultu accedit coniunctionem. Sic explicat haec verba S. R. Moſche: deſinit qvodammodo eſſe profanus et habet faciliorem aditum ad ius civitatis Dei. Sanctum opponitur profano. R. Ἀκάθαρτα, gentiles. Ἅγια, cives eccleſiae, Chriſtiani. J. Scilicet Deus ad educationem liberorum opitulatur parti meliori, cuius exemplum habemus in Timotheo.

15. Χωρίζομαι, ſeparo me. Χωριζέσθω, ſeparari licet. Imperativus permiſſive exponendus eſt. Ἐν τοῖς τοιȣ́τοις, his conditionibus. Ἐν pro εἰς. Ἐν εἰρήνῃ, ad pacem ſc. colendam. Δȣλόω, in ſervitutem redigo. Paſſiv. h. l. teneor. Ἐν, per.

16. Ἀδελφὸς, Chriſtianus. Σώσεις, occaſionem praebebis ſalutem conſeqvendi. Gl. O. 12. ς.

17. Ἐι μὴ, h. l. pro ἀλλὰ, ſed, caeterum. Μερίζω, tribuo ſortem et conditionem. Ὡς κέκληκε, qvo ſtatu vocavit. Περιπατέω, vivo. J.

18. Ἐκλήθη, Chriſtianus factus eſt. Μὴ ἐπισπάσθω (ἀκροβυςίαν,) ne attrahat praeputium, ne affectet gentiliſmum. Arte medica aliqvi detrahere ſolebant praeputium.

19. Ὀυδέν ἐςι, non valet aliqvid. Ἀλλὰ τήρησις ἐντολῶν Θεȣ͂ (ἐςί τι.)

20. Κλῆσις, ἡ, conditio. (Ἐι) δȣ͂λος ἐκλήθης.

21. Μή σοι μελέτω, ne id tibi curae ſit, noli id aegre ferre. Μᾶλλον χρῆσαι, libenter utere occaſione.

22. Ἀπελεύθερος, liber, idem qvod ἐλεύθερος. Κυρίȣ, qva Dominum. Χριςȣ͂, qva Chriſtum i. e.

in religione Chriſtiana. Genitivus abſolute pro *quod attinet*, περὶ, εἰς, κατὰ ponitur. B. Ph. p. 23.

23. Τιμῆς, pretio magno. O. 3.

24. Παρὰ τῷ θεῷ, velut ſic Deo regente.

25. Γνώμη, conſilium. Ὡς — πιςὸς εἶναι, Deus mihi hoc beneficium tribuit, ut eſſem fidus adminiſter et interpres Evangelii. Infinitivus explicandi vim habet. B.

26. Καλὸν, melius. Ἀνάγκη, afflictio. J. Ὅτι h. l. eſt particula explanativa: *ſcilicet*. Οὕτως εἶναι h. l. ſignificat *caelibem eſſe*. Reſpicit Apoſtolus vel ad praecedentia v. 8. vel ad qvaeſtionem ſibi propoſitam.

27. Λύσις, diſſolutio.

29. Καιρὸς συνεςαλμένος, tempus contractum, i. e. breve. Τὸ λοιπόν ἐςι, maxime praecipuum eſt hoc, in qvod nobis eſt elaborandum, ut. Λοιπὸν ad imitationem vocis יֶתֶר *excellentiae* notionem h. l. exprimere videtur.

31. Καταχράομαι, idem ſignificat qvod χράομαι. O. 2. B. diſſentit vid. Ph. Thuc. p. 219. Παράγει poſitum eſt pro παράγεται. Σχῆμα τȣ̃ κόσμȣ παράγει, idem qvod κόσμος παράγεται, uti 1 Ioh. 2, 17. E. Opp. P. II. 241.

33. Τὰ τȣ̃ κόσμȣ (ὄντα πράγματα,) qvae ad praeſentem vitam in coniugio tranſigendam neceſſario reqviruntur.

34. Μεμέρισαι ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος, diverſis ſunt ſtudiis uxor et virgo. Μεριμνᾷ (μᾶλλον ſ. μάλιςα. B.)

35. Ὁ βρόχος, laqveus. *Sens:* non ut vobis vim inferam, non ut vos cogam. Εὐπρόσεδρος, apte adhaereſcens. Ἀπερισπάςως, ſine diſtractione. Adiectivum pro verbo poſitum eſt. Πρὸς τὸ εἶναι — vel

πρὸς

πρὸς τὸ εὐσχημονεῖν καὶ εὐπροσεδρεῖν, ut faciamus decora et grata, vel ſimus decori et grati. B.

36. Ἀσχημονεῖν, non bene convenire. Παρθένος ὑπέρακμος, virgo, qvae ſupergreſſa eſt florem aetatis, qvae ultra annos nubiles innupta manet. Ποιείτω, licet facere. Γαμείτωσαν, licet, matrimonio iungantur. Non imperatur, ſed permittitur.

37. Ἑδραῖος pro ἑδραίως. Ὅς δὲ — καρδίᾳ, ſi qvis vero animo ſibi ſatis conſtat. Opponitur phraſis haec animi levitati et inconſtantiae. Τοῦ τηρεῖν pro ὥστε τηρεῖν.

38. Ἐκγαμίζω, nuptui colloco.

39. Ἐλευθέρα — γαμηθῆναι, libera eſt nubere, i. e. libertatem habet, ut poſſit, cui velit, nubere. Explicandi vim habet Infinitivus. B. Μόνον ἐν Κυρίῳ, ne autem cultus divinus et religio eius detrimentum capiat. Modo ſit Chriſtianus maritus, qvem ſibi eligit.

CAP. VIII.

1. Περὶ τῶν εἰδωλοθύτων (νῦν γράφω.) Veriſimile eſt, de hac ipſa etiam re retuliſſe Corinthios litteris ſuis. R. A verbis ὅτι πάντες usqve ad verba v. 3. ὑπ᾽ αὐτοῦ parentheſis eſt. E. Πάντες, pleriqve, omnes. Γνῶσιν ἔχομεν, (λέγομεν, vel εἰσὶν οἱ λέγοντες. B.) Γνῶσις, intelligitur h. l. in primis *ſcientia de vanitate Deaſtrorum;* male qvidam de Gnoſticis interpretati ſunt. Ὅτι, nam. Οἰκοδομέω, h. l. emendo.

2. Δοκεῖ. O. 26. Εἰ δέ τις δοκεῖ εἰδέναι, ſi qvis cognitionem habet, ſupple: *ſed ſine amore*, et v. 3. Εἰ δέ τις ἀγαπᾷ τὸν θεὸν, ſupple: *et ſimul rectam cognitionem habet.* Ἔγνωσται, probatur ei, placet. J. Eſt enim alluſio ex ambiguitate vocabuli, uti Rom. 14,13.

ubi κρίνειν eſt, a) damnare; b) decernere, curare. E. N. B. I. 510. B. Ph. 225.

5. Καὶ γὰρ εἴπερ, qvandoqvidem.

6. Ἐις αὐτὸν, ad ipſum, i. e. ad illuſtrandam gloriam ſuam ſ. melius, *in ipſo*, ut referatur ad conſervationem et providentiam divinam. Ἐις et ἐν ſaepe alternant.

7. Πᾶσίν (ἐςι.) Τινὲς δὲ — ἐσθίεσι, qvidam vero iudicantes idolum aliqvid eſſe, qvaſi idolis ſacrificatum comedunt.

8. Περισσεύομεν, gratiores et meliores ſumus coram Deo. Ὑςερέμεθα, viliores erimus.

9. Ἐξεσία, libertas. Per metonymiam h. l. eſt libertatis uſurpatio. R.

10. Ἐιδωλεῖον, τὸ, idoleum, delubrum, in qvo idola adſervantur. Ὀικοδομηθήσεται, a) proficiet, ſed in deteriorem partem. Kr. b) *incitabitur*, *movebitur*, ſine ulla notione τῆς οἰκοδομῆς. Bauerus V. C. hanc figuram vocat *implicitum pleonaſmum notionis acceſſoriae*, qvae modum et agendi certam rationem complexa conſiderari non debeat, ſed redundet. Ph. 216.

11. Καὶ, ita ut. Ἐπὶ, propter.

12. Τύπτω, vulnero. Ἐις, contra.

13. Διόπερ, qvapropter.

CAP. IX.

1. Ἔργον, opus. Cf. ſupra Cap. 3, 9. h. l. diſcipulus. Ἐν Κυρίῳ, qvoad per me Chriſtiani facti eſtis.

2. Ἐι

Cap. 8, 5. Ἐπὶ τῆς γῆς. Articulum τῆς V. Griesb. omittit. Diſſentit E. B. N. IV. 103.

2. Ἐι ἄλλοις — εἰμὶ, ſi alii non cognoverunt me Apoſtolum eſſe; at vos intellexiſtis. O. 16. Ἀλλά γε, tamen. Σφραγὶς, ſigillum, *metaph.* alicuius rei confirmatio.

3. Τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσι, qvi ius iudicandi ſibi ſumunt et me reprehendunt. O. 3.

4. Φαγεῖν καὶ πιεῖν, veſcendi et bibendi (eccleſiae ſumtu.) Hoc niſi ſubintelligatur, inepta erit oratio. Subintelligendum autem eſſe, ſeqvens Apoſtoli διήγησις oſtendit.

5. Ἀδελφὴν, Chriſtianam. J. Περιάγω, habeo. O. 2. γ. nempe ſumtu eccleſiarum, ut fieri ſolebat. Γυνὴ, uxor.

6. Τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι, ut nobis qvoqve liceat a laboribus iis abſtinere, qvi victus qvaerendi cauſſa ſuſcipiuntur.

7. Τίς — ὀψωνίοις, qvis militat ſuo ſtipendio.

8. Μὴ — λαλῶ, num haec humanis exemplis tantum confirmo.

9. Φιμόω, capiſtro. Ἀλοᾶν dicuntur boves, qvum grana ex ariſtis exterunt pedibus. Μὴ τῶν — Θεῷ; num Deus boum (tantum) curam habet? an propter nos haec dicit?

10. Ἐπ' ἐλπίδι, propter ſpem. Καὶ ὁ ἀλοῶν (ὀφείλει) τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν ἐπ' ἐλπίδι, et qvi triturat debet percipere fructum, qvem ſperaverat, propter ſpem, ne ſcilicet fruſtra ſperarit, et operam ſumtumqve impenderit. Pro *materia*, qvod *obiectum* vocant, *opus* ponitur, uti Rom. 8. 24. B. Ph. 252.

11. Σπείρω, diſtribuo. Μέγα pro θαυμαστόν (ἐστι.)

12. Ἐξουσία, h. l. bona. Τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ, hoc iure. Ἐγκοπὴ, impedimentum.

13. Προσεδρεύω, affideo, h. l. vaco alicui rei, miniſtro. Reſpondet hac notione voci קָרַב. Συμμερίζομαι, una partem accipio.

15. Κενόω, detraho alicui rei vim inſitam, eripio.

17. Ἑκὼν, libens, qvi ſponte aliqvid facit. Ἄκων, invitus. Ει δὲ ἄκων (ποιῶ,) ſi invitus doceo: ſupple: *nihilo ſecius vel invito faciendum eſt*, nam procuratio mihi credita eſt. Relatae ſc. propoſitiones e poſitis ſupplendae. B. Οικονομία, adminiſtratio (verbi divini) h. l. munus apoſtolicum. Paſſivum πιςεύομαι, concreditur mihi, cum Accuſativo conſtruitur.

18. Ἀδάπανος, ὁ, ἡ, ſine impenſis, gratuitus. Θήσω, faciam. Reſpicitur verbo τιθέναι ad artifices et ſtatuarios, qvi proprie dicuntur *opera ponere.* Ἐξουσία, h. l. ius poſtulandi victum ab aliis, qvo iure ipſe non utebatur.

19. Ὢν, *qvamvis* eſſem. O. 22. Ἐκ a) pro ἀπό. B. b) S. V. Erneſti monet, ἐκ πάντων non referendum eſſe ad antecedens ἐλεύθερος ὢν, nam hanc vocem non ἐκ, ſed ἀπὸ ſeqvi: ſed ἐκ h. l. circumſcribere adverbium, et ἐκ πάντων igitur vertendum eſſe: omni modo. Δουλόω, ſervum facio; ἐδούλωσα, laboravi in docendo, tanqvam omnium ſervus eſſem.

20. Νόμον (ἐστιν) ὑπὸ νόμον (ὢν.) Sciebat nempe Paullus legem Moſaicam non amplius valere; qvia vero plurimi ex Iudaeis magni faciebant legem Moſis, et facilius admittere videbantur doctrinam Chriſti, ſi Moſi ſuus ſervaretur honos, ideo Paullus horum cauſſa rediit qvaſi ad Iudaicam vitae externae conditionem; admiſit circumciſionem et alia.

21. Τοῖς ἀνόμοις, gentilibus. Μὴ ὢν, qvamvis non ſim. Θεῷ, qva Deum. Χριςῷ, qva Chriſtum. Apoſtolus Dativum freqventat pro *qva, reſpectu, quod attinet.* Paullus ait ſe eſſe liberum, qva humanas opi-

niones

niones et legem caerimoniarum, ſed Deo et Chriſti formulae adſtrictum. B.

23. Ἵνα — γένωμαι, ut meae partes ſint praecipue in propagando Evangelio. S. R. Semlerus.

24. Στάδιος et ςάδιον, ſtadium, h. l. locus curſus, ſ. certaminis.

25. Ἀγωνιζόμενος pro ἀγωνιςὴς, certator, athleta. (Κατὰ) πάντα ἐγκρατεύεται, qva omnia continentem ſe praebet.

26. Τοίνυν, igitur. Ὡς οὐκ ἀδήλως, a) pro ἀδήλου ὄντος, ut non ſit obſcurum, cuius ſc. rei cauſſa curram. B. Ph. 116. b) ita curro, ut conſpiciar, ut appareat me proficere. Ita Virgilius: Niſus emicat, h. e. conſpicitur eius vis et celeritas. E. Πυκτεύω, pugilem ago, certo. Ὡς οὐκ ἀέρα δέρων, ſic vero pugno, non ut aerem verberem, i. e. non ut inanem operam inſumam.

27. Ὑπωπιάζω, affligo. Δουλαγωγέω, in ſervitutem redigo, h. e. ut ſervum non liberaliter, ſed duriter tracto. Ἀδόκιμος, reprehenſionis obnoxius.

CAP. X.

1. Οὐ — ἀγνοεῖν, maxime volo et cupio vos conſiderare, qvod dico. Gl. Οἱ πατέρες ἡμῶν, Paullus in hunc modum loqvi potuit, qvoniam omnium eccleſiarum Chriſtianarum inter gentiles baſis erant Iudaei. Cf. Actor. 13, 46. E. B. N. I. p. 514. Ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, ducem habuerunt nubem. Ὑπὸ τὴν νεφέλην pro ὑπὸ τῇ νεφέλῃ. Ὑπό τινι Graecis eſt *alicuius ductu, auſpiciis, comitatu.* R.

2. Εἰς

Cap. 10, 1. Pro δὲ S. R. Griesb. in textum recepit γάρ.

2. Ἐις τὸν Μωσῆν, a) in Mosen, h. e. ut confiterentur eam religionem esse veram, qvam Moses docuit. Kr. b) Ad obseqvium Mosi praestandum obligati sunt. Utitur Apostolus verbo ἐβαπτίσαντο, qvia apud Christianos et Iudaeos eius temporis adhibebatur baptismus ad obligationem efficiendam. Similitudo vero caerimoniae et modi hoc verbo non exprimitur. R.

3. Πνευματικὸς, h. l. coelestis, perfectus, miraculo divino datus.

4. Ἔπιον — πέτρας, biberunt e rupe mystica, qvae eos seqvebatur. Substantivum diverso sensu bis intelligendum. Qvatenus e petra bibisse dicuntur; sane corporea et terrena erat rupes: qvatenus autem *secuta* eos dicitur, vel Christus intelligendus, vel aqva e rupe manans per desertum. B. Ἀκολȣθεῖν h. l. est *comitari*. Ἐκ denotat caussam efficientem, ut Matth. 21, 25. Ioh. 1, 13. Ἔπινον — Χριςὸς, hunc potum acceperunt a petra summa eos comitante, nempe Messia. Messias comparatur cum petra, ad qvam securitatis caussa confugitur. Cf. Deut. 32, 4. 15. 18. 31. R.

5. Γαρ, ideo. Τύπος, exemplum.

6. Ἐις, ita ut. Ὁ ἐπιθυμητὴς, cupidus, qvi alicuius rei desiderio tenetur.

7. Ἐιδωλολάτρης, idololatra, h. l. qvi convivia ethnicorum sacra, qvae sunt idololatrica, freqventat. Παίζω, a) idololatriam committo. Kr. J. b) Observante R. et Loesnero de saltatione intelligi debet. Cf. Exod. 32, 18.

9. Ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο, a serpentibus perierunt, i. e. occisi sunt. Gl.

10. Γογγύζω, qverulus sum. Ὀλοθρευτὴς, exterminator, qvi perniciem affert.

11. Τύποι, exemplorum instar. Τέλη τῶν αἰώνων, a) termini duorum mundorum sc. mundi huius sic

vocan-

vocantur tempora Veteris Teſtamenti) et mundi futuri (qvo nomine indigitantur tempora Meſſiae.) Paullus homines ſuo tempore viventes ita deſcribit, qvoniam termini duorum mundorum ſc. Veteris et Novi Teſtamenti ſibi tunc erant vicini. Kr. b) ultima tempora. R.

12. Δοκῶν. O. 26. Ἀνθρώπινος, h. l. exilis, levis. Cf. 2 Sam. 7, 14.

13. Πιςὸς, benignus. J. Ἔκβασις, ἡ, evaſio. Evadit autem, qvi tentationem vincit. Τῦ, h. l. articulus poſitus eſt pro ὥςε cum Infinitivo.

16. Ποτήριον τῆς εὐλογίας, calix ille, ex qvo gratiis actis bibimus. Εὐλογία et εὐχαριςία ſunt ſynonyma. J. Κοινωνία ἐςὶ, efficit nos participes. Haec interpretatio eſt conſentanea Graecae lingvae et contextui, at non poteſt proferri exemplum ex vllo ſcriptore Graeco, ubi panis dicatur *eſſe* communio, etiam nulla ex Scriptura S. poſſunt proferri exempla. E. Τὸν ἄρτον pro ὁ ἄρτος. O. 11.

17. Ὅτι εἷς — ἐσμὲν, ut igitur unus eſt panis ille; ita nos omnes unum ſumus corpus. Eſt autem unitas illa panis in ſacra coena intelligenda ratione uſus ſacramentalis eiusdem, uti et ratione ὁμογενείας et materiae. Gl.

18. Κατὰ σάρκα, natione. Diſtingvit Iudaeos nondum ad Chriſtum converſos a Chriſtianis ex Iudaeis, ſeu Iſraelitis κατὰ πνεῦμα. Alio exemplo utitur, ut oſtendat, Chriſtianos, qvi Gentilium ſacris epulis intereſſent, in ſocietatem venire cultus idololatrici.

21. Ὀυ δύνασθε, non poteſtis, h. e. non rite poteſtis, ita ut Deo probetur et vobis proſit. O. 13. Ποτήριον δαιμονίων, vinum Diis libatum. Cf. Aeneid. VIII. 273.

22. Παραζηλῦμεν, an ad iram provocare voluerimus. O. 12. γ.

23. Πάντα, omnia, ſc. qvae ad ritus externos et cibos ſpectant. Οἰκοδομέω, emendo.

24. Μηδεὶς — ἕκαςος, nemo debet ſpectare delectationem ſuam, ſed potius aliorum utilitatem. Μάκελλον, macellum. Vox eſt Graeca ex latina. Plutarchus explicat per κρεωπώλιον, locum, ubi carnes venduntur.

25. Ἀνακρίνω, qvaero.

26. Πλήρωμα, illud, qvod implet aliud, vel alio continetur, res, qvae ſunt in terra.

29. Ἵνα τί — εὐχαριςῶ. Hae qvaeſtiones ſunt obiectiones, ad qvas reſpondetur v. 31. et 32. Sed facienda ſunt omnia in honorem Dei, atqve ita vos gerere debetis, ut neminem offendatis.

30. Χάριτι, non ad μετέχω referendum eſt, ut ſenſus ſit: ſi particeps ſum gratiae ſ. beneficii divini, id enim eſſet χάριτος μετέχειν. Sed χάριτι reddendum eſt: beneficio divino, dante Deo pro benignitate ſua. E. Opp. 280. Τί βλασφημῦμαι; qvid graviter reprehendor?

32. Ἀπρόσκοπος, h. l. non offendens, ſed Act. 24, 16. notat, *non offenſus*. Hoc enim Adiectivum active et paſſive uſurpatur.

33. (Κατὰ) πάντα, in omnibus rebus. Ἀρέσκω, placere conor. O. 12. δ.

CAP. XI.

1. Παράδοσις, praeceptum, conſilium.

3. Κεφαλὴ, inpropriе eſt *Dominus*, aut qvi maiori utitur auctoritate. Qvum Deus pater Chriſti caput

Cap. 10, 28. Verba: τῦ γὰρ Κυρίȣ — αὐτῆς abſunt a melioribus codicibus, verſionibus nonnullis et Latinorum multis citatis. Ideo S. R. Griesb. ea omiſit.

caput esse hic dicitur, hoc referendum est ad novam eam Christianorum societatem, qvam Christus Dei patris auctoritate instituit. Eph. 1, 22. Non igitur h. l. disputandum de essentiali Christi divinitate, de qva Paullo non est sermo, sed de *Christo* loqvitur, qvod nomen praecipue hominem illum Dei legatum indicat; nam qvod vulgo dici solet, Christum esse nomen utriusqve naturae, non simpliciter est verum, nec usui plerorumqve antiqvorum conveniens. R.

4. Προφητεύω, h. l. divinas laudes cano, ut Hebraeorum הִתְנַבֵּא, Exod. 15, 20. 1 Reg. 18, 29. Κατὰ κεφαλῆς ἔχων (κάλυμμα,) si habet tectum caput. Καταισχύνω, ignominia afficio.

5. Ἀκατακάλυπτος, non velatus, nudus. Ἓν — ἐξυρημένῃ, una eademqve est cum tonsa, pro μία καὶ ἡ αὐτή. *Sens:* nihil enim differt eiusmodi mulier a rasa. Erat autem olim poena praecipue meretricum et adulterarum, ut raso capite et abscissa coma incederent. E.

6. Οὐ κατακαλύπτεται, non velari debet. O. 24. Κείρασθαι ad occiput, ξυρᾶσθαι vero ad sinciput referri solet.

7. Εἰκὼν καὶ δόξα, imago gloriosa. O. 5. Γυνὴ — ἐστι, mulier vero mariti auctoritatem refert. Imperat enim materfamilias suae familiae, sed viri nomine.

10. Ἐξουσία, velamen. J. E. Cf. Ps. 60, 9. Διὰ τοὺς ἀγγέλους, propter viros sanctos, qvi in V. T. vocantur ἄγγελοι. Gen. 6, 2. Ps. 105, 8. Manna dicitur cibus angelorum i. e. sanctorum, ut sc. modestia et pudicitia earum maritis suis sanctis ipsiqve, qvam profiteantur, religioni sit honori et laudi. Cf. 1 Petr. 3, 1. 2.

11. Πλὴν, caeterum. Χωρὶς, praeter. Χωρὶς γυναικὸς, exclusa muliere. Ἐν Κυρίῳ (εἶναι,) Christianum

num esse. *Sens:* in religione Christiana vir et mulier sunt pares. E.

14. Κομάω, comas alo. Ἀτιμία, dedecus.

15. Δόξα, honestum. O. 1.

16. Δοκεῖ. O. 26. Φιλόνεικος, ὁ, ἡ, litigiosus.

17. Ὀυκ ἐπαινῶ, non laudo, i. e. vehementer reprehendo. Ἐις τὸ κρεῖττον, ad profectum in pietate. Ἐις τὸ ἧττον, ad damnum.

18. Μέρος τι pro κατά τι μέρος, ex aliqva parte.

19. Ἅιρεσις, ἡ, h. l. factio. Δόκιμος, integer.

20. Ὀυκ ἔςι (τῦτο) φαγεῖν, hoc non est coenam dominicam peragere sc. qvalis vos decet; qvia multi e Corinthiis epulandi caussa veniebant, usurpato ad eam rem Christi nomine et instituto.

21. Τὸ ἴδιον δεῖπνον, cibus, qvem qvisqve domo attulerat. Tenendum est post commune convivium celebratam esse coenam dominicam. Προλαμβάνω, ante capio.

22. Ἐις τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν, ubi possitis delectare vos cibis et potibus delicatioribus. Ἐσθίειν et πίνειν emphasin habent adiunctam et significant h. l. cibis et potibus delicatioribus uti.

23. Παραδίδωμι, doceo. J.

24. Κλάσαι ἄρτον, panem distribuere. O. 40. Κλώμενον, fractum dicitur corpus Christi *metaphorice* ob cruciatus, qvos pro nobis sustinuit. Cf. Luc. 22, 19.

26. Ἄχρις ὗ (χρόνυ) ἔλθῃ, redierit. O. 43.

27. Τῦ Κυρίυ ἀναξίως, indigne Domino. Sic ἀξίως τῦ θεῦ, ut dignum est Deo eiusqve cultu 1 Thess. 2, 12.

28. Ἄνθρωπος, qvisqve. J.

29. Κρῖ-

29. Κρίμα, h. l. poena. Διακρίνω, diſcerno. Μὴ διακρίνων — Κυρίȣ, qvod non diſcrimen facit inter corpus Domini et inter communem cibum; qvid interſit non cogitat.

30. Κοιμάομαι, dormio. Ad imitationem vocis שָׁכַב ſignificat etiam mori.

31. Κρίνομαι, punior.

32. Ὑπὸ Κυρίȣ referendum eſt ad κρινόμενοι, non vero ad παιδευόμεθα.

33. Ἐκδέχομαι, (convivio) excipio.

34. Ἵνα μὴ εἰς κρίσιν συνέρχησθε, ne iſti veſtri conventus noxii fiant poenis contrahendis.

C A P. XII.

1. Πνευματικῶν (χαρισμάτων,) qvod attinet ad ſpiritualia, ſc. extraordinaria Spiritus S. dona.

3. Λέγω ἀνάθεμα, maledico. Ἀνάθεμα (εἶναι.) Ἐιπεῖν (εἶναι) Κύριον Ἰησȣ̃ν, dicere Ieſum eſſe Dominum.

4. Τὸ δὲ αὐτὸ πνεῦμά (ἐςι,) ſed idem ſpiritus eſt. Διαιρέσεις χαρισμάτων — ἐν πᾶσι. Notatu digniſſima ſunt, qvae S. R. Koernerus, Interpres Scripturarum Sacrarum longe celeberrimus, in programmate Pentecoſtali a. praet. de nobili hoc loco ſcripſit, cum eo ad vindicandam Spiritus ſancti divinitatem uteretur: Unicum, inqvit, addamus oraculum Paulli, cuius magnam in confirmando animo vim ipſi experti ſumus, nec dubitamus alios eundem nobiscum ſenſum veri vel habuiſſe, vel habituros eſſe, dummodo verba egregia 1 Cor. 12, 4. ſq. attento animo conſideraverint. Qvo in loco vocabulum πνεῦμα nullo modo de virtute qvadam divina in homine conſpicua, aut dono divinitus

collato explicari poteſt. Nihil occurrit in omni Paulli oratione, qvod talem admittat interpretationem, ſingula potius verba eam reſpuunt, et de perſona, qvae eiusdem cum Patre et Filio eſt auctoritatis, Apoſtolum loqvi cuilibet aeqvo lectori perſvadent. Nam ab operationibus divina virtute in hominibus productis aperte diſcernitur iisqve opponitur. Dona ſunt varia, ſpiritus eſt unus idemqve, *χαρίσματα* ſunt effectus varii unius eiusdemqve ſpiritus. *Πάντα ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα* v. 11. Comparationem inſtituit Paullus inter opera, miniſteria et dona, qvorum qvaelibet ſuo tribuit auctori. Eodem modo uti *ὁ αὐτὸς Κύριος* differt a variis *διακονίαις*, *ὁ αὐτὸς Θεὸς* differt a variis *ἐνεργήμασι*, etiam *τὸ αὐτὸ πνεῦμα* a variis *χαρίσμασι* differre Apoſtolus diſerte confirmat. Qvid? qvod eandem eſſe *τοῦ πνεύματος* ad *χαρίσματα* rationem, qvalis ſit *τοῦ Κυρίου* ad *διακονίας* et *τοῦ Θεοῦ* ad *ἐνεργήματα* tota verborum ſeries et orationis concinnitas dubitare haud permittit. Iam vero *Κύριος* et *Θεὸς* ut cauſſae efficientes laudantur, adeoqve et *πνεῦμα* pro cauſſa *χαρισμάτων* effectrice agnoſcendum eſſe patet. Diſtinctam hic nobis a Patre et Filio perſonam Spiritum commendat. Nam per *Θεὸν* Patrem et per *Κύριον* Chriſtum ſeu filium Dei intelligi, qvilibet facile concedit, qvi gnarus ſtili Paullini aliis in locis eadem ratione locutum eſſe Apoſtolum cognovit. Cf. Cap. 8. 6. Eph. 4, 4—6. Qvemadmodum enim *Κύριος* diverſus eſt a *Θεῷ*, ita *πνεῦμα* ab utroqve diſtingvitur, et uti a Chriſto varia miniſteria originem ducunt, ita Spiritus is eſt, qvi aptos reddit atqve idoneos ut miniſterio rite fungi et officium demandatum exſeqvi cum fructu poſſint. Si qvi vero perſtent in opinione Paullo contraria, et pertinaciter defendant, per ſpiritum non niſi vim divinam eſſe intelligendam, videant, qvomodo ſcrupulum ex animo evellant, qvem

verba

verba v. 11. movent: *πάντα ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα — καθὼς βέλεται.* Hic voluntas et arbitriun tribuitur *πνεύματι.* Qvis vero audeat potentiae divinae infinitae ſingularem tribuere voluntatem? anne forte, cuilibet attributo peculiarem aſſignare licet voluntatem? cur enim potentia reliqvis praeferenda? Qvot qvaeſo voluntates in Deo ſtatuendae forent, iis ſi aures praebeamus, qvi ad errorem proni, qvidvis potius abſurdum, qvam verbi divini effata, aſſenſu ſuo digna iudicare ſolent.

6. Ἐνέργημα, effectum miraculoſum.

7. Φανέρωσις, manifeſtatio ſpiritus h. e. Spiritus S.

8. Λόγος σοφίας, facultas prudenter de doctrina Chriſtiana loqvendi aliosqve inſtituendi. Cf. Cap. 2, 6. 7. *Λόγος γνώσεως*, facultas cognitionis rerum divinarum perfectioris. S. R. Semler. Vox *λόγε* inſervit h. l. periphraſi, idqve ex hebraiſmo. *Κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα*, auctore eodem ſpiritu.

9. Πίςις, h. l. fides miraculoſa.

10. Διακρισις πνευμάτων, donum diſcernendi falſos doctores a veris.

11. Διαιρέω, diſpeſco. Per metonymiam antecedentis pro conſeqvente denotat *praebeo, tribuo.* Ἰδίᾳ (*χώρᾳ,*) ſeorſim, ſigillatim. K. b) (*δυνάμει,*) ſua vi.

12. Οὕτω καὶ ὁ Χριςὸς, ſimilis ratio eſt Chriſtianae eccleſiae. Per metonymiam ſubiecti Chriſtus pro myſtico ſuo corpore ponitur.

13. Εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν, in unum corpus initiati ſumus, i. e. ut unum corpus eſſemus. *Πάντες — ἐποτίσθημεν*, omnes potum hauſimus (in ſacra coena) ad unum ſpiritum ſ. ut unus ſpiritum eſſemus.

15. Παρὰ pro *διὰ*, ob, propter.

17. Ὄσφρησις, odoratus, facultas ipſa odorandi.

19. Ἓν μέλος, membrum eiusdem generis.

21. Οὐ δύναται, non debet. O. 13.

23. Ἄτιμος, inhonoratus. Ἀτιμότερος, minus honeſtus. Ἀσχήμων, indecorus, foedum aſpectum habens. Εὐσχημοσύνη, ornatus.

24. Συγκεράννυμι, compono. Τιμὴ, pretium. Deus dedit maius pretium i. e. effecit ut magis neceſſarium eſſet. Carere facilius et ſine iactura vitae poſſumus oculo, manu etc. qvam aliis membris minus honeſtis, per qvae ſecretiones corporis fieri debeant. Τιμὴ h. l. ad neceſſitatem ſpectare videtur, non enim de ornatu hominum, vt vers. 23. ſermo eſt, ſed de Deo ipſo dicitur: dedit τιμήν.

25. Σχίσμα, pugna.

26. Δοξάζεται, honos exhibetur, lautius habetur.

27. Ἐκ μέρους, particulatim. Οὓς μὲν, alios qvidem. Deficit huius apodoſis.

28. Ἔθετο, conſtituit. Δύναμις, is, qvi miracula facit, per metonymiam adiuncti. Ἀντίληψις, opitulatio, ſubſidium h. l. adiutor, homo, qvi auxilium praeſtare poteſt. Κυβέρνησις, gubernatio, h. l. abſtractum pro concreto, ſc. is qvi diſciplinam eccleſiae curat. Γένη γλωσσῶν, poteſtas varias lingvas loqvendi.

31. Ζηλόω, ſector. Δὲ pro οὖν. Ὁδὸς, via, agendi ratio. (Τὴν οὖσαν) καθ᾽ ὑπερβολὴν ὁδὸν, viam optimam.

C A P. XIII.

1. Ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἀγγέλων λαλεῖν, omnes lingvas loqvendi ſummam facultatem habere. Nam vox ἀγγέλου ex hebraiſmo adhibetur ad excellentiam alicuius perſonae ſ. rei

rei indicandam. Χαλκὸς, h. l. vas aeneum. Apud Graecos in proverbium abiit aes Dodonaeum, h. e. pelvis Dodonae imposita columnae, qvam si puer alteri columnae impositus verberaret, ingentem strepitum excitabat. Hinc Δωδωναῖον χαλκεῖον de illis dicitur, qvi multa loqvuntur, re ipsa vero nihil praestant. Ἀλαλάζω, tinnio.

2. Μεθιστάνειν ὄρη, montes transferre. Hanc phrasin Hebraei solent usurpare, cum rem arduam et difficilem volunt significare.

3. Ψωμίζω, nutrio, h. l. buccellas facio, copias meas et singulas particulas pauperibus distribuo.

4. Ὀυδὲν ὠφελοῦμαι, hoc mihi nihil prodesset. Ἀγάπη, homo amore praeditus. Χρηστεύομαι, sum benignus. Ζηλόω, h. l. invideo; οὐ ζηλοῖ, liber est ab invidia. Περπερεύομαι, iactationi deditus sum.

5. Ἀσχημονέω, indecore ago, h. l. avaritiam sordidam exerceo. Ὀυ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς (ὄντα,) non suis tantum commodis servit. Ὀυ λογίζεται, non refert in rationes. Τὸ κακὸν, h. l. iniuria; amoris est non cogitare, qvomodo aliis possit inferri incommodum.

6. Ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ, iniuste factis. Συγχαίρει pro simplici χαίρει.

7. Στέγω, tolero, sustineo. Ὑπομένω, perfero. Πάντα πιστεύει, amoris esse Christiani dicitur omnia credere, omnia sperare, omnia ferre sc. bona et proba, nec Deum aut alios laedentia.

8. Ἐκπίπτω, desino. J.

9. Ἐκ μέρους, ex parte, h. l. imperfecte.

 10. Τὸ

Cap. 13, 3. Pro καυθήσωμαι legendum καυθήσομαι, nam Coniunctivis Futura carent. E. Vid. F. A. p. 174.

10 Τὸ τέλειον pro τελείωσις, perfectum.

11. Φρονέω, h. l. delecto: delectabar ludis et deliciis puerilibus. Τὰ τοῦ νηπίου (ὄντα πράγματα,) puerilia, res pueriles.

12. Ἔσοπτρον, ſpecular, lapis ſpecularis, ex qvo antiqvi feneſtras habuerunt, pellucidas qvidem, ſed ſi cum noſtris vitreis conferantur, multo obſcuriores. Βλέπειν δι' ἐσόπτρου, videre per ſpecular; locutio eſt Iudaica, qva dicunt *Moſen vidiſſe per ſpecular lucidum, reliqvos autem Prophetas per ſpecular non lucidum*, i. e. Moſes habuit ex mente Iudaeorum revelationem divinam clariorem, reliqvi vero obſcuriorem. Sic igitur et nos in hoc mundo habemus revelationem, ſufficientem qvidem ad ſalutem, ſed tamen longe obſcuriorem illa, qvam in vita futura habebimus. Kr. Αἴνιγμα, aenigma, occulta ſignificatio alicuius rei. Ἐν αἰνίγματι, hebraice בְּחִידֹת, idem eſt, qvod αἰνιγματικῶς, obſcure. Locutio haec deſumta eſt ex Num. 12, 8. Πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, clariſſime. O. 42. Ἐπεγνώσθην, cognitus ſum, ſc. a Deo, qvi intimos et veros ſenſus noſtros perſpicit.

CAP. XIV.

1. Μᾶλλον pro μάλιστα, inter omnia Spiritus S. dona hoc *maxime* expetite, ut interpretemini ſcripturam ſacram.

2 Λαλῶν γλώσσῃ (ἑτέρᾳ,) qvi aliena lingva, ſ. variis lingvis loqvitur. Ἀκούω, intelligo. J. Οὐκ — θεῷ, nihil prodeſt eius oratio aliis, Deum ſolum habet conſcium. R. Πνεύματι, a) per ſenſum a Spiritu S. impreſſum. Πνεῦμα h. l. eſt vis mentis ea, qvae capit ſenſus a Spiritu Sancto impreſſos per revelationem

nem paſſivam. b) Πνεύματι (ἑαυτȣ͂,) ſuo ſpiritui, ipſe ſibi loqvitur res aliis occultas et ignotas. R.

3. Οἰκοδομὴ, emendatio. Παράκλησις, inſtitutio. Παραμυθία, conſolatio.

4. Ἑαυτὸν οἰκοδομεῖ, ſibi uni prodeſt.

5. Θέλω, opto.

6. Ἐν pro εἰς. Ἀποκάλυψις, revelatio, explicatio obſcurorum, qvae ignorantur. Ἐὰν μὴ — διδαχῇ, niſi loqvar, vel ut ſimul explicem, niſi loqvar, qvae vos cognoſcatis, niſi prophetem, niſi doceam.

7. Ὅμως, ſimiliter. Ἄψυχος, ὁ, ἡ, inanimatus. Ὁ αὐλὸς, tibia. Διαστολὴ, diverſitas.

9. Εὔσημος, ὁ, ἡ, perſpicuus. Δίδωμι, edo. Εἰς ἀέρα, in aerem, h. e. fruſtra.

10. Εἰ τύχοι, verbi gratia. Καὶ ȣ̓δὲν (γένος) αὐτῶν ἄφωνόν (ἐστι,) et nullum earum eſt inane, ſine ſignificatu.

11. Βάρβαρος, h. l. qvi lingvam peregrinam et inuſitatam loqvitur. Ovid: Barbarus hic ego ſum, qvia non intelligor ulli. Ἐν uti hebraicum ב abundat. *Sens:* ego loqventis lingvam non intelligam, nec, qvi loqvitur, a me intelligetur.

12. Ἐπεὶ, qvandoqvidem. Ζηλωτὴς, ſtudioſus, cupidus. Πνευμάτων, donorum ſpiritualium.

14. Πνεῦμα — προσεύχεται, Spiritus qvidem meus orat, i. e. affectus elevatus eſt in Deum. Ὁ δὲ — ἐστὶ, a) intellectus meus, qvia verborum ſenſum non aſſeqvitur, fructu proprio privatur. R. b) neminem alium ſenſus mei iuvant.

15. Ἄκαρπός ἐστι, nullum fructum edit. Τί ȣ̓͂ν ἐστι (πρακτέον;) qvid igitur eſt agendum? Προσεύξομαι — νοΐ, optabo, ut non modo precari poſſim animo

i. e. cum devotionis ſolo affectu, ſed et mente i. e. reflexione et ſenſu, qvi intelligatur.

16. Εὐλογέω, gratias ago. Ὁ ἀναπληρῶν τόπον ἰδιώτȣ, qvi eſt idiota, qvi eſt in ſtatu atqve conditione idiotae. J. Ἀμὴν, ſit ita, fiat ita. Ἐπὶ, poſt.

18. Πάντων ὑμῶν μᾶλλον, magis, qvam vos omnes.

19. Ἐν ἐκκλησίᾳ, in conventu ſacro. Θέλω (μᾶλλον.) Νȣ̃ς, intelligentia. Διὰ τȣ̃ νοός μȣ, cum conſcientia et memoria.

20. Ἡ φρὴν, φρενὸς, prudentia. Τῇ κακίᾳ, in vitiis. Νηπιάζω, puerum imperitum ago. Τέλειοι in oppoſitione τῶν νηπίων ſunt *adulti*. O. 1. Νόμος, h. l. omnia ſcripta divinitus data. J.

21. Ἐν ἑτερογλώσσοις, i. e. ἐν ἑτέραις γλώσσαις. Adiectivum pro ſubſtantivo poſitum eſt. B. Εἰσακȣ́ω, pareo.

23. Οὖν, h. l. abundat.

24. Ἐλέγχω, arguo.

25. Τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας, ſalubres animi motus veſtra oratione excitati. Hi erumpent in geſtus et verba, ut ſtatim ſubiicitur. Ἀπαγγέλλω, profiteor. Κατὰ, ſingulatim.

27. Δύο, ἢ τὸ πλεῖϛον τρεῖς (λαλείτωσαν,) bini, aut ad ſummum tres, nempe in uno conventus tempore. R. Ἀνὰ μέρος, viciſſim.

28. Διερμηνευτὴς, interpres, qvi habet donum interpretandi ea, qvae alius dixit lingva peregrina, qvam ipſe non intelligit. Σιγάτω (ὁ λαλῶν γλώσσῃ,) taceat, qvi lingvas loqvitur. Ἑαυτῷ, ſibi i. e. domi et privatim tales preces faciat in lingva peregrina.

29. Οἱ ἄλλοι (προφῆται.) Cf. infra v. 32.

30. Πρω-

30. Πρῶτος pro *πρότερος*, prior. Neqve enim de omnium primo loqvente, ſed de proxime praecedente propheta ſeu interprete ſermo eſt.

31. Καθ' ἕνα, ſingulatim.

32. Ὑποτάσσομαι, *Med.* ſubiicio me ordini. Πνεύματα — ὑποτάσσεται, ſpiritus prophetarum (i. e. doctrinae revelatae et dona iis conceſſa) prophetis ſe ſubordinant. Non poteſt aliqvis dicere: atqvi ita urgeor, ut differre neqveam. Apoſtolus vult, ut nimirum primo nullus loqvatur, dum alter adhuc loqvitur, deinde non ex pruritu contradictionis ſecum diſſentiant et altercentur, ſed potius doctrinae ab uno eccleſiae miniſtro propoſitae iudicio reliqvorum doctorum ſubiiciantur. Kr. Gl. 819.

33. Ἀκαταστασία, diſcordia. Ὀυ γὰρ ὁ Θεός ἐστιν ἀκαταστασίας (Θεὸς,) Deus non probat diſcordiam. Ὡς — ἁγίων, connectenda ſunt haec verba cum commate ſeqvente. Qvemadmodum fit in omnibus eccleſiis — ita etiam veſtrae mulieres in eccleſiis taceant. R.

34. Ὑποτάσσεσθαι (δεῖ αὐτάς.) Sic Kypke V. C. ellipſin ſupplet. Sed cum *ἐπιτρέπειν* non ſolum ſignificet *permittere*, ſed etiam ſit *committere*, *negotium mandare*, ἐπιτέτραπται commode poteſt bis intelligi.

36. Ἐξέρχομαι, h. l. originem habeo. Καταντάω, pervenio.

37. Ἐπιγινωσκέτω, ille poteſt agnoſcere. Imperativus h. l. non *imperandi* vim habet, alias enim Apoſtolus poſuiſſet, *δοκιμαζέτω*, exploret, iudicet. B.

38. Ἐι δὲ — ἀγνοείτω, ſi qvis non agnoſcere vult, ſuo periculo faciat. O. 12.

40. Ἐυσχημόνως, decore. Κατὰ τάξιν, certo qvodam ordine.

CAP. XV.

1. (Πάλιν) γνωρίζω, *denuo* vobis propono, in mentem revoco.

2. Κατέχω, retineo. Ει κατέχετε, τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν, a) ſi probe tenetis, *qvam ob cauſſam* denuntiarim vobis Evangelium. K. b) Si retinetis, *qvo ſermone* vobis evangelizaverim, ſalvamini: niſi fruſtra credidiſtis. Qvod ultimum ut abſurdum καὶ ἀδύνατον Paullus adſumit, ad credentes ſcribens, qvod denotat: aut fruſtra credidiſtis, qvod abſurdum; aut per hoc Evangelium a me praedicatum ſalvamini, qvod certum eſt. Gl. Ἐκτὸς εἰ μὴ, niſi forte.

3. Ἐν πρώτοις, inter praecipua i. e. docui vos ſummam doctrinam eſſe.

5. Οἱ δώδεκα, i. e. ſelecti illi Apoſtoli, qvi vulgo dicebantur οἱ δώδεκα, adeo ut tum qvoqve nomen maneret, cum expuncto Iuda, et nondum adiecto Matthia, undecim tantum eſſent.

6. Ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς, amplius qvingentis Chriſtianis. Ἐφάπαξ, eodem tempore, Μένω, vivo, ſuperſtes ſum.

8. Τῳ pro τινί. Pro vulgato τῷ, auctore Cel. Erneſtio, legendum eſt τῳ. Vid. F. A. p. 168. Ἔκτρωμα, partus abortivus, ita Paullus ſemetipſum vocat, qvia non modo ordinario ad Apoſtolatum pervenit per electionem et informationem Chriſti, ſed ſubito et extra ordinem. Qvi Romae extra numerum XII. in ſenatum allegebantur, dicti fuerunt abortivi, teſte Svetonio in Octavio C. 35.

10. Χάριτι, beneficio divino. Εἰμὶ (τῦτο,) ὃ εἰμί. Χάρις, vis divina in nobis operans. Κενὸς, ἡ, ὀν, irritus.

12. Πῶς

12. Πῶς λέγουσί τινες. Reſpicit haud dubie Apoſtolus ad Hymenaeum et Philetum 2 Tim. 2, 17. qvi negabant, mortuos in vitam redituros; in qvem errorem, monente S. R. Tittmanno, nulla alia de cauſa lapſi ſunt iſti et alii, niſi qvod loca Prophetarum et Ieſu Chriſti allegorice interpretarentur.

14. Κενὸς, irritus. Κήρυγμα, doctrina.

15. Κατὰ, adverſus, ſ. de.

18. Κοιμηθέντες ἐν Χριστῷ, mortui Chriſtiani.

19. Ἐν pro εἰς. O. 27. Ἐλέεινος, miſer, ἐλεεινότερον πάντων ἀνθρώπων, omnium miſerrimi. Comparativus ponitur pro ſuperlativo.

20. Ἀπαρχὴ, primus, h. l. idem qvod πρῶτος. Sic Heſychius explicat. Reſpicit Apoſtolus ad primitias meſſis Iudaeorum, ubi XV. die Niſan manipulum hordei Deo in ipſa Paſchatos ſolennitate obtulerunt, qvo facto poſt aliqvot dies meſſis ſeqvebatur. Sic qvoqve Chriſtus in reſurrectione primus eſt, qvi ita ſurrexit, ut porro morti obnoxius non eſſet, reliqvi poſt aliqvod temporis ſpatium ſeqvuntur.

21. Ἐπειδὴ, qvoniam.

22. Ἐν, propter.

23. Ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι, in ſuo ordine.

26. Οἱ τοῦ Χριστοῦ (ὄντες,) fideles Chriſtiani. Ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται (ὅς ἐστιν) ὁ θάνατος.

27. Δῆλον (ἐστι,) manifeſtum eſt.

28. Ὑποταγήσεται, a) deſinet porro ſubordinari, er wird alsdenn unterwürfig geweſen ſeyn, i. e. illa ſubordinatio, qva Chriſtus tanqvam rex in regno gratiae Deo patri certo modo ſubordinatus et ſubiectus fuit,

fuit, tunc desinet, et Deus filius cum patre et Spiritu S. erunt omnia in omnibus. Kr. Vid. Doctissimi Carpzovii Programma Paschale de anno 1774. b) subjicietur. Qvod de filii Dei subiectione h. l. dicitur, de corpore eius mystico, credentibus et electis, intelligendum, qvorum gloria per κοινοποίησιν capiti Christo adscribitur (sicut et passiones credentium in hac vita sibi Christus appropriat Matth. 25, 35. Act. 9, 4.) Et huc pertinent verba, qvae seqvuntur: ut sit *Deus omnia in omnibus* sc. electis glorificatis, qvi in Christo capite suo aeternum triumphant. Gl. Ph. p. 1346. c) est idem, qvod ante v. 24. ὅταν παραδῷ τὴν βασιλείαν — πατρὶ, reddet regnum patri; desinet regnum peculiare mediatoris. Etymologia τοῦ ὑποταγήσεται haud nimis preipenda videtur. Ὑποταγήσεται verte: *subiiciet* se; sic enim Passiva saepissime intelligenda sunt. Ἵνα ᾖ — πᾶσι, ita ut Deus sit i. e. esse cognoscatur omnia apud omnes creaturas i. e. ut imperium eius solum valeat, qvia non opus erit porro Christi mediatoris regimine. Πάντα εἶναι alicui dicitur is, qvi omnia apud eum potest, a qvo hic omnia exspectat. R.

29. Ἐπεὶ, alioqvin. Τί ποιήσουσι; qvid lucrabuntur, uti Matth. 25, 16. Ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, a) propter martyres. *Sens:* qvid faciunt, qvi commoti constantia eorum, qvi propter religionem Christianam vitae periculum obeunt, et propter Christum a Iudaeis et Gentilibus interficiuntur, Christi doctrinam amplectantur, ideoqve se baptizari sinant, si sperare non possunt, mortuos redituros esse in vitam, nonne videntur stulti? E. b) ob mortuos, i. e. qvi mortis caussa in ipso articulo mortis, baptismo utantur; evidenti sane

Gap. 15, 29. Pro βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν S. R. Griesb. in textum recepit βαπτίζονται ὑπὲρ αὐτῶν.

ſane profeſſione ſpei in vitam redeundi. Sic Ebr. 9, 17. teſtamentum in mortuis firmum, διαθήκη ἐπὶ νεκροῖς βεβαία, i. e. in morte, per mortem demum. B. Ph. p. 256. c) ſuper mortuos, ὑπὲρ idem eſt qvod ὑπεράνω. Loqvitur de ritu baptizandi Chriſtianos ſuper mortuorum ſepulcra, qvod fuit ſymbolum fidei et confeſſionis de reſurrectione mortuorum. d) ἐπὶ τῶν νεκρῶν, idem eſt ac ἐπὶ τῦ θανάτυ. Ebr. 9, 17. Νεκροὶ καὶ θάνατος ſynonyma ſunt. Intellige mortem Servatoris. Cf. Rom. 6, 3.

30. Κινδυνεύω, periculum obeo. Ὥρα, h. l. tempus.

31. Νὴ, per, eſt particula affirmantis et iurantis. Νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν, certe, per gloriationem, qvam e vobis vel in vobis habeo. Ὑμετέραν pro τὴν ἐξ ὑμῶν, vel περὶ ὑμῶν. Ἀποθνήσκω, verſor in mortis periculo. Ἐν Χριςῷ — ἡμῶν, in rebus pertinentibus ad Chriſtum, eiusqve ſalutarem doctrinam.

32. Κατὰ ἄνθρωπον, a) ut alii homines. Fuit enim uſitatiſſimum Chriſtianos beſtiis obiicere. b) Exempli cauſſa. R. Θηριομαχέω, cum beſtiis pugno. Metaphorice ſenſu de pugna cum hominibus feris, qvi Paullo vitae periculum intentabant, Glaſſius accipit, ſed obſtant voces ἐν Ἐφέσῳ. Nam et alibi negotium faceſſebant homines praefracti ingenii. E. Φάγωμεν — ἀποθνήσκομεν. Depingit Apoſtolus Epicureos et eius generis alios ipſorum verbis.

33. Ἦθος,

Cap. 15, 31. Ὑμετέραν. S. R. Griesb. cenſet lectionem ἡμετέραν Glaſſio p. 508. probatam non ſpernendam ſed receptae tamen inferiorem eſſe. At Excell. Bauerus lectionem ἡμετέραν ob lectiones grammaticas prorſus reiicit, ſc. ob ſeqvens ἣν ἔχω, qvod redundaret, et qvoniam ἔχομεν non ἔχω ſcribendum foret. B. Ph. p. 11.

33. Ἦθος, mos. Φθείρουσιν — κακαὶ, Iambicus senarius Menandri.

34. Δικαίως, ut iuste vivatis. Adverbium positum est pro Adiectivo et εἶναι. B. uti supra Cap. 9, 26.

37. Εἰ τύχοι, exempli gratia. Ἡ αὐτὴ σάρξ (ἐστι,) eiusdem generis caro est.

39. Πτηνὸν, volucris.

42. (Σῶμα) ἐν φθορᾷ, i. e. φθαρτόν. O. 5. corpus corruptioni obnoxium.

44. Σῶμα ψυχικὸν, est eiusmodi corpus, qvod indiget cibo et potu, corpus animale.

45. Ἐγένετο εἰς ψυχὴν, extitit animal. O. 39.

49. Εἰκὼν, similitudo.

50. Σὰρξ — δύνανται, caro et sangvis h. e. corpus nostrum debile et multis morbis obnoxium non in coelum recipi potest, qvamdiu hac misera conditione laborat. E. B. N. VIII. 674. J.

51. Μυστήριον λέγω, rem hactenus vobis aliisqve incognitam trado.

52. Ἐν ἀτόμῳ (χρόνῳ,) puncto temporis. Ῥιπὴ, ictus. Σάλπιγξ, ἡ, tuba h. l. tropice significat tonitrua et fragores terribiles et acerrimos, qvales fuerunt in monte Sinai. Ἐν — σάλπιγγι, ad tubae ultimae sonum. Σαλπίσει γὰρ (τις,) tuba enim canet aliqvis, i. e. canetur. O. 17.

54. Καταπίνω, absorbeo. Εἰς νῖκος, in aeternum, hebraice לָנֶצַח, qvod Alexandrini Interpretes interdum etiam bene graece vertunt εἰς τέλος. E. J. p. 156.

55. Κέντρον, stimulus, ad imitationem hebraici קֶטֶב h. l. *exitium, perniciem* denotat. E. Opp. p. 273. Ἅιδης, mors, status mortuorum. J.

56. Τὸ

56. Τὸ δὲ κέντρον — νόμος, pernicies mortis fit a peccato, vis autem peccati fit a lege.

58. Ἀμετακίνητος, ὁ, ἡ, immobilis. Τὸ ἔργον τῦ Κυρίυ, h. l. ſtudium verae ſanctitatis.

CAP. XVI.

1. Περὶ — ἁγίυς, qvod attinet ad pecuniam pauperum Chriſtianorum cauſſa collectam.

2. Κατὰ μίαν σαββάτων, prima qvaqve die hebdomadis. J. in voce εἷς. O. 2. δ. Παρ' ἑαυτῷ, domi. Τιθέτω (τὶ,) reponat aliqvid. Ἐυοδόομαι, proſpero rerum ſucceſſu utor. J. Ὅ, τι ἂν ἐυοδῶται, prout ipſi bene ſucceſſerit ſc. labor prioris hebdomadis. Λογία, collecta.

3. Δοκιμάζω, h. l. eligo, probo. Tenendum eſt, poſt δοκιμάσητε eſſe interpungendum, et δι' ἐπιςολῶν ad ſeqv. τύτυς πέμψω referendum hoc ſenſu: qvos probaveritis, eos mittam cum epiſtolis. Διὰ pro σύν. Χάρις, h. l. eleemoſynae.

4. Ἐὰν δὲ ᾖ ἄξιον, ſi vero operae pretium fuerit.

6. Τυχὸν, forte. Προπέμπω, deduco hoſpitem. Οὗ ἐὰν, qvocunqve.

7. Ἡ πάροδος, tranſitus.

9. Θύρα, ianua, h. l. tropice *occaſio*. Ἀνέωγα, perf. med. habet ſignificationem paſſivam et activam, h. l. paſſivam.

10. Ἀφόβως, ſine metu, i. e. ut illum benigne tractetis. Τὸ ἔργον τῦ Κυρίυ, h. l. doctrina evangelica.

11. Ἐν εἰρήνῃ, h. l. humaniter.

12. Ἐυκαιρέω, opportunitatem habeo. Ἀνδρίζομαι, viriliter ago.

13. Κρα-

13. Κραταιοῦσθε, fortes vosmet praeſtate. Paſſivum pro reciproco, 1 Sam. 4, 9. O. 18.

14. Ἐν, cum.

15. Οἴδατε, colite, amate. J. Ἀπαρχὴ, prima familia in Achaia, qvae opera Paulli Chriſtianam religionem ſuſcepit. Διακονία, cura eleemoſynarum distribuendarum et aegrotorum.

17. Τὸ ὑμῶν ὑςέρημα, defectum veſtrum i. e. qvod vos praeſtare mihi debebatis, ſed propter abſentiam non poteratis.

18. Ἐπιγινώσκω, h. l. carum aliqvem habeo.

19. Ἐν Κυρίῳ, a Chriſto omnia bona vobis apprecantur. Σὺν τῇ κατ᾽ οἶκον αὐτῶν (οὔσῃ) ἐκκλησίᾳ, cum ſocietate Chriſtianorum, qvae in domo eorum congregari ſolet.

21. Ὁ ἀσπασμὸς—Παύλου, reſtat ſalutatio a me, qvae eſt adſcripta a me ipſo, propria manu.

22. Μαρὰν ἀθὰ, Dominus noſter venit. Haec verba Syro-Chaldaica ſunt diſtincte legenda. Sunt viri docti, qvi putant, eſſe qvendam ritum Iudaicum his verbis aliqvem excommunicandi, ſed nemo ex ſcriptis ipſorum tale qvid hucusqve produxit. Tutius ergo eſt dicere, Apoſtolum haec a Spiritu Sancto actum de ſuo protuliſſe, et inimicis Chriſti adventum ipſius ad iudicium comminatum eſſe.

HYPO-

HYPOMNEMATA

IN

EPISTOLAM POSTERIOREM

AD

CORINTHIOS.

HYPOMNEMATA
IN
EPISTOL. II. AD CORINTHIOS.

CAP. I.

1. Ἀδελφὸς, socius et adiutor in praedicando Evangelio. J. Τῇ ἐκκλησίᾳ — τῇ Ἀχαΐᾳ (ἐπιστέλλουσι ταῦτα,) Paullus et Timotheus *haec scribunt* ad ecclesiam.

2. Εἰρήνη (ἔστω.) Εὐλογητὸς (ἔστω.)

3. Ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, Deus idemqve pater. Οἰκτιρμοὶ, misericordia. O. 2. δ. Ὁ πατὴρ τῶν — παρακλήσεως, pater misericordiae, i. e. qvi misericordiam piis exhibet eosqve omni modo consolatur.

4. Ἧς. O. 11.

5. Τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ, i. e. ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, passiones propter Christum pro doctrina et gloria Christi. Εἰς, apud.

6. Εἴτε δὲ θλιβόμεθα — καὶ σωτηρίας, si affligimur, propter vestrum solatium et salutem, qvae efficitur per patientiam earundem afflictionum, qvas et nos patimur, (affligimur,) si solatium accipimus, vestrae consolationis et salutis caussa (solatio erigimur.) Post πάσχομεν repete θλιβόμεθα, et post

σωτηρίας repete *παρακαλέμεθα*. Ἐν, per. Ὧν pro ἅ. Καὶ ἡμεῖς, etiam nos.

7. Εἰδότες pro *εἰδότων*, refertur enim ad *ἡμῶν*, nisi verba *καὶ ἡ ἐλπὶς — ὑμῶν* in parenthesi accipienda sunt, ut Nominativus referatur ad *παρακαλέμεθα*. B. Ὑπὲρ pro *περί*.

8. Καθ' ὑπερβολὴν, supra modum. *Βαρέω*, gravo, onero. Ὥςε — ζῆν, adeo ut etiam de vita servanda desperarem.

9. Ἀπόκριμα, τὸ, sententia. Αὐτοὶ — ἐσχήκαμεν, ipsi nos qvasi morti addiximus. Πεποιθότες ὦμεν, confidamus. O. 26.

11. Θάνατος, periculum mortis.

11. Συνυπεργέντων — ὑπὲρ ἡμῶν, adiuvantibus etiam vobis per preces pro nobis, ut, qvod propter multorum preces in nos collatum est beneficium, a multis grato animo agnoscatur propter vos. Συνυπεργέω, adiuvo. Πρόσωπον, persona. J. Εἰς ἡμᾶς (γενόμενον.) Διὰ, a.

12. Αὕτη redundat. Εἰλικρίνεια Θεῦ, integritas, qvalem Deus postulat. Σοφία σαρκικὴ, sapientia humana. J. in voce *σάρξ*. Χάρις h. l. sapientia divina doctore Evangelii et Evangelio digna, opponitur *τῇ σοφίᾳ σαρκικῇ*. E. B. II. 496. Ἐν τῷ κόσμῳ, in omni vita nostra. Περισσοτέρως, maxime, pro *περισσῶς*, nam in hoc vocabulo iam superlativi notio inest, qvae augeri comparando non possit, sed eam cumulare solet Paullus, qvi et *ὑπερεκπερισσῶς* dicit et *περισσοτέρως μᾶλλον*.

13. Οὐ γὰρ ἄλλα γράφομεν (ἄρτι,) ἀλλ' ἢ ἃ (ἀεὶ) ἀναγινώσκετε, non alia (nunc) scribimus vobis, qvam qvae (semper) legitis, i. e. qvae adhuc legistis eadem nunc qvoqve legenda scribimus. B.

14. Ἀπὸ

14. Ἀπὸ μέρους, qvidam veſtrum, ut Rom. 11, 25. Καύχημα ὑμῶν ἐσμεν, gloriatio veſtra ſumus, qvemadmodum et vos noſtra, h. e. nos ſumus *cauſſa* gloriandi, qvod a nobis inſtituti ſitis in Evangelio, et viam ſalutis aeternae edocti: et vos mihi viciſſim *cauſſa* gloriationis eſtis, qvod nimirum vos Chriſto lucrifecerim.

15. Δευτέρα χάρις, h. l. inſtitutio ulterior et copioſior.

16. Δι' ὑμῶν, per veſtram urbem.

17. Μήτι ἄρα, num igitur. Ἡ ἐλαφρία, levitas. Μήτι — ἐχρησάμην; num levitatis animi accuſari poſſum? qvod nempe hoc iter omiſi. Κατὰ σάρκα βουλεύομαι, in conſiliis capiendis ſeqvor cauſſas et utilitates humanas. Ἵνα, adeo ut. Gl. Ἵνα ᾖ — οὔ, ut unum idemqve eodem tempore affirmem et negem, ut aliud dicam, aliud faciam, ut repetita affirmatio *ita ita* tamen (revera) ſit negatio.

18. Πιστὸς — οὔ, per Deum veracem affirmare poſſum voluntatem meam ſemper eandem fuiſſe cum factis meis. E.

19. Οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ, non idem affirmavit et negavit, non mutavit ſententiam ſuam. Ἀλλὰ ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονε, ſed omnia dicta ſua rata fuerunt.

21. Χρίω, ungo, h. l. beneficiis afficio. Χρίσας, qvi nos multis donis ſpiritualibus tum ordinariis, tum extraordinariis inſtruxit. Alluditur ad nomen Χριστός. Εἰς pro ἐν. Εἰς Χριστὸν, in religione Chriſtiana. Θεός (ἐστι.)

22. Σφραγίζω, obſigno, do certitudinem plenam. Ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος, pignus hoc eſt, Spiritum. O. 8. α. Handgeld. Senſus eſt: ex donis Spiritus S. in nos collatis cognoſcimus, longe maiora nobis eſſe ſperanda.

 23. Ἐπὶ

23. Ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν, in caput meum.

24. Ὀυχ ὅτι, non qvo. Κυριεύω, dominationem mihi arrogo. Τῆς πίστεως (ἕνεκα,) a) qvoniam per me ad fidem adducti et Chriſtiani facti eſtis. E, b) non qvaſi vi ad religionem et fidem vos cogere vellemus. Videbatur enim imperioſe dixiſſe, *non parcens*; itaqve removet a ſe hanc ſuſpicionem. R, Συνεργὸς, ſocius. Ἑστήκατε, ſtatis. O. 25,

CAP. II.

1. Ἔκρινα ἐμαυτῷ, conſtitui mecum. Τὸ, ſcilicet. Μὴ—ὑμᾶς, ne rurſus ad vos veniens vobis ſim doloris cauſſa.

2. Λυπέω, triſtem reddo. Καὶ abundat.

4. Διὰ pro σὺν, cum.

5. Ὀυ (μόνον) ἐμὲ λελύπηκεν, ἀλλὰ καὶ. Ἀπὸ μέρους, qvodammodo. Referendum eſt ad πάντας ὑμᾶς, qvodammodo vos omnes moerore affecit. Ἐπιβαρέω, gravo. Verba: ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ includenda ſunt parentheſi et reddenda: ne qvid gravius dicam.

6. Ἱκανὸν pro ἱκανὴ, ſufficiens. Ἐπιτιμία, reprehenſio, caſtigatio. Ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων (γενομένη,) qvae a pluribus illis profecta eſt.

7. Ὥστε, ut. Ὥστε—χαρίσασθαι, ſubintelligitur *velim*, qvaſi dicat: Nihil vos accuſo nunc ut nimium remiſſos; imo ad lenitatem ultro hortor. Τοὐναντίον, e contrario. Χαρίζομαι, condono peccatum. Μήπως λύπῃ καταποθῇ, ne abſorbeatur maioribus doloribus, i. e. triſtitia pereat.

7. Κυρόω, publice teſtor, ratum facio.

9. Εἰς τοῦτο, propterea. Δοκιμὴ, probatio.

10. Καὶ,

10. **Καὶ**, etiam. Καὶ ἐγὼ (χαρίζομαι.) Καὶ γὰρ, etenim. Ἐγὼ εἴ τι — ὑμᾶς, ſi ego alicui ignoſco, id facio propter vos. Ἐν προσώπῳ reſpondet hebraico לִפְנֵי et ſignificat h. l. propter. Ἐν προσώπῳ Χριςȣ̃, propter (amorem) Chriſti. Πλεονεκτέω, decipio. Πλεονεκτεῖν, ſuperiorem eſſe conditione, aut opportunitate externa, eaqve abuti adverſus alium.

11. **Αὐτȣ̃**, ſc. Satanae.

12. **Εἰς τὸ (καταγγέλλειν) εὐαγγέλιον.** Καὶ, etiamſi. Θύρα, ianua, h. l. occaſio. Ἐν, per. Ἄνεσιν τῷ πνεύματί μȣ pro τȣ̃ πνεύματος. Τῷ μὴ εὑρεῖν, qvod non reperiſſem. Dativus poſitus eſt pro *ob;* ſic Ebr. 11. per totum fere caput Dativus πίςει ponitur pro praepoſitione *ob* vel *propter.*

14. **Θριαμβεύω**, triumphare facio, triumphum do. O. 19. Χάρις (ἔςω.) Ἐν τῷ Χριςῷ, per Chriſtum. Φανερόω, h. l. ſpargo.

15. **Εὐωδία**, ſvavis odor. Εὐωδία ἐσμὲν, miniſterium praeſtamus gratum Deo apud eos, qvi ſalvantur, et apud eos, qvi pereunt. Ἐν, apud.

16. **Ὀσμὴ θανάτȣ εἰς θάνατον**, medicamentum letiferum. Ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωὴν, medicamentum ſalutiferum. J. Οἷς μεν, οἷς δε, aliis, aliis. Senſus eſt: qvemadmodum odores qvidam in diverſis animalibus diverſum effectum habent, ita, ut huic vitales ſint, alteri mortem adferant: ſic qvoqve verbum divinum diverſos effectus habet in piis et impiis. Illi emendantur, hi ſcandalizantur.

17. **Καπηλεύω**, cauponem ago, doceo Evangelium, ut lucrum inde faciam. Chryſoſtomus: Τȣ̃τό ἐςι καπηλεῦσαι, ὅταν τὶς νοθεύῃ τὸν οἶνον, ὅταν τὶς χρημάτων πωλῇ, ὅπερ δωρεὰν ἔδει δȣ̃ναι. Ὡς redundat. B. vel potius Hebraeorum כ veritatis exprimit. Ὡς ἐξ εἰλικρινείας, ὡς ἐκ θεȣ̃, revera ex ſinceritate, re-

vera ex Deo, et eius iuſſu. Kr. Κατενώπιον τȣ̃ Θεȣ̃, teſte Deo. O. 35. Ἐν Χριςῷ, propter Chriſtum. Λαλέω, doceo.

CAP. III.

1. Συνιςάνω vel συνίςημι, commendo, laudo, Χρήζω, egeo. Συςατικὸς, ὴ, ὸν, commendatitius. Hic locus ironice eſt intelligendus.

2. Ἡ ἐπιςολὴ ἡμῶν (συςατική.) Γινωσκομένη καὶ ἀναγινωσκομένη, qvae ab omnibus cognoſcatur.

3. Φανερȣ̃μενοι, qvippe oſtenditis vos eſſe. Διακονηθεῖσα ὑφ' ὑμῶν, qvae ſcripta eſt noſtro miniſterio. Σάρκινος, η, ον, carneus.

5. Ὀυχ ὅτι pro ὅτι ȣ̓χ ἱκανοί ἐσμεν, fidimus Deo, qvia ipſi apti non ſumus. B. Λογίσαϑαι, h. l. docere, demonſtrare Evangelii rationem. Vox τι Paullo ſaepe eſt aliqvid *magni*, divini, ſapientis; hanc ſignificationem aperte habet Gal. 2, 6.

6. Ὃς καὶ ἱκάνωσεν ὑμᾶς (εἰς τὸ εἶναι) διακόνȣς. Γράμμα, lex. Πνεῦμα, Evangelium. Appellatur πνεῦμα, qvoniam immediate Spiritus S. inſtinctu Apoſtolis eſt traditum, et legi, qvatenus ea ſcripta erat, opponitur. E. B. V. 844. Γράμμα — ζωοποιεῖ, lex mortem denuntiat, (qvia omnes contra legem peccant,) ſed doctrina Spiritus S. (ſc. Evangelium) promittit ſalutem per Chriſtum. O. 16.

7. Ἡ διακονία τȣ̃ θανάτȣ, miniſterium legis mortem denuntians. Ἐντυπόω, inſculpo. Ἐγενήθη ἐν

Cap. 3, 2. Pro ἡμῶν legendum videtur, ſi contextus rationem habeas, ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ſic v. 3. ἐν πλαξὶ καρδίαις. Ὑμῶν habet Cod. 17. et Aeth. Vide V. Griesb. T.

ἐν δόξῃ, magnificum fuit. Τὴν καταργȣμένην, qvi (ſplendor) tamen finem erat habiturus. Nec enim ille ſplendor faciei per omnem Moſis vitam duravit, ſed deſiit.

8. Ἡ διακονία τȣ͂ πνεύματος, miniſterium Evangelii. Vocabulo δόξης ineſt dilogia, nunc enim ſplendorem Moſis corporeum, nunc praeſtantiam Chriſtianae doctrinae notat.

9. Κατάκρισις, condemnatio. Δόξα (ἦν.) Πολλῷ μᾶλλον περισσεύει, qvanto praeſtantius erit. Ἡ δικαιοσύνη, h. l. ſalus, opponitur enim τῇ κατακρίσει. O. 1.

10. Οὐδὲ — μέρει, neqve glorioſum fuit, id qvod gloria ornatum eſt (ſc. miniſterium Moſis) hoc reſpectu, ſi nempe conferatur ad religionem Chriſtianam. *Sens:* dignitas miniſterii Moſaici nihil eſt, ad dignitatem miniſterii evangelici collata.

11. Διὰ δόξης (ἐγένετο,) cum gloria erat. Τὸ μένον, id qvod durat, ſc. religio Chriſtiana. (Ἔςαι) ἐν δόξῃ pro ἔνδοξον.

13. Καὶ ȣ̓, καθάπερ Μωσῆς (ἐποίησε, ποιȣ͂μεν, ὃς) ἐτίθει, et non ſicut Moſes (facimus, qvi) ponebat velamen ſuper faciem ſuam, πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι, ne Iſraelitae in rei periturae finem intuerentur. Non innuitur Moſis conſilium et actionis cauſſa finalis, ſed eventus excoecationis Iudaeorum, cuius qvaſi σύμβολον qvoddam et typus fuit impoſitio illa καλύμματος externa ſuper facie Moſis. O. 29.

14. Ἀλλὰ pro ὥςε vel γȣ͂ν, itaqve, imo vero. Reſpondet hebraico כִּי. Ἄχρι τῆς σήμερον (ἡμέρας.) usqve ad praeſens tempus. Ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει, ſuper legentibus. Opus poſitum eſt pro agente. B. Ἀνακαλύπτω, detego. Ἐν, per.

15. Ἡνίκα, qvando.

17. Ὁ δὲ — ἐςὶ, Chriſtus auctor eſt perfectioris religionis. }. in πνεῦμα.

18. Κατοπτρίζομαι, aſpicio tanqvam in ſpeculo. Qvia ſpecula qvaedam fulgorem, qvem a ſole accipiunt, radiis qvibusdam ad obiecta transmittunt, eleganter verbum κατοπτρίζεσθαι de luce cognitionis divinae uſurpatur. Κατοπριζόμενοι, ut ſpecula recipientes ſc. gloriam Domini. Qvemadmodum olim Moſis facies ex colloqvio Dei, ceu ſpeculum ex obiectu ſolis, reluxit: ita noſter animus ſecretis incrementis in dies magis magisqve afficitur ac proficit a gloria in gloriam ob familiaritatem Dominici Spiritus, agentis iam nunc inviſibiliter in nobis, qvod olim palam perficietur. Gl. 1221. Ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ, nudo ore. Εἰς τὴν αὐτὴν εἰκόνα, eodem modo, ſc. ut Moſes. Μεταμορφόω, transformo. Ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, de gloria in gloriam h. e. ſubinde maiori gloria ſc. claritate. Hebraeorum more ſuperlativus hoc modo exprimitur. Ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν *gloriam ſplendidiſſimam* notat, uti χάρις ἀντὶ χάριτος Io. 1, 16. gratiam ſummam. Δόξα Κυρίȣ eſt divina Chriſti perſona eiusqve doctrinae ſalubritas. Sicut in metamorphoſi Chriſti forma eius ſplendida facta eſt, non autem mutata natura, ſic et nos ſplendorem accipimus. Gloria, qvam viderunt Apoſtoli, eſt divinitas Meſſiae et praeſtantia bonorum evangelicorum et promiſſionum, qvas Chriſtus attulit. Nullum velamen poſitum eſt ſuper Evangelium, propterea fit, ut accipiamus ſplendorem Moſi longe maiorem. Καθάπερ, utpote. Gl. Καθάπερ — πνεύματος, utpote ab illo Domino, qvi Spiritus (i. e. ſpiritualis et perfectioris religionis auctor) eſt, illum ſplendorem, illamqve gloriam accipientes.

CAP.

CAP. IV.

1. Διακονίαν ταύτην, tam praeclarum munus. Καθὼς pro ὅτι. Καθὼς — ἐκκακοῦμεν, qvia hoc beneficio sumus ornati, non deficimus.

2. Ἀπέπομαι, renuncio. Observante Loesnero ἀπειπεῖν freqventer notat *vetare*. Haec significatio apta est ad explicandum Medii usum, qvo est *aliqvid fugere*. Tenendum est, interdum consequens poni, ad qvod relati antecedentis ratio nulla sit, qvale est, cum Paullus dicit: ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, *renunciamus* factis turpibus, non qvo ea faciant Apostoli, aut, adhuc indulsisse se dicant iis, sed qvod omni studio ea fugiant ac devitent. B. Si vero cum Loesnero ἀπειπάμεθα malis interpretari: *fugimus*, non opus est hanc phrasin per metonymiam explicare. Τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης (πράγματα,) omnia illa, qvae homines propter pudorem occultare solent, occulta dedecora i. e. varias fraudes et prava consilia. Περιπατέω, gero me. J. Πανουργία, calliditas. Ἐν πανουργίᾳ, callide. Δολόω, fraudulenter ago. Μηδὲ δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, neqve fraudulenter agentes in docendo doctrinam divinam. Συνείδησις, h. l. iudicium. Ἐνώπιον θεοῦ, ita ut Deum tanqvam testem habeamus. O. 35.

3. Qvae ad v. 3. et 4. pertinent, parenthesi sunt includenda. E. Εἰ δὲ — κεκαλυμμένον, sin vero evangelium nostrum sit obscurum et incertum nonnullis, eiusqve veritas non ab omnibus agnoscatur, iis, qvorum ingenium est insanabile, qvi perire meruerunt, est obscurum. R. Praepositio ἐν, uti hebraicum ב, abundare solet.

4. Θεὸς

4. Θεὸς τȣ͂ αἰῶνος τȣ́τȣ, Deus mundi huius i. e. diabolus. Ἄπιςος, pertinax. Ἀπίςων (repete νοήματα ἐτύφλωσε) pertinacium (inqvam mentes excoecavit.) Gl. Αὐγάζω, luceo. Φωτισμὸς, lux. Φωτισμὸς τȣ͂ εὐαγγελίȣ, lux, qvae eſt doctrina evangelica. O. 8. α.

5. Κηρύσσομεν (μεγάλȣς,) non praedicamus nos (magnos aut venerandos,) niſi in priori ſuppleris θεȣ̀ς vel μεγάλȣς, repugnat ſeqventi. B. Κύριον (εἶναι.) Ἔπω, iubeo. J.

6. Λάμπω ἐν ταῖς καρδίαις, lucem infundo cordibus. Ὅτι ὁ θεός (ἐςιν,) ὃς ἔλαμψε, Deus eſt is, qvi ſplenduit. Πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως, ad illuminationem, qvae eſt cognitio. O. 8. α. Ἐν προσώπῳ Ἰησȣ͂ Χριςȣ͂, in ore Ieſu Chriſti. Apoſtolus reſpicit ad gloriam in facie Moſis.

7. Ὀςράκινος, η, ον, teſtaceus. Ἔχομεν — σκεύεσι, hunc theſaurum doctrinarum ſaluberrimarum circumferimus in corpore multis malis obnoxio, ſicut fictile, qvod facile frangitur. R. Ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως pro ὑπερβάλλȣσα δύναμις. O. 5. Ἵνα — ἡμῶν, ut inſignis vis (Evangelii) referatur ad Deum et non ad nos. O. 16.

8. Ἐν πάντι (τόπῳ.) Θλιβόμενοι, ἀλλ' ȣ̓ ςενοχωρȣ́μενοι, preſſi, ſed non coarctati. Vtraqve vox e palaeſtra veterum petita eſt. Nempe θλίβεσθαι dicitur athleta, cum eius corpus adverſarii lacertis implicatur, tamqve arcte comprimitur, ut ſpiritus coarctetur; ςενοχωρεῖσθαι autem (qvod verbum eſt gravius maioremqve vim habet) dicitur athleta, cum ab adver-

ſario

Cap. 4, 4. Poſt αὐγάσαι abeſt αὐτοῖς a multis codicibus et Patribus, qvod et S. R. Griesb. omiſit.

ſario tam firmiter comprimitur, tam arcte conſtringitur, ut fauces elidantur, ſpiritusqve penitus intercludatur. Senſus autem Apoſtoli eſt: nos undiqve omnium calamitatum genere affligimur, non ita tamen, ut animum deſpondeamus, ſpemqve ex his tot tantisqve malis emergendi abiiciamus. Kr. Ἀποϱȣ́μενοι, ἀλλ᾽ ȣ̓κ ἐξαποϱȣ́μενοι, laborantes inopia conſilii, ſed non deſperantes.

9. Καταβαλλόμενοι, ἀλλ᾽ ȣ̓κ ἀπολλύμενοι, proſternimur, ſed non ita, ut pereamus.

10. Ἡ νέκϱωσις τȣ̃ Ἰησȣ̃, mors propter Ieſum, vel exemplo Ieſu. Πάντοτε — πεϱιφέϱοντες, propter Chriſtum periculum mortis ſemper in corpore noſtro ſentimus, et nobiſcum circumferimus. Φανεϱόω, declaro.

11. Ἡμεῖς οἱ ζῶντες, qvamvis vivamus. O. 22. Εἰς θάνατον παπαδιδόμεθα, tamen ſumus in faucibus mortis. Διὰ, propter. Ἡ ζωὴ τȣ̃ Ἰησȣ̃, vita Ieſu in eo ſe exſerens, qvod Paullum ex tantis et aſſiduis periculis liberaret. Θνητὸς, morti ſubiectus.

12. Ἐνεϱγεῖται, efficacem ſe praebet, i. e. mortis periculum terret nos, ſed ea ipſa res prodeſt vobis ita, ut inter has noſtras afflictiones fides veſtra, qvae dat vitam ſpiritualem, corroboretur.

13. Λαλέω, doceo, praedico Evangelium.

14. Παϱίστημι, h. l. duco ſc. ad gloriam et tribunal Ieſu Chriſti.

15. Δι᾽ ὑμᾶς (γίνεται,) ἵνα ἡ χάϱις — θεȣ̃, ut magnitudo beneficii redundet (i. e. abunde cedat) propter gratias a pluribus actas in laudem Dei, i. e. per gratiarum actionem, διὰ τῆς εὐχαϱιστίας. Praepoſitio διὰ cum Accuſativo Genitivi loco, qvi ſenſui *per* debebatur, poſita eſt. B.

16. Ὁ

16. Ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος, corpus. Διαφθείρεται, multis vexationibus est obnoxium. Ὁ ἔσω pro ἐσώτερος, interior homo, i. e. vita animi. Ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ, qvotidie. O. 42.

17. A versu 17. incipit parenthesis et pergit usqve ad finem v. 5. capitis seqventis. Τὸ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως i. e. ἡ παρῦσα καὶ ἐλαφρὰ θλίψις, praesens et levis afflictio. B. Καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν, summo gradu. Βάρος, pondus, ut hebraicum כָּבֵד *gravitatem* et *praestantiam* exprimit. J. O. 42. Αἰώνιον — ἡμῖν, maximam et aeternam gloriam nobis adfert.

18. Σκοπεῖν, curare, animum ad aliqvid attendere.

CAP. V.

1. Ἐὰν hic est *etsi*. Οἰκία τῦ σκήνυς, domus tabernaculi, i. e. praesens corpus. O. 34. α. Animus noster in corpore habitat non tanqvam in domo diu statura, sed tanqvam in tentorio, qvod facile tollitur. Οἰκοδομὴ ἐκ θεῦ, aedificium ex Deo, h. e. a Deo, divinitus datum. Ἐκ positum est pro ἀπό. Οἰκοδομὴ, h. l. corpus novum, qvod sumus habituri in coelo pulcherrimum.

2. Ἐν, ob. Ἐν τῦτῳ, propterea; potest etiam suppleri οἰκητηρίῳ. Οἰκητήριον, domicilium i. e. corpus illud novum. Τὸ ἐξ ὐρανῦ (ὄν.) Ἐπενδύω, superinduo.

3. Εἴγε, licet. Ἐκδυσάμενοι, licet exuerimus, tamen non erimus γυμνοὶ, nudi i. e. sine corpore. Εὑρεθησόμεθα. J.

4. Οἱ

Cap. 5, 3. Ἐνδυσάμενοι. Lectionem ἐκδυσάμενοι S. V. Ernesti praefert. B. N. II. p. 410.

4. Οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει, dum ſumus in hoc corpore. Βαρέμενοι, miſeri. Ἐφ' ᾧ, propterea qvod. Ἐκδύσασθαι (σκῆνος,) exuere corpus. Ἐπενδύσασθαι, ſuperinduere ſc. aliud. Malumus non exui corpore hoc, ſed per mutationem ſuperindui corpore immortali. Malumus mortem lucriſacere.

5. Ἀῤῥαβῶνα τȣ͂ πνεύματος, arrhabonem i. e. Spiritum. O. 8. α. Spiritus autem denotat *dona Spiritus.* b) Θαῤῥȣ͂ντες — (ἐσμέν.) Hebraei ſolent participia ſine verbo ponere pro verbo praeſentis temporis, qvod Hebraei in verbis non habent. *Sumus igitur ſemper bono animo.* Ὁ δὲ κατεργασάμενος — Θεός (ἐςι,) qvi autem nos comparavit ita, Deus eſt.

6. Ἐνδημέω, incola ſum, habito. Ἐκδημέω, peregre dego.

7. Περιπατέω, vivo. Διὰ πίςεως, fide. Οὐ διὰ εἴδȣς, non autem adſpectu et re ipſa. Fruimur Chriſto in ſpe tantum et fide, non vero eiusdem adſpectu. Εἶδος ad imitationem vocis תְּמוּנָה Num. 12, 8. Pſ. 17, 15. non ſolum *ſpeciem*, ſed etiam *rem ipſam* notat. Kr.

Φιλοτιμέομαι, ſummo ſtudio aliqvid ago.

10. Τὰ διὰ τȣ͂ σώματος (πεπραγμένα,) ea qvae fecit, qvoad fuit in corpore. Πρὸς denotat comparationem. Πρὸς ἃ ἔπραξε, pro ratione eorum, qvae fecit.

11. Ὁ φόβος τȣ͂ Κυρίȣ, h. l. poena a Deo propoſita, iudicium tremendum. Kr. Πείθω, h. l. gratiam alicuius mihi concilio. Εἰδότες — πεφανερώμεθα, ſcientes igitur Dominum timendum nobis qvidem conciliamus homines ſed ita, ut Deo probemur. Poſt ἀνθρώπȣς ſupple μέν. Συνείδησις, iudicium. Πεφανερῶσθαι, h. l. probari. E.

12. Ἵνα ἔχητε (καύχημα,) ut habeatis, qvod dicatis. Πρὸς, adverſus. Πρὸς τὲς — καρδίᾳ, contra eos, qvi de externa conditione gloriantur, non vero de interno cordis fideli affectu; qvod Apoſtolus hic dicit ἐν προσώπῳ v. 16. exprimit per κατὰ σάρκα, h. e. natales, divitias.

13. Ἐξέςημεν, a) zelo ſic ardeo, ut extra me rapiar, h. l. glorior. Θεῷ (ἐξέςημεν,) Dei cauſſa id facio, (cum dico mihi bene ſucceſſiſſe praedicationem Evangelii.) Εἴτε σωφρονὲμεν, ſi modeſte (de nobis loqvimur,) ὑμῖν (σωφρονὲμεν) id fit veſtri cauſſa. E. b) Sive inſanire videmur noſtris adverſariis, qvia commodorum multorum opportunitatem contemnimus; fecimus illud Dei cauſſa; ſive moderationem praeſtemus, reiectis Iudaeorum vanis votis et in ſuam gentem immoderatis ſtudiis, dedimus id vobis, gentibus. Haec et qvae ſeqvuntur, ſunt qvaſi delineatio rerum et argumentorum, qvibus Paullus recte a ſuis defendi poſſit. R.

14. Συνέχω, a) impello, i. e. vehementer cupio omnes homines redigere ad veram cognitionem. F. b) cohibeo, contineo, uti Luc. 19, 23. et Cap. 22, 63. Loeſnerus et K.

15. Κρίναντες τὲτο, etenim ſic exiſtimo. Ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον, idem eſt, ac ſi omnes mortui eſſent.

16. Ὥςε, inde fit, ut. Ἀπὸ τὲ νῦν (ὄντος χρόνε,) ab hoc tempore. Εἰδω, cognoſco alicuius perfectiones, colo, admiror aliqvem. Reſpondet hac notione voci יָדַע. Κατὰ σάρκα, humanorum bonorum cauſſa h. e. neminem aeſtimamus praerogativis humanis, cuiusmodi ſunt opes, paupertas, honor, ignominia. Εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριςὸν, etenim ſi noviſſemus Chriſtum de facie, et conſuetudine ſua, cum

in

in terris his verſaretur, uſi eſſemus, non amplius hanc praerogativam ſpectaremus atqve de ea gloriaremur. Nam nunc non amplius ea ratione eum novimus, ſed conſideramus et colimus ut regem coeleſtem et iudicem humani generis. Moldenhauerus. E. B. VIII. 675. Ἐγνώκαμεν. O. 21. In verbo γινώσκειν eſt ἀντανάκλισις, nam et *notitiam* ſignificat et *aeſtimationem*. Dictum hoc eſt adverſus illos, qvi qvum ex Iudaea Corinthum veniſſent, ſe praeferebant caeteris, eo qvod Chriſtum ipſum dicentem audiiſſent, vidiſſent, forte et cognatione aliqva contingerent, ut illi, qvi ob id dicti fuere δεσπόσυνοι.

17. Ἐν Χριςῷ εἶναι, verum Chriſtianum eſſe. Ἔι τίς (ἐςι.) Καινὴ κτίσις (ἐςὶ,) ſi qvis verus Chriſtianus eſt, nova eſt creatura, h. e. per Spiritum Sanctum renovatus eſt ad novam et ſanctam vitam in fide Chriſti inſtituendam. Ergo non aeſtimandus eſt Chriſtianus ex rebus externis, ſed ex profectu in vera virtute.

18. Τὰ δὲ πάντα (ἐςί.) Ἐκ pro ἀπό. Ἡ διακονία τῆς καταλλαγῆς, miniſterium ad reconciliationem, cuius inſtitutio et conſilium ſit, ut homines reconcilientur. Genitivus exprimit conſilium ſ. cauſſam finalem. B. O. 8.

19. Ὡς, nempe. Ἦν καταλλάσσων, reconciliabat. O. 26. Ἐν pro διὰ, per. Ἀυτοῖς pro αὐτῷ. Θέμενος, poſuit, h. l. mandavit. Ὁ λόγος τῆς καταλλαγῆς idem eſt, qvod ἡ διακονία τῆς καταλλαγῆς.

20. Ὑπὲρ Χριςȣ̃, loco Chriſti. Πρεσβεύω, legatione fungor.

21. Τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, eum, qvi nullius peccati ſibi conſcius eſt; vel rectius: qvi prorſus alienus eſt a peccato, expers peccati. Aliqvid non cognoſcere ex hebraiſmo interdum idem eſt, ac *carere aliqva re*. Ὑπὲρ — ἐποίησε, a) pro nobis peccatum fecit h. e. imputatione facta Dominus coniecit in eum

iniqvitatem omnium nostrum, ut Ies. 53, 6. explicatio huius phraseos habetur, et tractavit eum ut peccatorem. E. b) victimam pro peccato fecit. R. Prior explicatio ob seqvens δικαιοσύνη, cui ἁμαρτία opponitur, mihi qvidem praeferenda videtur. Δικαιοσύνη pro δίκαιοι. Saepe enim abstractum pro concreto seu substantivum pro adiectivo ponitur.

CAP VI.

1. Συνεργȣ̃ντες (Χριςῷ.) adiutores, ministri Christi. Ἐις κενὸν, frustra, temere.

2. Καιρὸς δεκτὸς et ἐυπροσδεκτὸς, tempus clementiae, tempus beneficiorum divinorum. Ἡμέρα σωτηρίας, tempus saluti opportunum. Ἐπήκȣσα, exaudiam. Ἐβοήθησα, opem feram. O. 23.

3. Προσκοπὴ, offensio. Μωμέομαι, reprehendo, h. l. passive, reprehendor.

4. Ἐν παντὶ (πράγματι.) Συνίςημι ἑαυτὸν, exhibeo, praesto me. Ὡς Θεȣ̃ διάκονοι, ut Dei ministros decet pro διακόνȣς, ut a συνιςῶντες pendeat. Ἐν ὑπομονῇ πολλῇ ἐν θλίψεσι, magna tolerantia, qvam demonstramus in calamitatibus etc. Ἀνάγκη, afflictio. J. Στενοχωρία, angustia, penuria consilii.

5. Ἀγρυπνία, pervigilium, h. l. metaphorice denotat curam, qvae mente vigili et attenta geritur, uti Hebr. 13, 17.

6. Ἁγνότης, castitas, puritas. Γνῶσις, amor; nam coniungitur hic cum aliis huiusmodi virtutibus. J. in voce γινώσκω. Ἐν μακροθυμίᾳ, per animum patientem et ad iram tardum. Χρηςότης, lenitas. Ἐν πνεύματι ἁγίῳ, a per dona Spiritus Sancti; b) obsecuti Spiritui Sancto. Luc. 9, 55. Gal. 5, 22. R. Ἐν ἀγάπῃ ἀνυποκρίτῳ, per amorem integerrimum.

7. Ἐν

7. Ἐν λόγῳ ἀληθείας, docendo Evangelium. Ἐν δυνάμει θεοῦ, per vim divinam. Διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης pro δικαίων, per arma iuſta, i. e. vera. Τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν, qvibus utrumqve latus tegatur.

8. Διὰ uſurpatur ταγματικῶς, de modo vel ordine. Διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας, per gloriam et ignominiam, ſive honos nobis habeatur, ſive contemnamur. Ita accipitur, ut cum dicimus per campos et per urbem incedere. Deſcribit enim Apoſtolus vitam Chriſtiani veluti iter difficillimum, qvo contenditur ad metam. Δυσφημία, fama adverſa. Εὐφημία, bona fama. Ὡς πλάνοι, καὶ ἀληθεῖς, tanqvam impoſtores habemur, et tamen probi ſumus.

9. Ἀγνοούμενοι, ignoti, h. l. contemti. Ὡς ἀγνοούμενοι καὶ ἐπιγινωσκόμενοι, etiamſi contemti, tamen cari ſumus. Ἀποθνήσκω, in mortis periculo verſor. Ὡς παιδευόμενοι — θανατούμενοι, conſiderant nos alii tanqvam homines propter ſcelera et varia crimina caſtigatos; nec tamen morte afficimur.

11. Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, os noſtrum aperuit ſe, liberius ad vos loqvor. Πλατύνω καρδίαν, latius facio cor, ſignificat fiduciam animi et amorem. *Omnem qvaſi animum effundo.* Cf. Ieſ. 60, 5. Pſ. 119, 32.

12. Οὐ στενοχωρεῖσθε, non exiguum locum in animo meo poſſidetis i. e. vos valde amo. Στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν, ſed vos eſtis anguſti in viſceribus veſtris, i. e. vos me non viciſſim valde amatis. Sententia eſt: vos in animo meo qvaſi domicilio qvodam eſtis, eoqve minime anguſto. Totum enim vobis cor meum patefeci, atqve adeo veſtri accipiendi cauſſa veluti dilatavi. At vos intus mihi eſtis anguſti, cui locus non ſit apud vos; qvorum ta-

men viſcera oportuerat mihi qvoqve patere, ac viciſſim me capere, ut par pari referretis. Gl.

13. (Κατὰ) τὴν αὐτὴν ἀντιμισθίαν, ad eandem vicem rependendam. Ὡς τέκνοις λέγω, nam ut cum filiis loqvor; filiorum autem eſt patris admonitionem pio et lubenti animo admittere.

14. Ἑτεροζυγέω, aliud et diverſum iugum fero. Animalia diverſi generis ἑτερόζυγα nominabantur. Lege autem erat vetitum ſub uno iugo coniungere animalia diverſi generis. Senſus eſt: nolite multum commercii habere cum impiis. Μετοχὴ, ſocietas.

15. Συμφώνησις, conſenſus. Μέρις, communio. Reſpondet hac notione voci חֵלֶק.

16. Συγκατάθεσις, conſenſus. Vox συγκατάθεσις proprie ita eſt circumſcribenda: in templo Dei qvomodo poni poſſunt idola. Iudaei imagines Deorum, in ſuo templo eſſe, minime patiebantur. Ἐμπεριπατέω, inter aliqvos verſor.

17. Ἐκ μέσȣ αὐτῶν, ab ipſis. Vox μέσον redundat. O. 34. Ἀφορίσθητε, ſeparate vos. O. 18. ſc. ratione animi, conſilii et propoſiti, non externo qvodam odio ducti, ut Iudaei ſolent ἀφορισθῆναι a gentibus. Εἰσδέχομαι, recipio.

18. Εἶναι εἰς πατέρα, εἰς υἱȣς, eſt locutio hebraica. O. 36. Verba haec non deſumta ſunt ex uno loco, ſed reſpicit Paullus ad plures ſententias, 2 Sam. 7, 14. Ier. 30, 22. 31, 1. 9. Ezech. 36, 28.

CAP. VII.

1. Ὁ μολυσμὸς, pollutio. Σὰρξ, corpus. J. Ἐπιτελέω, perficio, exſeqvor. Ἐπιτελεῖν uti et τελεῖν ſunt verba propria in ſacris: Latinis uſurpatur in eadem re *operari*. Senſus huius loci eſt: date operam ſanctitati, qvae eſt in puritate animi et corporis.

2. Χω-

2. Χωρήσατε ὑμᾶς, locum date verbis meis. Φθείρω non ſemper notat *perdo*, ſed etiam *iniuſte laedo.* Πλεονεκτέω, qvaeſtui habeo, circumvenio.

3. Κατάκρισις, accuſatio. Non exprobrandi animo haec dico, ut nempe vobis exprobrem illum tam prolixum favorem in alios, qvum ego talem liberalitatem veſtram expertus non ſim. Corrigere eos vult non *traducere*, qvod hic eſt κατακρίνειν. Antecedens pro Conſeqvente. Ἐις τὸ συν ἀποθανεῖν καὶ συζῆν, adeo ut ipſe cupiam vobiſcum mori et vivere. Id erat apud Veteres amicitiae genus, ut amico forte exſtincto, amicus ultro ſibi mortem conſciſceret: qvod amicitiae genus ſignificat Horatius ſibi fuiſſe cum Maecenate. Vnde dicti συναποθνήσκοντες. Paullus hac phraſi utitur, non qvod huiusmodi qvippiam ſentiat, qvale legimus olim fuiſſe apud ethnicos, verum hoc modo arctiſſimam amicitiam voluit indicare. Eiusmodi amicos Galli vocabant *ſoldurios*, Caeſar *devotos* interpretatur lib. 3. de bello Gall. Talis etiam erat apud Thebanos ἱερὸς λόχος, cuius meminit Plutarchus in Pelopida. Hoc igitur, ex mala conſvetudine enatum amicitiae firmiſſimae ſignum, ponit Apoſtolus, ut ardentiſſimum ſuum amorem indicet. Gl. 895.

4. Πολλή μοι καύχησις ὑπὲρ ὑμῶν, multum gloriari ſoleo (apud alios) de veſtro in me animo. De vobis ſoleo magnifice loqvi Ὑπερπερισσεύω, valde abundo. Ὑπὲρ, propter, de. Πεπλήρωμαι — ἡμῶν, vos facitis, ut me conſoler et maxime laeter.

5. Ἡ σὰρξ ἡμῶν, nos. J. Ἐν πάντι (τόπῳ ſ. καιρῷ) θλιβόμενοι (ἦμεν,) ſed ubivis premebamur. Μάχαι (ἦσαν,) contentiones erant.

6. Εν, per.

7. Ἐφ' ὑμῖν, per conſolationem, qvam accepit e vobis. Qvum collaudaret mihi eximium veſtrum fa-

 vorem,

vorem, qvem ipſe expertus eſſet. Ἐν τῇ παρακλήσει per metalepſin pro ipſa narratione τῆς παρακλήσεως. Ὥστε με μᾶλλον χαρῆναι, adeo ut magis gaviſus fuerim.

8. Ἐι καὶ μεταμελόμην, etſi me poenituerit, tamen (non amplius) me poenitet. Ἐι καὶ πρὸς ὥραν, ſaltem ad breve tempus.

9. Ἐλυπήθητε κατὰ θεὸν, triſtes redditi eſtis modo eo, qvi Deo probatur. Ἐν μηδενὶ (πράγματι.) Ζημιόω, damno afficio.

10. Ἡ λύπη κατὰ θεὸν, dolor propter Deum peccatis laeſum. Ἀμεταμέλητος, cuius nos non poenitet. Qvoniam autem id, cuius nos non poenitet, bonum et ſalubre iudicare, nec mutare, etiamſi facultatis noſtrae eſſet, ſolemus; inde ἀμεταμέλητον eleganter notat *immutabile*, uti Rom. 11, 29. *ſaluberrimum*, uti h. l. Ἀμεταμέλητον referendum eſt hic non tam ad μετάνοιαν, qvam ad σωτηρίαν, ut σωτηρία ἀμεταμέλητος ſit ſalus ſumma. Senſus eſt: triſtitia propter Deum laeſum efficit mutationem mentis, a qva ſumma ſalus proficiſcitur. Kr.

11. Τὸ λυπηθῆναι ὑμᾶς, hoc ipſum, qvod triſtitia affecti eſtis. Ἀλλὰ h. l. a) pro καί. B. b) imo. K. Ἀγανάκτησις, indignatio. Φόβος, a) reverentia, b) cauta providentia. Ἐκδίκησις, ultio. Ἐν παντι (μέρει.) Συνίστημι, demonſtro. Ἑαυτοὺς — πράγματι, ad vos nullam culpam huius facinoris pertinere.

12. Οὐχ ἕνεκεν — ἀδικηθέντος, non tam perſonas reſpexi, qvod male vellem ei, qvi iniuria affecerat, nec eius cauſſa, qvi iniuria affectus fuerat. Alii ſingularem pro plurali intelligunt, Corinthios nempe, qvi ſic laeſi videri poterant; alii intelligunt parentem, cui uxor ſubducta fuerat. Ἕινεκεν τοῦ φανερωθῆναι — θεοῦ, ut ſtudium noſtrum erga vos candidum apud vos manifeſtaretur. O. 35.

13. Ἐπὶ

13. Ἐπὶ τῇ παρακλήσει ὑμῶν, ſolatio a vobis orto, qvod e vobis percepimus. O. 8. β. Ἀπὸ πάντων ὑμῶν, a vobis omnibus, h. e. ex intuitu et conſideratione veſtrum omnium.

14. Ἡ καύχησις ἡμῶν ἡ ἐπὶ Τίτȣ, a) gloriatio noſtra de Tito agnita a vobis fuit ut veriſſima. Glaſſ. et Kr. b) laus illa, qvam vobis tribui apud Titum. K. R.

15. Σπλάγχνα, τὰ, amor. Ἀναμιμνήσκω, in mentem revoco. Ὡς, qvod. Μετὰ φόβȣ καὶ τρόμȣ, cum obſervantia et ſumma reverentia.

16. Θαῤῥῶ i. e. δύναμαι θαῤῥεῖν. O. 12. Ἐν παντὶ (μέρει,) gaudeo vos tales eſſe, ut de vobis mihi omnia optima poſſim polliceri.

CAP. VIII.

1. Γνωρίζομεν ὑμῖν, ſcribendum vobis arbitror. Δεδομένην ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, qvae data ſit eccleſiis. Ἐν redundat. B. Ὅτι ἐν πολλῇ — αὐτῶν, inter multas calamitates beneficentiam eorum fuiſſe hilarem. Ἡ κατὰ βάθος — αὐτῶν, ſumma paupertas eorum (h. e. cum eſſent pauperrimi,) oſtendit ſe largam, ut tanqvam divites bene facerent. Praepoſitio κατὰ circumſcribit adiectivum. O. 5. Ἁπλότης, liberalitas. J. Πλȣ̃τος ἁπλότητος, eximia liberalitas. O. 5. Argutam notionum denſitatem, qvae ſtructurae vocum in toto verſu 2 ineſt, obſervat Doctiſſimus Bauerus. Vid. eius Phil. p. 292.

3. Ὅτι κατὰ δύναμιν (ἐποιήσαντο λογίαν.) B. Ὅτι — αὐθαίρετοι (ἐγενήθησαν,) ad aeqvam viribus, qvin etiam ad maiorem ipſorum facultatibus, liberalitatem promti (fuerunt.) K. et Loeſn.

4. Μετὰ πολλῆς παρακλήσεως δεόμενοι, vehementer rogantes. Χάρις, munus. Κοινωνία τῆς διακο-

Cap. 8, 4. Δέξασθαι ἡμᾶς S. R. Griesb. recte omiſit.

διακονίας, eleemoſyna collecta. Κοινωνία per metonymiam cauſſae efficientis pro effectu denotat eleemoſynam et διακονία curam eleemoſynarum colligendarum et in pauperes erogandarum. Τῆς εἰς τοὺς ἁγίους (οὔσης,) qvae Chriſtianis eſt deſtinata.

5. Καὶ οὐ καθὼς ἠλπίσαμεν, neqve fecerunt ſc. qvemadmodum ſperabamus. Qvae qvi ſic audierit, intelligat, ſpem Paulli deceptam fuiſſe, infra ſpem eius et exſpectationem conſtitiſſe Achaeorum beneficentiam. Sed contextus ita reddi iubet: ſed *multo plus* fecere, qvam ſperaveramus, ſc. ut ſe totos Deo traderent, omnia eius cultui ſacrarent. De *ſuperiori* ergo et *maiori* ut de *inferiori* ſermo eſt. Hanc Comparatorum hypallagen obſervat B. Ἠλπίσαμεν (οὕτως ἦσαν.) Πρῶτον τῷ Κυρίῳ καὶ ἡμῖν, a) primum Domino, deinde mihi. Καὶ hic ponitur pro ἔπειτα, ut reſpondeat voci πρῶτον. R. b) primum (ſc. prae munere) ſe tradiderunt Chriſto et mihi. Cf. Rom. 15, 16. Bengel. Διὰ pro κατὰ, dederunt ſe Deo et nobis per voluntatem Dei, i. e. ſecundum voluntatem Dei. Niſi explicare malueris, beneficio, auxilio Dei, Deo impellente et efficiente. Obſervante Bengelio cum verbo ἔδωκαν cohaerent Nominativi illi, αὐθαίρετοι, δεόμενοι, et ab eodem pendent Accuſativi χάριν, κοινωνίαν, ἑαυτοὺς ſenſu facili et ſvavi. Qvam explicationem ego qvidem ellipſibus ſupra v. 3. commemoratis praefero. Ita etiam Chryſoſt. Homil. XVI. in II. Cor. coll. maxime Hom. XVII.

6. Εἰς τὸ παρακαλέσαι ἡμᾶς, ita ut nos adhortaremur. Εἰς, apud. Χάρις, beneficentia.

7. Ἀλλ᾽ (σπουδάζετε) ὥσπερ etc. Περισσεύω, excello. Ἐν παντὶ (μέρει.) Λόγος, h. l. donum peregrinarum lingvarum. Γνῶσις, donum propheticum.

8. Οὐ

8. Ὀυ κατ' ἐπιταγὴν λέγω, non, ut vobis imperem, hoc dico. Γνήσιον pro γνησιότητα. Saepe enim neutrum adiectivi pro abstracto s. substantivo ponitur. Δοκιμάζων, experiri cupiens.

9. Πτωχεύω, pauper sum. Πλέσιος ὢν, qvamvis dives esset. O. 22.

10. Γνώμη, h. l. consilium. Τὄτο γὰρ ὑμῖν συμφέρει, expedit nempe vobis tueri bonam famam, qvam coepistis conseqvi, ne videamini leves et vani promissores. Ἀπὸ πέρυσι, anno proxime elapso. Τὸ θέλειν, velle, pro sponte et alacriter aliqvid velle ponitur. Coepistis non solum facere, sed etiam ultro id velle, et promta voluntate facere.

11. Καθάπερ (ἐςί.) Ὅυτω καὶ (ᾖ.) Ἐκ τὄ ἔχειν pro ἐκ τὄτὄ, ὃ ἔχετε. Ἐκ h. l. secundum, pro eo ac habetis.

12. Πρόκειμαι, adsum. Καθὸ ex κατὰ ὃ, qvod est pro κατὰ τὄτο ὅ. Ἐὰν h. l. redundat. Sensus est: Si promtitudo benefaciendi adest, *gratus* est is, qvi benefacit pro viribus, neqve est *invisus*, qvi tam large dare non potest. Oppositum ex opposito supplendum est. Apostolus ostendit tenuitatem male praetexi a qvoqvam, qvasi non sit Deo futurum gratum ipsius munus, nisi par fuerit locupletum collationi.

13. Ὀυ γὰρ (λέγω τὄτο) ἵνα (ᾖ) — ὑςέρημα, non enim benefaciendum est, ut aliis fiat relaxatio, vobis autem inopia, (θλίψις inopia et ἄνεσις relaxatio ab ea h. l. sibi opponuntur) sed ex aeqvalitate, ut nunc vestrae copiae ad eorum inopiam conferantur.

15. Ὁ τὸ πολὺ συλλεξάμενος,) qvi multum collegerat. Πλεονάζω, plus habeo. Ἐλαττονέω, minus habeo.

16. Χάρις δὲ (ἔςω.)

17. **Παράκλησιν ἐδέξατο**, cohortationi obediens fuit. *Σπȣδαιότερος — πρὸς ὑμᾶς*, a) adeo alacrem ſe praeſtitit, ut ſuo ipſius conſilio ad vos veniſſe videretur. E. b) Imo tam liberali fuit animo, ut ultro ad vos proficiſci vellet. Oſtendit ſe praeveniſſe mea deſideria, et ſua ſponte iam id cupiiſſe. R.

18. **Ἐν τῷ ἐυαγγελίῳ**, qvod Evangelium ſtudioſe docuit.

19. **Χειροτονέω**, eligo, ſolenni ritu deſigno. (Ἐςὶ) *χειροτονηθεὶς*. *Συνέκδημος*, peregrinationis ſocius. *Πρὸς προθυμίαν ὑμῶν*, ad prolixam voluntatem veſtram excitandam.

20. **Στέλλομαι**, caveo. *Μήτι — διακονȣμένῃ*, ne qvis nos carpat in hac copioſa eccleſiarum munificentia, qvae curae noſtrae fideiqve commiſſa eſt. Pergit Apoſtolus in declarando ſuo conſilio, qvod pertinet ad integerrimam procurationem eleemoſynarum. Ne, inqvit, ulla ſuſpicio aut obtrectatio hominum malignorum locum habeat, miſi tales viros, qvi illud negotium apud vos ita procurent, ut nihil vituperationis in me cadere poſſit.

21. **Προνοȣ́μενοι καλὰ**, curamus recta facere. *Ὀυ μόνον — ἀνθρώπων*, ut non ſolum Deum teſtem habeamus, ſed etiam homines ſc. ratione adminiſtrationis recte geſtae. O. 35.

22. **Πεποιθήσει πολλῇ τῇ εἰς ὑμᾶς**, ideo, qvod de vobis omnia ſperat optima me auctore.

23. **Ἔιτε ὑπὲρ Τίτȣ — Χριςȣ̃**, ſive Titi nomine, qvi ſocius meus eſt et apud vos adiutor, ſive aliorum, qvi fratres noſtri ſunt, et legati eccleſiarum, *gloria* Chriſti. h. e. ornamenta eccleſiae Chriſti. *Ἀδελφοὶ* pro *ἔιτε ὑπὲρ ἀδελφῶν*. *Ἀπόςολος*, legatus.

24 **Ἔνδειξιν** redundat. O. 38. *Ἐις πρόσωπον τῶν ἐκκλησιῶν*, ut appareat caeteris eccleſiis.

CAP.

CAP. IX.

1. Περὶ — διακονίας, qvod ad eleemosynas ipsas attinet. Περισσὸν, supervacaneum.

2. Παρασκευάσθαι ἀπὸ πέρυσι, parata est anno superiori. Ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος pro ζῆλος ὑμῶν, vestrum studium. Ἐρεθίζω, ad aemulationem provoco.

4. Ἀπαρασκεύαστος, ὁ, ἡ, imparatus. Ὑπόστασις, ἡ, fiducia. Ἡ ὑπόστασις τῆς καυχήσεως est fiducia tam certa et firma, ut de Corinthiis gloriari auderet.

5. Προκαταρτίζω, praeparo. Προκαταγγέλλω, ante denuntio. Εὐλογία, beneficium. J. Ὡς εὐλογίαν — πλεονεξίαν, ut beneficia vestra sint beneficia, non avaritia, non tanqvam ab avaris extorta, i. e. ut appareat vos esse benignos, non avaros. Ante ταύτην supple ὥστε, ut plena sit oratio: ὥστη ταύτην ἑτοίμην εἶναι etc. Ita ut paratum sit tanqvam munus, non tanqvam aliqvid ex avaritia datum; ut manifesta sit εὐλογία et nulla appareat πλεονεξία.

6. Τοῦτο δὲ (λέγω.) Φειδομένως, parce. Εὐλογία. h. l. abundantia. Ἐν εὐλογίαις, copiose.

7. Προαιρέομαι. volo. O. 2. γ. Ἐκ pro μετά. Ἐκ λύπης, aegre, moleste. Δότης, dator.

8. Δυνατὸς δέ (ἐστι) περισσεῦσαι, facere ut redundet. O. 19. Πᾶσα χάρις, omne genus beneficii. Ἐν παντι (μέρει,) qvovis modo. Αὐτάρκεια, sufficientia. Περισσεύετε — ἀγαθὸν, large habeatis, unde possitis benefacere.

9. Καθὼς — αἰῶνα, supple: *ut etiam vobis eveniat.* Verba desumta sunt ex Ps. 112, 9. Εἰς τὸν αἰῶνα, in Psalmo significat: famam post se longam relinqvit; sed sensu Paullino: Deus nunqvam obliviscetur; semper vobis retribuet. R. Σκορπίζω, largiter

ter diſtribuo. Πένης, ητος, ὁ, ἡ, pauper. Δικαιοσύνη, beneficia, eleemoſyna. J.

10. Ἐπιχορηγέω, ſuppedito. Χορηγήσαι, πληθύναι, αὐξήσαι, Aor. I. Opt. A. Verſ. 9. et 10. parentheſi ſunt includendi.

11. Ἐν παντὶ πλουτιζόμενοι, ut ſitis ditati ex omni parte. Εἰς πᾶσαν ἁπλότητα, ad omne beneficentiae genus exercendum. Ἥτις — Θεῷ; qvae efficit per nos, ut gratiae agantur Deo. Paullus innuit alios Chriſtianos, praecipue Palaeſtinenſes, laudaturos eſſe Deum, ſi per hoc ſuum miniſterium ſe tantopere adiutos experti eſſent.

12. Ἐςὶ προσαναπληροῦσα pro προσαναπληροῖ, adimplet. Ἀλλὰ καὶ περισσεύουσα, ſed etiam ſe exhibet praeſtantem ſc. per effectus eximios, qvos operatur; parit enim gratiarum actiones v. 12. laudes Dei et v. 13. preces pro iis, qvorum liberalitatem Chriſtiani pauperes erant experti v. 14.

13. Διὰ τῆς δοκιμῆς — ταύτης, ex hoc veſtrae caritatis ſpecimine, in hac ſubminiſtratione. Δοξάζοντες pro δοξαζόντων, ut voci πολλῶν vel ἁγίων reſponderet; cuiusmodi anacoluthon apud optimos ſcriptores occurrit. Ἐπὶ τῇ — Χριςοῦ, qvod uno conſenſu declaraveritis vos unum ſecum Evangelium agnoſcere, cui vos ipſos libenter ſubieceritis.

14. Καὶ αὐτῶν δεήσει pendet a περισσεύουσα, V. 13. parentheſi eſt includendus. Ἐπιποθέω, intime amo. Ὑπερβάλλω, excello.

15. Χάρις δὲ (ἔςω) τῷ Θεῷ, gratia autem ſit Deo. Ἀνεκδιήγητος, ὁ, ἡ, Latine non eſt *inenarrabilis*, ſed *ſummus;* idem valet ἀνεκλάλητος, qvod non minus male vertunt vulgo *ineffabilis.* Vid. Cel. Fiſcheri Praef. ad Paſ. Lex. p. 29.

CAP.

CAP. X.

1. Διὰ, propter, qvae ſignificatio Accuſativum reqvirebat. Διὰ τῆς πρᾳότητος pro διὰ τὴν πρᾳότητα. B. Διὰ τῆς — Χριστοῦ, ea lenitate atqve humanitate, qvae Apoſtolum Chriſti decet. R. Ἐπιείκεια, facilitas. Κατὰ πρόσωπον, coram. Eſt hebraicum לִפְנֵי. Θαῤῥέω, confidenter ago. Εἰς ὑμᾶς, vobiscum. Ὃς κατὰ — εἰς ὑμᾶς, qvi praeſens apud vos *timidus* multis videor, abſens vero videor *eſſe ſeverus* in vos.

2. Θαῤῥῶ pro θαῤῥῶν ſicut ἀπών. Δέομαι — θαῤῥῆσαι, rogo, ne faciatis, ut praeſens utar illa mea auctoritate, qva cogito et uti, rogo ne utar h. e. ne a vobis occaſionem accipiam utendi iſta ſeveritate, qva uſus eſſe exiſtimor. O. 12. ς. Ἐπί τινας — περιπατοῦντας, adverſus qvosdam, qvibus videor humanis conſiliis uti.

3. Ἐν σαρκὶ — στρατευόμεθα, a) humanam qvidem vitam vivo, nec tamen humanis artibus pugno. E. Qvanqvam enim homo ſum, ſicut ſunt alii, non tamen bella gero infirma. R.

4. Σαρκικὸς, h. l. humanus, infirmus. J. in voce σάρξ. Δυνατὰ τῷ θεῷ, a) eximie valida, uti Act. 7, 20. ἀστεῖος τῷ θεῷ redditur *eximie bellus et venuſtus*. J. in voce θεός, vide Obſerv. S. R. Dathii ad Glaſſ. Ph. p. 45. b) *potentia per Deum*, ut cauſſam efficientem intelligamus huius potentiae, ut Evangelium dicatur δύναμις θεοῦ. Rom. 1, 16. B. Καθαίρεσις, deſtructio. Ὀχύρωμα, τὸ, munimentum.

5. Λογισμὸς, ratiocinium, conſilium. Λογισμοὺς καὶ πᾶν ὕψωμα per ἓν διὰ δυοῖν pro ὕψωμα τῶν λογισμῶν. Ὕψωμα autem h. l. idem eſt qvod ὀχύρωμα arx munita, ex hebraiſmo. Ἐπαίρομαι, opponor.

nor. Γνῶσις τȣ͂ Θεȣ͂, Evangelium. Ἀιχμαλωτίζω, ſubiugo. Πᾶν νόημα, omnia inventa humana. Ἐις τὴν ὑπακοὴν τȣ͂ Χριςȣ͂, ad obſeqvendum Chriſto.

6. Ἐν ἑτοίμῳ ἔχειν, paratum eſſe. Ἐκδικέω, h. l. punio. Ὅταν—ὑπακοὴ, ſi vos, qvod veſtri eſt officii, feceritis. *Sens:* iam dudum uti potuiſſem auctoritate mea adverſus contumaces e vobis, et adhuc in promtu eſt mihi hoc facere. Qvod tales nondum ex eccleſia publice eieci, non factum eſt ex timiditate; ſed hoc volui antea conſeqvi, ut boni ſe interea corrigerent, ne hi ſimul damnationi praecipiti involverentur.

7. Τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε, a) reſpicite externa, qvae in oculos cadunt. K. b) adeone reſpicitis externa? Cf. infra v. 10. Τȣ͂το λογιζέϑω ἀφ᾽ ἑαυτȣ͂ hoc colligat ex ſe ipſo, i. e. etiam a me non admonitus. Ἀυτός (ἐςι) ἡμεῖς (ἐσμὲν,) ſi Chriſti miniſter eſt, ultro agnoſcet et me Chriſti eſſe.

8. Περισσότερόν τι, qvid paullo plus qvam alii. Ἡς. O. 11. Ὀικοδομὴ, h. l. utilitas. Καϑαίρεσις, pernicies. O. 1. Ὀυκ αἰσχυνϑήσομαι, non reqvirar vanus.

9. Supple: ſed non faciam, ἵνα—ἐπιςολῶν, ne videar per epiſtolas vos velle terrere?

10. Φησὶ, inqvit. Poteſt qvidem e. v. 7. intelligi ἔιτις, aut e v. 11. Ὁ τοιȣ͂τος. Rectius tamen refertur ad morem illum, qvi, nec Latinis ignotus, *inqvit* pluribus qvoqve, uti ſecundae perſonae, tribuit; ut illos reſpiciat, v. 2. Τȣ̀ς λογιζομένȣς. B. Βαρὺς, aſper. Ἰσχυρὸς, gravis. Ἀσϑενὴς, tenuis. Ipſe praeſens ſatis timidus eſt. Λόγος, oratio. Ἐξȣϑενημένος, humilis.

12. Ὀυ

12. Ὀυ γὰρ — ἐ συνιῶσι, non enim ſuſtinemus inſerere aut conferre nos ipſos cum qvibusdam, qvi ſe ipſos commendant non intelligentibus. Loqvitur ironice Apoſtolus, Pſeudo-Apoſtolos perſtringens, qvi de ſe tam magnifice ſentiebant ac gloriabantur, ac ſi Paullus nulla ex parte ipſis conferendus eſſet. Ἀλλὰ — ἑαυτοῖς, ſed metior meo modulo, et me comparo mecum. Haec verba parentheſi ſunt includenda. Συνιῶσι eſt participium, qvod referendum ad τισί. Kr. De phraſi μετρεῖν ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτὸς, ſuo ſe modulo ac pede metiri, intra conditionem ſuam ſe continere, vid. Lamb. Bos. Exercitatt. ad h. l. Ἀλλὰ αὐτοὶ — συνιῶσι, alii, qvibus parentheſis iſta nimis dura videtur, ita explicant haec verba: nempe ipſi ex ſe ipſis ſemper ſe (ambitioſius) metientes, et ſe ipſos tantum (contemnendo alios) ſibi ipſis comparantes, longe abſunt a vera ſapientia.

13. Ἐις τὰ ἄμετρα, ſupra menſuram. Ἀλλὰ κατὰ τὸ μέτρον τῦ κανόνος (καυχώμεθα,) gloriamur intra fines a Deo nobis poſitos, h. e. de regionibus nobis a Deo ad docendum aſſignatis. Nempe κανὼν reſpondet hebraico חֶבֶל ſeu קָו ſignificanti proprie funiculum menſorium, et dicitur h. l. et infra v. 15. de finibus muneris et provinciae aſſignatae ad evangelium in ea praedicandum. E. I. 142. Οὖ μέτρε pro ὃ μέτρον. O. 11. Μερίζω, tribuo, conſtituo. J. Ἐφικνέομαι, pervenio, pertingo.

14. Ὑπερ-

Cap. 10, 12. Ἀλλὰ αὐτοὶ — ἐ συνιῶσι; Secundum receptam hanc lectionem haec referuntur ad Paulli adverſarios. Sed antiqvior illa graeca recenſio, qvam Latini inde ab Hilario ſeqvuntur, ita exhibet hunc locum: Ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτὲς μετρῦντες, καὶ συγκρίνοντες ἑαυτὲς ἑαυτοῖς, ἐχὶ εἰς τὰ ἄμετρα καυχησόμεθα. Ita hoc intelligendum eſſet de Paullo, qvod et convenit adverſativae ἀλλὰ etc. R.

14. Ὑπερεκτείνω, h. l. arroganter me extendo. Non enim extendo me i. e. inſpectionem meam, in ea loca, in qvae non perveni, i. e. in qvae nihil iuris habeo. Ὡς, qvum.

15. Εἰς τὰ ἄμετρα, i. e. ἀμέτρως, ſine modo, omnino de omnibus. Ἐν ὑμῖν — ἡμῶν, me laudem conſecuturum eſſe de vobis, ita ut non tranſeam fines meos. Εἰς περισσείαν, ad abundantiam usqve.

16. Εἰς τὰ ὑπερέκεινα (μέρη ὑμῶν εὐαγγελίσασθαι, ita ut poſſim abundanter docere Evangelium in locis remotis nimirum aditu per vos praeparato. Qvia Corinthii magni erant navigatores et mercatores, ſperabat, per eos aliqvam famam Evangelii ad oras exteras perventuram, qvae ipſi Paullo aditum ad praedicandum daret, ut olim factum erat Antiochiae. Εἰς pro ἐν. Ἕτοιμα, loca, ubi eccleſia iam fundata eſt. Εἰς τὰ ἕτοιμα, ob parata ſc. ab aliis. Εἰς, h. l. propter, de.

CAP. XI.

1. Ὄφελον, utinam. Ἀνέχομαι, tolero. Ἀφροσύνη, inſipientia. Sic vocat Paullus extortam ſibi apologiam, ideo qvod ſpeciem qvandam inſipientiae habeat apud eos, qvi rem non penitus norint. Ἀλλὰ καὶ, imo et.

2. Ζηλόω, h. l. amo, ambio. Θεοῦ ζῆλος, a) amor divinus, i. e. voluntati divinae conveniens. Kr. b) ſtudium, qvale Deus habet ad ſalutem noſtram ſtabiliendam. Genitivus exprimit cauſſam exemplarem. B. Ἁρμόζω, a) Orno, praeparo, ſic Chryſoſtomus de ſacerdotio L. IV. hanc vocem, S. V. Erneſtio iudice, optime interpretatus eſt. b) do nuptui, deſpondeo, hoc ſenſu ἁρμόζεσθαι apud Philonem occurrit. Vid. Loeſn. Obſ. 320. Erant apud Lacedaemonios Harmoſyni

ſyni Magiſtratus, qvorum curae virgines concreditae erant, ut non illibatam ſolum virginitatem retinerent, ſed et maritis honeſtis nuberent. Kr. Παρίςημι, h. l. trado.

3. Φθαρῇ—ἁπλότητος, ne corrumpantur ſenſus veſtri a ſimplicitate, i. e. ne corrupti a ſimplicitate abducantur. Praepoſitio ἀπὸ cum arguta brevitate adhibetur. B.

4. Κηρύσσει pro ἐκήρυσσε. Λαμβάνετε pro ἐλαμβάνετε, a) ſi veniret, qvi alium Ieſum *praedicaret*—aut ſi alium ſpiritum *acciperetis*. Ἕτερον πνεῦμα, praeſtantiorem ſpiritum. O. 3. Καλῶς ἠνείχεσθε, recte eum ferretis. O. 23. b) Si qvis enim ad vos veniret, longe alia docens, qvam qvidem ego iam docueram, credo vos eum libenter eſſe ſuſcepturos. Haec explicatio optime cohaeret cum v. 3. R. Γὰρ, ſed.

5. (Κατὰ) μηθέν. Ὑςερέω, inferior ſum. Ὑπὲρ λίαν, ſupra qvam valde. Τῶν ὑπὲρ λίαν (ὄντων) ἀποςόλων, ſummis apoſtolis. Paullus falſos Apoſtolos τὺς ὑπὲρ λίαν ἀποςόλυς vocat, qvi ſcilicet ſe tales, ſed falſo, apud Corinthios venditabant. Kr.

6. Λόγος, h. l. eloqventia. Ἀλλ' ἐν πάντι (μέρει) φανερωθέντες, ſed omnino vobis ſumus ſpectati. Εἰς, apud.

8. Συλάω, ſpolio. Ὑςερεῖσθαι, defectum pati, inopia laborare. Καταναρκέω, moleſtus ſum alicui. Conſtruitur cum Genitivo vi praepoſitionis.

9. Ἀβαρής, non oneroſus, non moleſtus.

10. Ἔςιν—ἐμοὶ, vobis ego per Chriſtum vere affirmo, ut Rom. 9, 1. Eſt formula iurandi. Φραγήσεται, h. l. idem qvod κρυφθήσεται. Nam חתם occultare Alexandrini Interpretes per φράσσειν expreſſerunt. Ἡ καύχησις—φραγήσεται εἰς ἐμὲ, haec res

gloria digna a me non occultabitur, i. e. eam non tacebo. Ἐις ἐμὲ pro ἐν ἐμοί. Κλίμα, h. l. regio.

11. Διατὶ, ſi cauſſam rogatis, haud ſane illa eſt, qvam adverſarii afferunt, qvaſi ego vos ſpernerem. Ὁ δὲ ποιῶ, ſupplendum eſt διὰ τȣ̃το ποιῶ.

12. Ἐκκόπτω, praecido. Θέλω, opto.

13. Δόλιος, ία, ον, doloſus. Δόλιοι ſc. εἰσί.

14. Μέγα pro θαυμαςόν. Μετασχηματίζομαι, aſſumo ſpeciem.

15. Ὀυ μέγα, non eſt mirandum. Τέλος, poena. J. Eleganter dicitur τὸ τέλος id, qvod aliqvam actionem, tanqvam cauſſam ſeqvitur, ſive bonum ſit, ſive malum, atqve adeo cum praemium tum poenam ſignificat.

16. Ἐι δὲ μή γε, ſin autem minus. Κἂν, ſaltem. Δέχομαι, h. l. veniam aliqvam tribuo, tolero.

17. Κατὰ Κύριον, a) ex mandato, ſeu praeſcripto Domini; b) non ita ut cultorem Chriſti deceret, ſi res in ſe conſideretur. Non negat Paullus ſe optimo conſilio haec ſcribere, ſed modum hunc defendendi honorem ſuum ſibi non placere fatetur. R. Ἐν ταύτῃ — καυχήσεως, qvia certus ſum me habere, qvod glorier.

18. Κατὰ τὴν σάρκα, de rebus humanis.

19. Ἡδέως — ὄντες, ferre ſoletis iactabundos (ſc. falſos apoſtolos,) qvia vobis ſapientes videmini. Eſt iuſta reprehenſio, qvod tam ſtolidos homines non aegre ſuſtinuerint.

20. Καταδȣλοῖ pro καταδȣλȣ̃ται, Activum pro Medio. Sibi enim falſi illi doctores ſubiicere volebant Corinthios. B. Κατεσθίει, ſi qvis (veſtra bona) conſumit. Λαμβάνει (δόλῳ, qvod 2 Cor. 12, 26. ſuppletur,)

pletur,) decipit, circumvenit. Ἐπαίρομαι, me extollo.

21. Κατὰ ἀτιμίαν, a) vos vituperandi caussa. b) ignominiam meam fateor, (ironice hoc, qvod Pseudapostolis erat dedecori, qvi talia, qvalia v. 19. commemorantur, sibi in Corinthios arrogabant, suam vocat ignominiam,) me scilicet adeo infirmum esse, ut haud valeam tali erga vos libertate uti, fateor me in hac re Pseudapostolis non parem esse. Ὡς redundat. Ὡς — ἠσθενήσαμεν, me nimis fuisse timidum i. e. me nunqvam huiusmodi aliqvid esse ausum. Ἐν ᾧ — κἀγώ, qva vero alia re qvis glorietur, mihi aeqve licet. Posterior explicatio contextui magis convenit. Τολμᾷ pro τολμηρός ἐστι, qvo qvis audax et confidens est, et ego sum.

22. Κἀγώ (εἰμι.)

23. Παραφρονῶν λαλῶ, veluti stultus loqvor. Ὑπὲρ, plus. Casu carens adverbiascit. B. Suppleri vult αὐτοὺς, supra illos ego sum. Ὑπερβαλλόντως, supra modum. Ἐν θανάτοις πολλάκις, saepe mortis periculum adii. Πεντάκις, qvinqvies.

24. Παρὰ μίαν sc. πληγήν.

25. Ῥαβδίζω, baculis caedo, fustibus aliqvem peto. E. B. V. p. 881. Ναυαγέω, naufragium facio. Νυχθήμερον, spatium diei ac noctis unius. Ὁ βυθὸς, profunditas. Πεποίηκα (χρόνον,) commoratus sum. Haec ellipsis suppletur Act. 15, 33. 18, 23.

26. Ὁδοιπορία, iter. Κινδύνοις ποταμῶν, λῃστῶν, periculis *fluminum*, *latronum*, i. e. a fluminibus, a latronibus. Genitivus indicat caussam efficientem. Ἐκ γένους (μου.) Γένος h. l. κατ᾽ ἐξοχὴν denotat Iudaeos. Post ὁδοιπορίαις et κινδύνοις repete πεποίηκα.

27. Ὁ μόχθος, aerumna. Τὸ δίψος, ſitis. Τὸ ψῦχος, frigus. Γυμνότης, nuditas. Ex hebraiſmo nuditas tribuitur non ſolum illi, qvi omnibus veſtibus deſtitutus, ſed etiam qvi male veſtitus eſt.

28. Χωρὶς τῶν παρεκτὸς (γινομένων,) praeter ea, qvae inſuper mihi accidunt. Ἐπισύστασις, diſtractio. Ἡ ἐπισύστασις — ἡμέραν, ſupple οἷον, e. g. multitudo hominum, qvi me qvotidie adeunt et interpellant.

29. Πυρόω, accendo. Metaphorice uſurpatur de affectibus. Πυροῦμαι, h. l. vehementiſſime commoveor.

30. Τὰ τῆς ἀσθενείας, i. e. τὴν ἀσθένειαν.

31. Ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, Deus pater.

32. Καὶ redundat. Ἐθνάρχης, gentis praefectus. Videtur intelligi ἐθνάρχης Iudaeorum. Nam vocabulum hoc plurimam partem, ut patet ex Ioſepho Ant. XIII, 6. 6. XIV, 7. 2. aliisqve teſtimoniis, de Iudaeorum praefectis adhibitum eſt. Nominat autem Paullus regis Aretae ethnarcham, qvia, ut coniicere licet, a Rege Areta Iudaeis, dimiſſo priore, praepoſitus fuit, et a Romano, ſive potius a Romanis conſtituto erat ſecernendus. Hiſtoria narratur Act. 9, 22. Φρουρέω, cuſtodio.

33. Θυρὶς, feneſtra muro iniecta. Σαργάνη, ſporta.

CAP. XII.

1. Γὰρ, h. l. pro adverſativa ἀλλὰ ὅμως, tamen nihilo ſecius. B.

2. Οἶδα ἄνθρωπον ἐν Χριστῷ (ὄντα,) novi Chriſtianum. Ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον, repetitum pronomen

nomen ob parenthefin, et pofitum eft τοιȣ̃τον, talem pro τȣ̃τον. Paullus revelationem, qvae ipfi contigit, ὀπτασίαν vocat; planum igitur eft (qvod contra Heumannum eft notandum) eum non fenfu proprio in coelum fublatum fuiffe. E. B. IV. p. 702.

3. Ἔιτε — σώματος (ἐγένετο,) utrum in corpore i. e. anima cum corpore coniuncta fuerit, an extra corpus, i. e. anima eius a corpore feiuncta fuerit.

4. Ἄῤῥητα, non dicenda, arcana h. e. talia, qvae Apoftolo prohibita erant aliis enunciare. Sic apud Graecos ἀῤῥητα μυςήρια, qvae aliis aperire nefas. Ἐξὸν (ἔςι.)

6. Φείδομαι, h. l. nolo. Sic Horatius: *parce*, i. e. noli qvaerere. Μή τις — βλέπει με, ne qvis tribuat mihi plura, qvam qvae videt. Ὑπερβολὴ τῶν ἀποκαλύψεων, excellentiffimae apocalypfes. O. 5.

7. Ὁ σκόλοψ, a) fpina, Ezech. 28, 24. Hof. 2, 7. E. B. II. 789. b) palus praeacutus. Kr. Metaphorice denotat afflictionem, dolores et cruciatus fummos, qvi homini inferri poffunt. Optime interpreteris de graviffimis afflictionibus, inde mox v. 10. explicat per ἐν ἀσθενείαις. Σκόλοψ τῇ σαρκὶ pro τῆς σαρκός. Ἄγγελος Σατᾶν, Pfeudapoftolus. Κολαφίζω, colaphum alicui infligo, h. l. vehementer vexo, id qvod Pfeudapoftoli a Satana concitati Paullo faciebant.

9. Ἀρκεῖ — τελειȣ̃ται, Doctiffimus Blafchius hunc locum ita παραφράζει: contentus fis munere apoftolico; qvod enim tu cupis, ut δύναμις mea prodigiofa tibi praefto fit ad id, ut malo aliqvo prodigiofe facto nefarios tuos contemtores abs te repellas, non recte cupis. Virtus enim ac poteftas, qva etiam tu inftructus es in legatorum meorum humilitate (ἀσθενείᾳ)

 potiffi-

potissimum se exserit. Τελειῦται, ostendit se perfectam. O. 16. Ἥδιστα, lubentissime. Μᾶλλον redundat. B.

10. Εὐδοκῶ, delector. Ὕβρεις, iniuria, contumelia.

11. Γέγονα ἄφρων καυχώμενος, deliravi gloriando. Εἰ καὶ, etiamsi.

12. Ἐν πάσῃ ὑπομονῇ, cum omni perseverantia, i. e. constanter et perpetuo.

13. Ἀδικία, iniuria. Beneficium in illos collatum h. l. ironice dicitur ἀδικία: ironice etiam deprecatur, cum nihil tale opus fuerit.

14. Τὰ ὑμῶν (ὑπάρχοντα,) facultates vestras.

15. Ἐκδαπανάομαι, h. l. sumtus facio ita, ut consumar. Ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, propter vos. O. 34.

16. Ἔστω, posito, sit. Dicat aliqvis: sane sit ita; at qvod tu ipse non fecisti, fecisti per alios sc. per eos, qvos misisti. Huic obiectioni Apostolus v. 17. et 18. occurrit. Πανοῦργος, callidus. Cum in bonam, tum in malam partem accipitur.

17. Μή τινα pro μὴ διά τινος. Accusativus pro Genitivo positus, subintellecto διὰ e seqventi. B.

18. Περιπατέω, gero me. J. Οὐ τῷ αὐτῷ — ἴχνεσι; nonne iisdem consiliis usi sumus?

19. Ὑμῖν, apud vos, ad vos. Dativus pro regimine praepositionum. Κατενώπιον τοῦ Θεοῦ, teste Deo. O. 35. Ἐν, per. J.

20. Μή

Cap. 12, 11. Καυχώμενος a S. R. Griesbachio omittitur.

20. Μή πως — ἀκαταστασίαι (ὦσι.) Ἔρεις pro ἔριδες, δ abiecto per crasin fit ἔρεις. Καταλαλία, obtrectatio. Φυσίωσις, inflatio. Ἀκαταστασία, seditio.

21. Μὴ πάλιν ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ Θεός μου πρὸς ὑμᾶς, ne rursus ad vos venientem affligat Deus. Ταπεινοῦν h. l. moerore afficere. Προαμαρτάνω, ante pecco. Ἀσέλγεια, lascivia. Ἡι pro ἦν.

CAP. XIII.

1. Τρίτον τοῦτο ἔρχομαι, i. e. τοῦτό ἐστι τρίτον, ὅτε ἔρχομαι. Στόματος. O. 34. α. Ἐπὶ στόματος — ῥῆμα, unaqvaeqve caussa duobus aut tribus testibus dirimatur. Ῥῆμα, h. l. controversia. Ἵστημι ad imitationem vobis הָקִים habet significationem *stabiliendi rem qvandam et dirimendi controversiam.*

2. Ὡς παρὼν, tanqvam praesens futurus. Τὸ δεύτερον, secundo. Εἰς τὸ πάλιν, iterum.

3. Δοκιμὴ, experimentum. Documentum aliqvod externum (ut videtur) desideratis Christum per me loqvi. Εἰς, apud.

4. Ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ, cruci affixus est ex infirmitate, i. e. in infirmitate, cum infirmus esset; at nunc vivit ex virtute Dei, i. e. in virtute et gloria divina. Ἐκ pro ἐν idqve cum brevitate arguta adhibetur, sc. indicatur simul caussa, cur et mori potuerit et nunc vivat. B. Ἐκ δυνάμεως Θεοῦ εἰς ὑμᾶς sc. ἀποδεικνυμένης, qvae in vobis se exseret.

Cap. 13, 2. Γράφω deest in multis Codd. et verss. Griesb.

5. Ἐι μή τι ἀδόκιμοί ἐϛε, nisi Christiani estis parum genuini.

7. Ὀυχ ἵνα pro ἵνα ȣ̓χ. Sensus est: preces illas facio, qvod malo vos bonos esse, qvam meam sinceritatem et auctoritatem vestris poenis testatam fieri; maneam ergo potius sine tali documento, qvam vos in peccata talia incidatis.

8. Δύναμαι, h. l. mihi potestatem temere sumo.

9. Ὅταν ἡμεῖς ἀσθενῶμεν, si appaream velut infirmus i. e. si mihi liceat abstinere a duris remediis, licet ab aliis ultro contemnar. Κατάρτισις, perfectio.

10. Μὴ ἀποτόμως χρήσωμαι, ne vos durius severiusqve tractem.

11. Ἔϛαι pro εἴη, sit. Ex hebraismo Futurum exprimit Optativum. B. Ph. 85.

HYPO-

HYPOMNEMATA
IN
EPISTOLAM
AD
GALATAS.

HYPOMNEMATA
IN
EPISTOL. AD GALATAS.

CAP. I.

1. Παῦλος — ἀνθρώπȣ, a) Paullus Apoſtolus non doctus ab hominibus, nec conſtitutus per homines. E. b) Non ab hominum qvodam collegio, nec per unum aliqvem (caeterorum qvaſi caput) conſtitutus Apoſtolus. R. Διὰ Ἰησȣ Χριςȣ indicat, ſe diſciplinam et munus Apoſtolatus a Chriſto accepiſſe.

2. Ἀδελφοὶ, muneris ſocii. (Ἐπιςέλλομεν ταῦτα) ταῖς ἐκκλησίαις, ſcribimus haec ad eccleſias. Γαλατία, Galatia, regio eſt Aſiae minoris inter Bithyniam, Paphlagoniam et Phrygiam ſita, qvae primum a Gallis per Graeciam Aſiamqve migrantibus culta eorumqve legibus adminiſtrata, deinde vero imperante Caeſare Auguſto A. U. C. 529. ante Chr. 26. in provinciae Romanae formam redacta legibus Romanis a Propraetore gubernata eſt.

3. Χάρις καὶ εἰρήνη (ἔςω,) omnis generis felicitas contingat. J. Eſt hebraica ſalutandi formula.

4. Ἐξαι-

4. Ἐξαιρέομαι, extraho, h. l. libero. Ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ, ab impietate et contumacia Iudaeorum et Gentilium, uti eſt Act. 2, 40. Σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς σκολιᾶς ταύτης. E. Αἰὼν hebr. עוֹלָם, homines huius aetatis, deinde vero *vitia* hominum hoc tempore viventium. Ἐνεστὼς, i. e. οὗτος. Θέλημα, i. q. εὐδοκία, benigna voluntas. J. Θεοῦ καὶ πατρὸς, Dei, qvi idem eſt pater noſter. Καὶ ponitur ἐξηγητικῶς.

5. Ὧι ἡ δόξα, ſimilis doxologia ſaepius occurrit in epiſtolis Paullinis. Eſt nimirum ſollemne Apoſtolo, cum de divina natura eiusqve in homines benignitate ſcripſit, ut animo pietatis pleno in univerſas has divini numinis laudes erumpat. Cf. Rom. 1, 25. 2 Cor. 11, 31.

6. Μετατίθεσθαι, diſcedere ab alicuius partibus et ad alias tranſire. Philoſophus qvidam dictus eſt μετατιθέμενος, qvi, cum pedibus laboraret, e Stoico factus eſt Epicuraeus. E. In verbis μετατίθεσθαι ἀπὸ θεοῦ non eſt ſubtiliter haerendum, ut qvaeras, qvomodo Deum ipſum reieciſſe dici poſſint Galatae. Nihil indicat, niſi *recedere a doctrina illa vere divina, qvam Paullus iis tradiderat.* Ὁ καλέσας eſt Deus ὁ πατὴρ, v. 15. Ἐν χάριτι Χριστοῦ, ex beneficio Chriſti, ſ. gratuito propter Ieſum Chriſtum. Accommodate ad totius epiſtolae conſilium haec verba adduntur. Videbantur enim Chriſtiani legum Moſaicarum tenaciores ſpernere gratiam Dei per Chriſtum. Ἕτερον εὐαγγέλιον, doctrina, qvae aeternam felicitatem gratuito conſeqvi nos poſſe negat, h. l. opponitur τῷ ἐν χάριτι.

7. Ὁ

Cap. 1, 4. Ὑπὲρ, lectio difficilior περὶ S. R. Griesbachio probatur.

Cap. 1, 6. Poſt ἐν χάριτι S. R. Griesb. Χριστοῦ omiſit.

7. Ὃ pro τὸ δὲ εὐαγγέλιον, ex perpetua Apoſtoli conſvetudine periodos periodis iungendi, adhibito pronomine relativo. Εἰ μὴ, ſed. Adverbium excludendi *niſi* h. l. pro coniunctione adverſativa *ſed* peculiari idiotiſmo ponitur. Gl. Μεταςρέφειν, i. q. καταςρέφειν, corrũmpere.

8. Ἡμεῖς pro αὐτὸς ἐγώ. Ἄγγελος, hac hyperbolica hypotheſi doctrinae evangelicae, per Apoſtolos praedicatae, veritas divina et conſtantia ſumma exprimitur. Gl. Ἐξ ὀρανῦ redundat. O. 34. Verbum εὐαγγελίζεσθαι ex Eſ. 52, 7. deſumtum, deinde vero exprimendae inſtitutioni Apoſtolorum de Meſſia eiusqve regno ita proprium factum, ut ſine omni emphaſi in N. T. ſimpliciter adhibeatur pro διδάσκειν. Παρὰ, h. l. contra, uti Rom. 1, 26. Ἀνάθεμα, חֵרֶם, eſt homo abominandus, qvi a Dei populo ſublatus et occiſus eſt. Ἀνάθεμα ἔςω (ὑμῖν,) abhorrendus vobis eſſet i. e. fugite, abhorrete talem doctorem. R.

9. Παραλαμβάνειν, diſcere, opponitur παραδιδόναι, docere.

10. Ἄρτι, adhuc. Πείθειν τινὰ, favorem alicuius ſibi conciliare. Ἄρτι—θεὸν, ineſſe videtur defenſio a calumnia Iudaeorum, qvaſi ad captandam gentilium benevolentiam iis nimium indulgeret. Ἀρέσκειν, poſt hoc vocabulum ὀδαμῶς omiſſum eſt. E. Ἤρεσκον pro ἐζήτον ἀρέσκειν. Nempe ſi vellem Iudaeis placere, docerem circumciſionem eſſe neceſſariam ad ſalutem. Χριςῦ—ἤμην, non profecto Chriſti Apoſtolus forem, ſed perſeqvendo Chriſtianos, ut qvondam feci, gratiam hominum captarem.

11. Γνωρίζω, ſciendum eſt. Κατὰ ἄνθρωπον, h. l. i. q. ἀνθρώπινον. Δι' ἀποκαλύψεως, revelatione. Ἀποκάλυψις inſtitutioni humanae opponitur.

13. Ἀνα-

13. **Ἀναστροφὴ**, graece raro, ab Hebraeo-Graecis perpetuo pro *βίος*, *vita*, *mores*, ponitur. Tob. 4, 19. Ποτὲ ad *ἀναστροφὴν* pertinet, non ad *ἠκούσατε* pro *παλαιάν*. Ἰουδαϊσμὸς, Iudaiſmus, non religio Iudaica, ſed *ζῆλος τῶν Ἰουδαϊκῶν παραδόσεων*. Καθ' *ὑπερβολὴν*, vehementer. Ἐπόρθουν pro *ἐζήτουν πορθεῖν*. O. 12. *δ*.

14. **Συνηλικιώτης**, aeqvalis. Γένος, natio. Ζηλώτης, h. l. defenſor. *Πατρικαὶ παραδόσεις*, traditiones maiorum, ſ. placita maiorum ad religionem pertinentia.

15. **Ἀφορίζειν**, i. q. ſimplex *ὁρίζειν*, deſtinare. Ἐκ *κοιλίας μητρὸς*, hebr. מִבֶּטֶן אִמִּי, inde a natalibus meis. Καλεῖν, h. l. exprimit hebraicum נָתַן, qvod ſaepe notat *conſtituere*, nec ſimpliciter notat *invitationem*, ſed conſtitutionem ſ. mandationem. Sic נָתַן Ier. 1, 5.

16. **Ἀποκαλύψαι** pendet ab *εὐδόκησε*. Ἐν *ἐμοὶ*, pro *μοι*. Ἐν redundat. Sic etiam hebraicum גָּלָה cum עַל et אֶל Eſ. 53, 1. Ier. 11, 20. pro Dativo ponitur. Poteſt qvidem etiam *ἐν ἐμοὶ* per *δι' ἐμοῦ* explicari, ita vero exiſtit tautologia et occupantur ea, qvae ſtatim ſeqvuntur. E. Ἐυθέως ad *ἀπῆλθον* v. 17. pertinet, cum eoqve in verſione eſt iungendum. *Προσανατίθεσθαί τινι*, in conſilium aliqvem adhibere. *Σὰρξ καὶ αἷμα*, homines, adiuncta tamen infirmitatis notione. J.

18. **Ἱστορέω**, viſo, coram cognoſco.

19. **Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου.** Qvaeritur, utrum Iacobus cognatus Chriſti fuerit an frater germanus? Pontificii dicunt, qvia Maria ſemper virgo manſerit, conſobrinum ſ. patruelem Chriſti fuiſſe. Qvod difficile eſt defendere, qvia occurrunt loca, ubi mater et fratres coniunguntur, v. c. Act. 1, 14. ubi difficile eſt aliter ac de germanis fratribus accipere. Cf.

Pſ. 22.

Pſ. 22. fratres mei oderunt me, et matris meae liberi convicianturr mihi. Hebraei autem ſemper, ſi volunt fratres germanos exprimere, dicunt matris liberos. E.

20. Ἃ δὲ—τῦ θεῦ (ſc. γράφω ſ. λέγω,) harum rerum, qvas iam vobis narro, teſtem Deum appello, me non mentiri. Ἐνώπιον τῦ θεῦ eſt iurandi formula ſimilis illi graecae νὴ τὸν θεὸν. O. 35.

21. Κλίματα, regiones.

22. Τῷ προσώπῳ, de facie. Ἐκκλησίαι αἱ ἐν Χριςῷ (ὖσαι) i. e. ἐκκλησίαι τῦ Χριςῦ, eccleſiae Chriſtianae.

23. Ἀκύοντες ἦσαν pro ἤκυον. Ὅτι. O. 28. Oratio obliqva in rectam converſa. Πίςις, doctrina Evangelii.

24. Ἐν ἐμοὶ, בִּי, propter me.

CAP. II.

1. Διὰ, h. l. poſt. Numerus ducendus eſt a proximo Paulli ex Hieroſolymis diſceſſu, non ab anno converſionis eiusdem. Nam διὰ cum Genitivo negationem includit, et indicat aliqvid, qvod poſt certum tempus fit, intra illud tempus non eſſe factum. Plato de republica L. I. Καὶ μάλα πρεσβύτης μοι ἔδοξεν εἶναι, διὰ χρόνυ γὰρ ἑωράκειν αὐτὸν, ſenex mihi videbatur, qvia eum per longum tempus non videram, et tantum poſt hoc tempus eum videbam. R. Iter ipſum probabiliter idem eſt, qvod Act. 15. memoratur. E.

2. Κατὰ ἀποκάλυψιν, monitu divino. Ἀνεθέμην, expoſui. Κατ' ἰδίαν, privatim, non in eccleſiae conſeſſu, qvaſi doctrinae meae rationem redditurus, nec apoſtolis omnibus, ſed nonnullis tantum, et privatim colloqvio amice cum iis inſtituto. Οἱ δοκῦντες ſc. εἶναί τι, bene graece dicuntur, qvicunqve in ali-

qvo genere praecipua florent fama et gloria, h. l. principes et praecipui Apoſtoli. Fuiſſe hos Petrum, Iacobum et Iohannem ex v. g. apparet. Μήπως — ἔδραμον, (Indicativus pro Coniunctivo) ne forte fruſtra agerem vel egiſſem, i. e. eo conſilio, ne aliorum conſiliis hi eo adducerentur, ut publicam ſuam auctoritatem mihi opponerent, atqve ſic praeteriti et praeſentis laboris omnem fructum perderem. R. Εἰς κενὸν τρέχειν pro κοπιᾷν, operam perdere. Eſt locutio proverbialis. Ἕλλην ὢν, etiamſi graecis parentibus natus eſſet. O. 22.

4. Δὲ redundat. Διὰ δὲ — ψευδαδέλφους, ſc. ἀνέβην. Nempe propter falſos Chriſtianos, qvi irrepſerant, ſe clam inſinuarant, aſcendi Hieroſolyma. Non inuſitata eſt eiusmodi ellipſis profanis, Paullo vero praecipue familiaris. Deinde, niſi ſuppleas vel repetas τὸ ἀνέβην, ſermo non cohaeret, niſi deleas οἷς οὐδὲ, qvod regulae criticae non permittunt. Confirmatur deniqve haec explicatio ex Act. 15, 1. 2. qvi locus omnino hic eſt conferendus; ex qvo etiam patet, τοὺς παρεισάκτους ψευδαδέλφους h. l. non eſſe Iudaeos, ſtudium religionis Chriſtianae ſimulantes, ut moribus et diſciplinae Apoſtolorum inſidiarentur, ſed Iudaeo-Chriſtianos, qvi Antiochiae ſe in coetum Chriſtianorum inſinuaverant, et legis Moſaicae obſervationem maximo ſtudio commendaverant. R. Κατασκοπεῖν, h. l. ſpeculando cognoſcere. Semper dicitur in partem deteriorem. Ἐλευθερία, immunitas a neceſſitate ſervandae legis caerimonialis. Ἐν Χριστῷ, tanqvam Chriſtiani. Καταδουλώσωνται, ut nos in ſervitutem ſuam redigerent.

5. Οὐδὲ πρὸς ὥραν, ne ullo qvidem tempore, nullo modo. Εἴξαμεν ὑποταγῇ, ceſſi, non accommodavi me eorum deſiderio. Ἀλήθεια, integritas.

Ἵνα —

Ἵνα — ὑμᾶς, ut doctrina Christiana incorrupta maneret apud vos.

6. Ἀπὸ τῶν δοκούντων εἶναί τι, hic est anacoluthon, cuiusmodi plura in epistolis Paullinis occurrunt; debebat seqvi οὐδὲν ἔμαθον f. οὐδὲν ἤκουσα. Et verba ὁποῖοι — λαμβάνει sunt in parenthesi. E. Ὁποῖοι — διαφέρει, qvalescunqve tandem fuerint, non curo f. nihil interest. Πρόσωπον — λαμβάνει, Deus enim externam hominum conditionem non spectat. J. Γὰρ, inqvam. Est h. l. particula transeundi.

7. Πεπίστευμαι, concreditum est mihi, pro πεπίστευταί μοι τὸ εὐαγγελίζεσθαι ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ. Ἀκροβυστία, gentiles.

8. Περιτομὴ, Iudaei; abstractum pro concreto, ut v. 7. Ὁ γὰρ ἐνεργήσας — ἔθνη, qvi enim Petro opem tulit in docendis Iudaeis, is mihi opem tulit in docendis gentilibus, et Iudaeis inter gentiles degentibus. Dici Petrum Iudaeorum Apostolum, Paullum gentilium, non est ἀκριβῶς, sed ἐπὶ τὸ πολὺ de eo, qvod in cuiusqve munere praecipuum erat, intelligendum. Χάρις, h. l. praedicationis successus.

9. Στύλοι, columnae h. l. Apostoli principes. Δεξιὰς κοινωνίας ἔδωκαν, dextras dabant eo consilio, ut commune ministerium sancirent. Genitivus indicat caussam finalem. B. Post περιτομὴν supple εὐαγγελίζωνται.

10. Μόνον, hac tamen lege. Πτωχοὶ h. l. sunt *pauperes* in Iudaea. Τοῦτο redundat ex consvetudine hebraica. Hebraei enim pronomini אֲשֶׁר iungunt demonstrativum הוּא, זֶה.

11. Ἀντέστην, restiti sc. amice hortando, rogando. Sic παροξυσμὸς Act. 15, 39. de amica disputatione seu de dissensu est intelligendum. E. Κατεγνωσμένος pro καταγνωστὸς, reprehensione dignus. Par-

ticipium pro adiectivo usurpatum est ex Hebraeorum imitatione, qvi, ut omnino vocabulis adiectivis, ita maxime iis, qvibus dignitas hominis exprimitur, fere destituuntur. Cf. hebr. נִחְמָד Prov. 21, 20. מְהֻלָּל Ps. 96, 4. Κατεγνωσμένος ἦν, proprie *condemnatus erat;* est ergo conseqvens pro antecedente. Nam qvi condemnatus est, semper ea fecit, qvae reprehendenda sunt, adeoqve ipse reprehensione dignus.

12. Ἀπὸ Ἰακώβου, h. e. ex schola Iacobi, ab Hierosolymis, cui ecclesiae tum praeerat Iacobus. Συνεσθίειν μετά τινος in lingva vetere qvalibet omnem consvetudinis familiaritatem exprimit. Ὑποστέλλω με, me clam subduco, pro medio ὑποστέλλεσθαι. Τοὺς ἐκ περιτομῆς pro τοὺς ἐκ Ἰουδαίων, Christianos ex Iudaeis. Φοβούμενος — περιτομῆς, metuens, ne Christianos ex Iudaeis offenderet, et ad prorsus deserendam religionem Christianam sollicitaret. Erravit in hac re Petrus, sed tantum ex studio in Iudaizantes, ut ne hos offenderet et repelleret, sensim demum rectius informandos. Non erat controversia inter Petrum et Paullum de doctrina, sed de cura et sollicitudine ecclesiae. R.

13. Ὥστε συναπήχθη pro συναπηχθῆναι, rarius qvidem, sed occurrit tamen qvoqve apud exteros scriptores. Ἀπάγεσθαι, abripi, auferri, sich verleiten lassen etwas zu thun, das man sonst nicht würde gethan haben. Ὥστε — τῇ ὑποκρίσει, ita ut exemplum eorum in simulando Barnabas qvoqve seqveretur. Recte nominatur *simulatio;* nec enim ex animi sententia ipsi sic statuebant, legem Mosaicam etiam ad gentes pertinere, sed nimium his paucis Iudaeis dabant; qvo publico exemplo non mediocriter turbabant Christianos e gentibus.

14. Ὀρθοποδεῖν, vivere congrue alicui rei, h. l. agere accommodate ad praescriptum doctrinae Christianae.

ſtianae. Ἐθνικῶς ζῆν, non ſervare legem caerimonialem ſ. imitari inſtituta gentilium in capiendis cibis promiſcue omnibus. Ἐθνικῶς ζῆν non ad vitia, ſed mores ritusqve externos referendum. Contrarium eſt in ἰȣδαΐζειν, ſeqvi morem Iudaeorum h. e. abſtinere ab iis cibis, qvi ſunt prohibiti lege caerimoniali.

15. Ἡμεῖς ad Apoſtolos ipſos, Paullum et Petrum, eſt referendum. Φύσει Ἰȣδαῖοι, nati ſumus Iudaei. Καὶ ȣ̓κ — ἁμαρτωλοὶ, nec ſumus origine gentiles, qvos nos Iudaei ſolemus *improbos* vocare. Ἁμαρτωλοὶ, i. e. idololatrae vocati ſunt gentiles ſimpliciter a Iudaeis, opponuntur ἅγιοι, qvi ſunt in V. T. Iudaei, in N. T. Chriſtiani. J.

16. Δικαιȣ̃σϑαι, ſalutem conſeqvi. Ὀυκ ἄνθρωπος, לֹא אִישׁ, nemo. O. 36. Ἐὰν μὴ, h. l. pro ἀλλὰ, ſed. Gl. uti כִּי־אִם, Deut. 16, 5. Ἰησȣ̃ pro εἰς Ἰησȣ̃ν. Ὀυ πᾶσα σὰρξ, לֹא כָּל בָּשָׂר, nullus homo. O. 36.

17. Ἐυρέθημεν — ἁμαρτωλοὶ, tamen eſſemus peccatores i. e. qvodſi nos (excluſa lege caerimoniali) qvaerentes ſalutem per Chriſtum, (ob hunc legis caerimonialis neglectum) fieremus peccatores, (h. e. hanc ob cauſſam peccati alicuius rei ageremur,) ſeqveretur Chriſtum eſſe doctorem, auctorem et fautorem peccati ſc. qvia faceret, ut peccaremus, eo, qvod docuit, ſola fide nec lege caerimoniali ſervanda ſalutem eſſe expetendam. Μὴ γένοιτο, qvod blaſphemum eſſet cogitare, dicere.

Cap. 2, 16. Δὲ poſt εἰδότες addunt antiqvi et recentiores Codd. haud pauci, Patres etiam nonnulli Graeci et Latini. Qvam ob rem S. R. Grieſb. hanc particulam in textum recepit.

18. Καταλύω, destruo, legibus Mosaicis vim et auctoritatem detraho. Ὀικοδομῶ, instauro, iterum stabilio. Hoc Petrus facere videbatur. Sensus est: si qvam legem antea neglexi, (cibum promiscue sumendo,) eam rursus observo, ostendo me ante peccasse. Παραβάτην ἐμαυτὸν συνίστημι, ipsum me reum confiteor impietatis erga Deum. Παραβάτης semper respectu ad leges divinas ponitur: is, qvi non paret voluntati divinae.

19. Ἐγὼ — ἀπέθανον, Evangelio assumto, legi caerimoniali renunciavi. Διὰ νόμου, a) intellige πίστεως, qvod omisit, ut elegantior et acutior fieret sententia; b) ipsa lege (scriptura V. T. nempe Ps. 143, 2.) edoctus, qvem locum v. 16. adduxerat. R.

20. Χριστῷ συνεσταύρωμαι, similis sum Christo in cruce mortuo, sc. qvod attinet ad legem Mosaicam. Ζῶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγὼ, (Comma post ζῶ, qvod in vulgaribus editionibus sensum magnopere turbat, delendum est,) non ille ego vetus Iudaeus sum, qvi legem caerimonialem servat, sed Christianus. Cf. Col. 3, 11. Ζῇ ἐν ἐμοὶ Χριστὸς, sum Christianus, per solum Christum salutem qvaero. Non studeo amplius honori meo et commodis meis, sed Christum unice colo, eiqve placere studeo. *Vivit in nobis*, qvem impense amamus et colimus, qvemadmodum sibi vivit, qvi suis commodis unice studet. Ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκὶ pro ἐν σώματι. Hebraicum בָּשָׂר exprimit vitam naturalem. In vertendo illud ἐν σαρκὶ plane videtur omittendum. Ὃ δὲ νῦν ζῶ singularis loqvendi modus pro: ἡ νῦν ζωή μου ἐστι ζωὴ ἐν πίστει.

21. Ἀθετέω, vanum et inutile reputo. Χάρις, beneficium. Δωρεὰν, i. q. μάτην, frustra, qvo sensu nusqvam extat apud Graecos, sed repetendus est hic significatus ex usu τῶν ό, qvi חִנָּם tum δωρεὰν vertunt, tum μάτην. Cf. Ezech. 6, 10. coll. 14, 23.

CAP.

CAP. III.

1. Βασκαίνω, faſcino, h. l. decipio, malis artibus in errorem induco. Τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι, non fidem habere verae Evangelii doctrinae. Οἷς — ἐν ὑμῖν pro ἐν οἷς ad imitationem hebraici אֲשֶׁר בָּהֶם אַתֶּם, אֲשֶׁר בָּהֶם, Ioſ. 13, 21. Κατ' ὀφθαλμοὺς pro πρὸ ὀφθαλμῶν. Προγράφειν eſt ſcriptum pictumve aliqvid vel legendum vel ſpectandum proponere. Celeb. Bauerus huic Paullino confert locum e Thucyd. II, 10. 43. ubi omnem terram dicit eſſe virorum fortium ſepulcrum, i. e. eos ubiqve terrarum tam notos eſſe ac celebres, qvam ſi ibi eſſent ſepulti. Si Paullus dicit Chriſtum inter Galatas cruci affixum, i. e. tam notum iis, tam in eorum animis defixam eius memoriam ac doctrinam, qvam ſi apud eos in crucem eſſet ſublatus. B. Ph. 304.

2. Τοῦτο — ὑμῶν, hoc mihi modo dicite. Ἔργων redundat. O. 34. Πνεῦμα, dona Spiritus S. non modo extraordinaria, ſed etiam ordinaria. Ἀκοὴ, ad imitationem vocis שְׁמוּעָה ſignificat doctrinam. Ἀκοὴ πίστεως, doctrina de fide, uti Rom. 10, 16. Eſ. 53, 1.

3. Οὕτως — ἐπιτελεῖσθε, adeo dementes eſtis? cum initium feceritis ab Evangelio, nunc exiſtimatis ſalutem exſpectandam ſervanda lege caerimoniali? Πνεῦμα, Evangelium, cui opponitur σὰρξ, lex caerimonialis, qvae ita dicitur propter imperfectionem.

4. Τοσαῦτα — εἰκῇ, a) an tanta fruſtra paſſi eſtis ſc. in perſecutionibus a Iudaeis? E. b) tantane vobis fruſtra contigerunt beneficia? Πάσχειν in utramqve partem dicitur apud Graecos, Theocr. Id. 15, 138. Οὐκ ἔπαθε τοῦτο, non haec gloria ei contigit. V,

Cap. 3, 1. Verba: τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι a S. R. Griesb. omittuntur.

Koppe. Ἔι γε καὶ εἰκῆ, a) ſiqvidem fruſtra. Haec correctio ſic capienda: ſed tamen ego non ſpero, ſeu non credo, vos fruſtra eſſe paſſos, ſed benignitatem divinam vos remuneraturam eſſe. E. b) Poteſt εἴγε accipi pro καὶ γὰρ, ut 2 Cor. 5, 2. tum tantum paullo vehementior ſuperiorum repetitio ineſſet, hoc ſenſu: *utiqve enim hoc eſſet omni tantorum beneficiorum fructu deſtitui*, ſc. noſtrum: Ja wohl recht vergeblich. V. Koppe. c) Si vulgaris τοῦ εἴ γε ſignificatio, *dummodo* tenetur, tum eſt formula poenas divinas tacite minantis: *dummodo non praeter fructus iſtorum beneficiorum iacturam in poenas inſuper graviſſimas incideritis*, i. e. dummodo ſufficiat dixiſſe *fruſtra!* Si enim maneatis in illa perverſitate, non ſolum amittetis omnem illam facultatem πνευματικὴν, ſed inſuper etiam poenas dabitis haud leves.

5. Ὁ οὖν — πίστεως, ut repetam, qvae ante dixi, qvi dedit vobis dona Spiritus S., et inter vos tot miracula patravit, utrum hoc fecit per legem, an per Evangelium et fidem? Reſponſio eſt ſupplenda: haud dubie per fidem in Chriſtum. Οὖν, inqvam. Eſt h. l. mera particula tranſeundi.

6. Ἐλογίσθη — εἰς δικαιοσύνην, propter hanc fidem iuſtus eſt declaratus a Deo, et ſalus ei data eſt a Deo. Λογίζεσθαι εἰς δικαιοσύνην, ita in bonam partem aliqvid accipere, ut auctorem praemiis adficiendum exiſtimes. Vid. Ven. Koppii Excurſ. IV.

7. Γινώσκετε, ſcitote. Οἱ ἐκ πίστεως pro πιστεύοντες. Υἱοὶ, filii genuini.

8. Προϊδοῦσα pro προϊδὸν τὸ πνεῦμα ἅγιον, cum autem Spiritus S., qvi eſt auctor litterarum ſacrarum, ſciret.

Cap. 3, 8. Pro ἐυλογηθήσονται S. R. Griesb. in textum recepit ἐνευλογηθήσονται.

sciret. Sic est γραφὴ, Rom. 9, 17. Tribuitur sc. actio et verbum activum qvandoqve etiam rei actionem illam manifestanti. Sensus h. l. est: Deus Abrahamo indicavit, qvod postea in Scripturas S. relatum est. V. Gl. Ph. 239. et S. R. Dathii notam ad Can. XXII. Δικαιοῖ, praesens pro futuro. Ἐνευλογηθήσονται — ἔθνη, omnes gentes felicitatem aeternam conseqventur eodem modo, qvo Abrahamus beatus factus est, nempe per fidem. E.

9. Οἱ ἐξ ἔργων νόμου ὄντες pro οἱ ἐργαζόμενοι τὸν νόμον. Praepositio ἐκ notat aliqva re occupatum, in eo versantem. Οἱ ἐξ ἔργων νόμου εἰσὶ, qvi tractant opera legis, et ex iis pendent et infra v. 12. ὁ νόμος οὐκ ἔστιν ἐκ πίστεως, non operatur fidem i. e. non tractat, svadet, vel commendat *fidem*, fiduciam in Deo reponendam. B. Ph. 142.

10. [d]Ὅσοι — αὐτὰ, qvicunqve dicunt, se per legis caerimonialis observationem salutem consecuturos esse, ii sunt obnoxii poenis divinis temporalibus et aeternis: ita enim Deus ipse dixit: male pereat, qvicunqve non constanter servat omnia, qvae lex iusserit. E. Ἐπικατάρατος (ἔστω,) omnis generis miseriam experiatur. Ἐμμένειν ἐν, constanter servare.

11. Δὲ, deinde etiam. Nam aliam rationem addit Paullus priori. Ἐν νόμῳ, per observationem legis Mosaicae. Παρὰ τῷ θεῷ, iudicio Dei. Δῆλον (ἐστι,) — ζήσεται, palam est ex eo, qvod propheta (Habac. 2, 4.) dixit; iustos salutem consecuturos esse per fidem. J. in voce ζῆν.

12. Ὁ δὲ νόμος — πίστεως, atqvi lex nihil praecipit de fide, nihil tribuit fidei. Ἀλλὰ (λέγει,) Ποιήσας αὐτὰ, est locus Lev. 18, 5. isqve, ut memoriae

 Apo-

Cap. 3, 12. Vocis ἄνθρωπος omissionem probant Beng. Mill. et V. Griesb.

Apoſtoli inhaerebat, verbotenus expreſſus. Unde etiam vox *αὐτὰ* h. l. non habet, qvo referatur, cum in textu Levitici pendeat a vocibus, qvae paullo ante praeceſſerant, *προστάγματα* et *κρίματα*.

13. Ἡμᾶς, nos Iudaeos, qvibus legum Moſaicarum poenae erant extimeſcendae. Oppoſitum *τὰ ἔθνη*. Vid. v. 14. Ἐξαγοράζειν, liberare, redimere pretio. Ἐκ τῆς κατάρας, a poenis in lege conſtitutis. Κατάρα, i. q. *κατάρατος*, poenas divinas expertus ipſe. Senſus idem, qvi in formulis his: *παραδοθεὶς*, *ἐσαυρωμένος ὑπὲρ ἡμῶν*. Sed utitur Apoſtolus voce potiſſimum *κατάρας*, tum qvod idem vocabulum praeceſſerat, eoqve denuo repetendo, qvidam verborum et ſententiarum paralleliſmus, qvem amat tantopere Paullus, in locum omnem inferri poterat; tum qvod hanc eandem vocem, qva legum Moſaicarum poenae exprimuntur, etiam de hominis ex arbore ſuſpenſi (in qvo hactenus qvaedam cum Ieſu in crucem acto ſimilitudo erat) infamia in litteris ſacris adhiberi Apoſtolus meminerat. Locus eſt Deut. 21, 23. isqve de ſuſpenſione hominis non vivi, qvalis nulla erat apud Hebraeos, ſed ſupplicio iam ante affecti, intelligendus. Verba ipſa neqve cum textu hebraico neqve cum verſione Alexandrina accurate conſpirant, ſed ſenſum loci, prout eum memoria tenebat, expreſſit Apoſtolus verbis ſuis.

14. Εὐλογία, בְּרָכָה, beneficium, donum, felicitas ipſa. Γίνεται εἰς, הָיָה cum ל. Graece, *συμβαίνει τοῖς ἔθνεσι*. Ἐπαγγελία τοῦ πνεύματος pro *τὸ πνεῦμα ἐπηγγελμένον*.

15. Κατὰ ἄνθρωπον λέγω, h. e. exemplo utar ſumto a rebus humanis. Ὅμως, vel, adeo. Ἀνθρώπου — ἐπιδιατάσσεται, a) vel hominis teſtamentum, qvod ratum ſemel factum (ſc. morte, nam aliter ratum

ratum non fit,) nemo tollit, aut addit aliqvid; b) adeo nec qvisqvam hominum ſolet promiſſionem ſuam certo alicui datam irritam facere vel rem promiſſioni contrariam inſtituere. V. Koppe. Διαθήκη, promiſſio. J. Διαθήκη κεκυρωμένη, promiſſio certo alicui data, הֵקִים בְּרִית οἱ ὁ interpretantur κυρῦν. Gen. 23, 20. Redundat igitur fere κεκυρωμένην h. l. nec eſt emphaſis in eo qvaerenda, ut vertas; wenn es beſtaetiget iſt. Ἀνθρώπου οὐδεὶς pro οὐδεὶς ἀνθρώπων τὴν ἑαυτοῦ διαθήκην ἀθετεῖ, non enim de eo, qvod alius, ſed qvod ipſe promiſſionum auctor facere ſolet, diſputare Apoſtolum docet v. 17. Ἐπιδιατάσσεσθαι, rem promiſſioni contrariam inſtituere. Haec enim non raro vis eſt praepoſitionis ἐπὶ in compoſitis. Cf. Matth. 10, 21. Si, qvod vulgare eſt, inſuper vertatur ἐπὶ, neſcio, qvomodo pugna cum v. 19. tolli poſſit. Koppe.

16. Τῷ δὲ Ἀβραὰμ — Χριστὸς, a) atqvi Abrahamo et eius ſemini (vocabulum *ſemen* eſt retinendum, ne confuſio fiat;) promiſſiones factae ſunt. Non dicit, *ſeminibus*, qvamvis multa ſemina habuerit, ſed tanqvam de uno et tuo ſemini, hoc ſemen eſt coetus Chriſtianorum. Ὅς ἐστι Χριστός. Pleriqve ex noſtris intelligunt Meſſiam, et putant pertinere ad haereditatem mundi. Male. Nam notetur ſemini facta eſt promiſſio eadem, qvae Abrahamo. Unde v. 9. εὐλογοῦνται σὺν τῷ πιστῷ Ἀβραάμ. Abrahamus cum Chriſto comparari non poteſt. Nam Chriſto promiſſiones fieri non poſſunt, qvi eſt beatiſſimus ab aeterno, et v. 29. perſpicue docet, Chriſtum non intelligi. Hinc optime intelliguntur Chriſtiani, credentes in Chriſtum, ſive ſint e Iudaeis, ſive e Gentilibus v. 28. Cf. Act. 3, 25. ubi σπέρμα applicatur ad credentes. Deinde ſi ſermo h. l. foret de Meſſia, additamentum: οὐ λέγει — ἑνὸς foret ineptum; nam nullus Iudaeus putavit plures eſſe Meſſias.

 Dicen-

Dicendum itaqve eſt Paullum pluralem ponere, ut doceat, qvicunqve ſecundum fidem Abrahami poſteri ſint, ſive ſint Iudaei, ſive gentiles, ſalutem aeternam ſperare poſſe, atqve ita Iudaeos ac gentiles ratione fidei pro uno ſemine Abrahami eſſe habendos. Vocantur Chriſtiani Χϱιϛὸς; qvia corpus Chriſti myſticum conſtituunt. Cf. 1 Cor. 12, 12. Adde Habac. 3, 13. ubi Iſraelitae vocantur מָשִׁיחַ, Chriſtus i. e. membra ſpiritualia Chriſti. Sic Exod. 4, 22. populus Iſraeliticus dicitur filius Dei primogenitus, qvia Iſraelitae erant membra filii Dei primogeniti. Eodem modo eſt Ier. 31, 9. E. B. N. II. 28. b) זֶרַע collective de poſteris omnino dici conſtat. Ipſum etiam Paullum hunc ipſum locum de Abrahami poſteris qvibusvis intellexiſſe, ex Rom. 4, 13. 16. apparet. Enim vero alium praeterea ſenſum (illum priorem enim non tollit Apoſtolus, tantum ponit hoc: certa qvadam vocabuli forma uſum fuiſſe Moſen, ut ad utrumqve ſenſum accommodari locus poſſet) oraculo illi ineſſe, loco noſtro expreſſe teſtatur his: ὅς (ex Graeciſmo pro ὃ) ἐϛι Χϱιϛός. In qvibus vocem Χϱιϛὸς ipſum Ieſum Meſſiam, non doctrinam eius, nec vero etiam Chriſtianos (qvi nunqvam Χϱιϛὸς dicuntur,) ſignificare; *tum* ſententia ipſa poſtulat, qvae huiusmodi eſt: *pertinere promiſſiones iſtas ad Chriſtum ſic, ut in poteſtate eius ſit, earum participem reddere, qvemcunqve voluerit; tum* vero in primis argumentatio ex numero plurali et ſingulari *σπέϱματα* et *σπέϱμα* aperte indicat. Haec argumentatio nobis qvidem videri poteſt nulla, et a genio lingvae hebraicae aliena, cum זֶרַע plerumqve *poſteros omnes* ſignificet; tamen confidendum ſcriptori, lingvae ſuae patriae nobis profecto peritiori, in primisqve ſcriptori divino, in eoqve acqvieſcendum putamus. V. Koppe. Mihi qvidem videtur recte moneri, Paullum non tradere velle argumentationem ſed agere interpretem atqve

qve docere, vocem זֶרַע, qvae de uno et pluribus intelligi poſſit, h. l. non tantum univerſe de Abrahami poſteris, ſed etiam et qvidem κατ᾽ ἐξοχὴν de Meſſia eſſe accipiendam atqve ad eum applicandam. Ad explicationem rei Apoſtolus utitur modo loqvendi inuſitato, qvem alias ſignificare ſolemus addendo; *ut ita loqvar* vel, *ſi ita loqvi fas eſt* ſc. adhibet vocem σπέρμα in numero plurali, qvi uno tantum loco 1 Sam. 8, 15. de frugum ſeminibus, de prole vero humana nunqvam occurrit.

17. Τȣ̃το δὲ λέγω, ſciendum autem eſt. Redit Paullus ad rem v. 16. propoſitam. Διαθήκη, promiſſio. Ἐις Χριςὸν, non Abrahamo tantum, ſed etiam Chriſto. Ἔτη τετρακόσια, hic annorum numerus, monente Doctiſſimo Koppio, proprie tantum ad exilium Iudaeorum Ægyptiacum eſt referendus.

18. Ἐκ νόμȣ, propter leges Moſis ſervatas. Κληρονομία, נַחֲלָה proprie qvidem de occupatione Palaeſtinae et felicitate ea, qva in hac terra ſua Iudaei fruebantur, dicitur, deinde vero transfertur ad omnis generis felicitatem, maxime eam, qvam Iudaei in regno Meſſiae olim exſpectabant. Ὀυκ ἔτι ἐξ ἐπαγγελίας, deſiit dari vi promiſſionis. Illud ἔτι reſpicit ad tempora Moſaicis legibus poſteriora. Poſt κεχάριςαι ſupplendum eſt τὴν κληρονομίαν.

19. Τί, i. q. διὰ τί, dicet aliqvis, qvorſum opus eſt lege? Νόμος, non leges qvaelibet, ſed Moſaicae; ut hic locus non univerſe de ipſius humanae naturae pravitate, omnino legibus coercenda, ſed *proprie* et *definite* de Iudaeorum, tempore Moſis, neqvitia et ruditate videatur intelligendus. Τῶν — προσετέθη, addita eſt delictorum coercendorum cauſſa. Προσετέθη, novae leges datae ſunt, i. q. παρεισῆλθε, Rom. 5, 20. Σπέρμα ᾧ ἐπήγγελται, filius Abrahami, Meſſias

Meſſias *per quem*, *in quo* promiſſa ſunt iſta, i. e. qvi faciet ea et praeſtabit, qvae promiſſa ſunt. Dativus enim cauſſam reddit, B. Ph. 55. Διαταγεὶς δι' ἀγγέλων, ſancita et conſtituta per angelos. Ἐν χειρὶ, per. J.

20. Ὁ δὲ μεσίτης — ἐςι, a) iam qvidem non νόμῳ Moſis tantum ſuus eſt μεσίτης, (plures fuerunt, in primisqve ὁ μεσίτης τῆς καινῆς διαθήκης, Hebr. 8, 6. 9. 14. Ieſus) ſed unus tamen idemqve Deus eſt, qvi miſit omnes, is adeo ſibi conſtare debet, nec poteſt ſecum ipſe pugnare. Ἑνὸς ad ſubiectum, qvod proxime praeceſſerat, νόμος referendum. V. Koppe. b) Ille autem (Moſes nempe) internuntius illius unius (prolis Abrahamicae) non eſt. Ἑνὸς nempe reſpicit ad τὸ σπέρμα, ᾧ ἐπήγγελται v. 19. de qvo dixerat v. 16. ὡς ἐφ' ἑνός. Si enim Paullus ſcripſiſſet: ὁ δὲ μεσίτης τοῦ ἑνὸς ἐκείνου οὐκ ἔςι, nemo dubitaret, poſt ἑνὸς ſupplendum eſſe σπέρματος ex commate 19. Simili modo Paullus ἑνὸς utitur Rom. 5, 17. 18. Ὁ pro οὗτος, ut Matth. 12, 3. 11. Dicit igitur Apoſtolus, munus illud Moſis, internuntii in legislatione, ad prolem illam unicam Abrahamicam, ᾧ ἐπήγγελται ſine adiecta legis durae conditione, haud pertinuiſſe. Hanc expoſitionem facilem uſus lingvae et contextus ſermo commendat. Vide Progr. Fer. Natal. 1779. a S. R. Roſenmüllero ſcriptum. Haec, ſi qvid ſentio, Roſenmülleri interpretatio caeteris omnibus palmam eripit, atqve erit documento, de plana atqve expedita locorum qvorundam N. T. vel difficillimorum explicatione non temere deſperandum prorſus eſſe, licet etiam multis adhuc annis a multis doctis viris locum eiusmodi vexatum ab omnibus difficultatibus liberare fruſtra fuerit tentatum. Ὁ δὲ Θεὸς εἷς ἐςι, Deus enim eſt unus idemqve; ſemper ſibi conſtat, nec mutat propoſitum. Mal. 3, 6. Sic dicunt Latini: *Rex Iupiter omnibus idem.*

idem. Qvanqvam Deus misit Mosen ad Israelitas, ad promulgandam legem, noluit tamen, ut pacto cum Abrahamo aliqvid statueretur contrarium. R.

21. Ζωοποιεῖν, חִיָּה, a) salutem afferre, felicem reddere, b) perfectam sanctitatem largiri. Posterior significatio magis convenit seqventibus. E.

22. Συγκλείειν τινὰ ὑπό τι, hebraicum הִסְגִּיר cum ב et ל constructum, et significat, tradere aliqvem alicui personae seu rei. Cf. Ps. 31, 9. Ipsa vero γραφὴ, libri sacri, cum homines subiicere poenis dicantur, id de eo, qvod *declarant*, *pronuntiant* homines subiectos esse, intelligendum. O. 14. Τὰ πάντα pro πάντας ἀνθρώπους. Πίστις, h. l. ipsa doctrina Iesu.

23. Εἰς τὴν μέλλουσαν pro εἰς τὸ μέλλειν ἀποκαλυφθῆναι τὴν πίστιν, legibus Mosaicis subiecti tenebamur, usqve dum apparitura esset haec coelestis doctrina.

24. Παιδαγωγὸς, morum moderator et castigator. Paedagogus plerumqve servus aetate provecta, qvem liberis praeficiebant. Eligebantur servi morosi, hinc vultum paedagogicum Senecae obiicit Nero apud Sveton. Εἰς Χριστὸν, usqve ad hoc tempus, qvo Christus venit, melioris religionis auctor.

26. Πάντες, sc. Iudaei et ethnici.

27. Ἐνδύσασθαι Χριστὸν, cum Christo ita coniungi, ut membrum qvodvis coniunctum est cum corpore suo, h. l. beneficiorum Christi esse participem. Ἐνδύεσθαι, uti לָבַשׁ, de qvalibet arctiore coniunctione dici constat.

28. Ἔνι pro ἔνεστι, qvod est pro ἐν δὲ τῷ Χριστῷ οὐκ ἐστὶ, apud Christum nihil valet, sive fueris Iudaeus, sive ethnicus. Πάντες — εἷς ἐστε, pares estis, uti 1 Cor. 3, 8.

29. Χριςȣ̃ εἶναι, i. q. Χριςὸν ἐνδύσασθαι. Ἐι δὲ — σπέρμα ἐςὶ, qvodſi Chriſti eſtis cultores et beneficiorum eius participes, etiam ius poſterorum Abrahami nacti eſtis, qvi Chriſtus, cui coniuncti eſtis, eſt inſigne illud σπέρμα Ἀβραὰμ, ᾧ ἐπήγγελται, v. 19. ᾧ ἐῤῥήθησαν αἱ ἐπαγγελίαι v. 16. Καὶ h. l. conſecutive poſitum eſt, pro: *inde conſeqvitur*, inde fit.

CAP. IV.

1. Λέγω δὲ, iam vero. Eſt mera formula transeundi. Κληρονόμος, filius. Νήπιος, puer nondum adultus. Κύριος — ὢν, qvamvis omnia patris bona etiam ad eum tanqvam herum pertineant. Ὢν, qvanqvam ſit. O. 22.

2. Ἐπίτροπος, ὁ, ἡ, cui cura alicuius commiſſa eſt, praefectus qviſqve h. l. paedagogus, Ὀικονόμοι, curatores. Servi ſenes, qvibus non tantum filiorum diſciplina, ſed et rei familiaris cura credita erat ab hero. Προθεσμία (ἡμέρα,) tempus praefinitum.

3. Ἡμεῖς, ad Iudaeos referendum eſt, de qvibus C. 3, 24. fuerat, ſermo. Στοιχεῖα τȣ̃ κοσμȣ̃, lex caerimonialis. Sic dicitur, qvia ſe habet ad ſcientiam Evangelii, ut elementa litterarum ad ſcientiam ipſam. Propterea additur κόσμȣ, qvia doctrina caerimonialis pertinuit ad primam partem mundi, ubi fuit qvaſi infans. E. Ἦμεν δεδȣλωμένοι, ſub puerili qvadam diſciplina ſubacti tenebamur.

4. Πλήρωμα τȣ̃ χρόνȣ, i. q. προθεσμία. Γενόμενον ἐκ γυναικὸς, ילוד אשה pro γενόμενον ἄνθρωπον. Γενόμενοι ὑπὸ νόμον, ad natales Iudaicos eſt referendum i. q. γενόμενον Ἰȣδαῖον.

5. Ὑπὸ νόμον (δεδȣλωμένȣς.) Ὑιοθεσία, ius adoptionis, plenum ius filiorum.

6. Τὸ

6. Τὸ πνεῦμα τȣ̃ υἱȣ̃ αὐτȣ̃, a) qvem filius eius promisit. b) Spiritum eundem, qvi erat in filio suo optimo et unice dilecto, qvi vim exserebat in ipso. Cf. 2 Reg. 2, 15. Provocat ad ipsum sensum Galatarum; nam illa melior mentis indoles et spiritualis perfectio, qvam sentiebant, eximium erat argumentum divini in eos favoris. R. In voce κράζειν, clamare, facere. O. 19. inest notio confidentiae et παῤῥησίας. Ἀββᾶ ὁ (ἐςὶ) πατήρ. Ἀββᾶ syriacum graece vertit ὁ πατὴρ in usum Graecorum, qvi hebraicam formulam non intelligebant.

8. Ἀλλὰ τότε μὲν, sed illo tempore, cum non cognitum haberetis Deum. Μὴ φύσει ȣ̃σι θεοῖς, qvi natura sua non habebant dignitatem divinam. Cum coetus Christianorum constarent Iudaeis et gentilibus. Paullus loqvitur modo cum gentilibus modo cum Iudaeis.

9. Μᾶλλον δὲ, formula non augendi, sed corrigendi superiora, *immo vero, ut rectius dicam.* Γνωσθέντες ὑπὸ θεȣ̃, edocti a Deo. Γνώσκεσθαι pro διδάσκεσθαι alias non usurpatur, sed est haec perpetua ratio scriptorum, si sint oppositorum magnopere amantes, ut utantur vocabulis sensu alias inaudito. Verba πῶς ἐπιςρέφετε; refer ad Christianos e Iudaeis. In πτωχῶ non est *egestas* cogitanda, sed miseria qvaevis; LXX enim exprimunt per πτωχὸν hebraicum עָנִי, qvod non proprie *egenum*, sed *miserum* qvemlibet significare constat. Πάλιν ἄνωθεν, alterutrum redundat.

10. Ἡμέρας, sabbata. Μῆνας, novilunia. Καιρȣ̀ς, dies festos legibus constitutos. Ἐνιαυτȣ̀ς, annos sc. Iubilaeos.

11. Ὑμᾶς post φοβȣ̃μαι qvoad sensum redundat. Κεκοπίακα, laborarim. Indicat. pro Coniunct.

12. Γίνε-

12. Γίνεσθε — ὑμεῖς (ἐγενόμην,) amate me, uti vos ego amo. Poteſt etiam ita explicari: corrigite, qvaeſo, ſenſus vitamqve veſtram ad meum ipſius exemplum, ipſe enim alias plane eadem ſentiebam, ζηλωτὴς νόμȣ eram, ut vos. Οὐδέν με ἠδικήσατε, nulla iniuria me affeciſtis, cur credere debeatis, vos a me tractari durius. Qvae dixi, ex amore proficiſcuntur.

13. 14. Οἴδατε δὲ — Ἰησȣ̃ν, contra meminiſtis ipſi, inter qvantas corporis infirmitates, cum primum apud vos degerem, vos docuerim, tamen me propter iſtas meas afflictiones et aerumnas non repudiaſtis aut reſpuiſtis, ſed me accepiſtis ſumma reverentia et alacritate, ut legatum Dei, imo tanqvam Ieſum Chriſtum ipſum. Διὰ pro ἐν. Καὶ, nihilo minus tamen.

15. Τίς — ὑμῶν; qvanta igitur tunc erat gratulatio veſtra ſc. de noſtro adventu? Ἐι δυνατὸν (ἦν,) ſi fieri debuiſſet, ſi neceſſe fuiſſet. O. 13. Τȣ̀ς ὀφθαλμȣ̀ς ὑμῶν ἐξορύξαντες ἂν ἐδώκατέ με, i. e. omnia etiam duriſſima qvaevis mea cauſſa, meo commodo, ferre parati eratis.

16. Ὥστε — ὑμῖν, nunc vero ut hoſtem me tractatis et odio habetis, qvia vera vos doceo. Ἀληθεύω, vera doceo.

17. Ζηλȣ̃σιν ὑμᾶς, amorem veſtrum captant. Ὀυ καλῶς, non honeſte, ſed malis artibus. Ἵνα αὐτȣ̀ς ζηλȣ̃τε, ut ipſos ſectemini.

18. Καλὸν — πάντοτε, honeſtum eſt aemulari in bonis rebus, i. e. ſtudium bonarum rerum decet eſſe perpetuum. Ζηλȣ̃σθαι alii in paſſiva, alii in media

Cap. 4, 17. Poſt ἐκκλεῖσαι pro ἡμᾶς habent ὑμᾶς Codd. plurimi et optimi, Verſiones et Patres. S. R. Griesb. ὑμᾶς in textum recepit.

dia ſignificatione accipiunt. Mihi poſterius placet; nam cohaerere videtur hoc comma cum v. 15. Galatae, qvum Paullus adeſſet, prae ſe ferebant ζῆλον ἐν καλῷ, laudantes et probantes Paulli doctrinam de abroganda lege Moſaica, ſed poſt Paulli diſceſſum ſectabantur iudaizantes.

19. Ὠδίνειν h. l. non eſt: *parturire*, qvod verba: ἄχρις ὃ μορφωθῇ non patiuntur, ſed i. q. ἐν γαςρὶ ἔχειν. Similiter חָבַל, utero concipere LXX interpretantur ὠδίνειν Pſ. 7, 15. Χριςὸς h. l. eſt ingenua doctrina et religio, cuius auctor eſt Chriſtus.

20. Ἀλλάξαι τὴν φωνὴν, alia oratione, i. e. ſeveriore uti. Ὅτι ἀπορῦμαι ἐν ὑμῖν, a) qvia timeo de vobis; b) incertus ſum, qvomodo me geram erga vos, ut corrigamini. R.

21. Νόμον, primum *legem caerimonialem*, deinde vero *litteras divinas Iudaeorum univerſas* ſignificat. J. Ἀκῦετε, intellexiſtis, uti 1 Cor. 14, 2.

23. Κατὰ σάρκα, i. q. κατὰ φύσιν, via, lege naturae. Σὰρξ idem eſt, qvod ἄνθρωπος. J. Ideoqve κατὰ σάρκα i. q. κατ' ἄνθρωπον oppoſitum eſt διὰ τῆς ἐπαγγελίας ipſius Dei interventu, qvi filium promiſit.

24. Ἅ τινά ἐςιν ἀλληγορέμενα, haec ſunt allegorice accipienda h. e. haec habent ſenſum aliqvem myſticum. Αἱ δύο διαθῆκαι, duo foedera. Religionem Moſaicam et novam Chriſtianam intelligendam eſſe, dubio caret. J. Μία—Ἄγαρ, alterum foedus eſt a monte Sinai, qvod gignit ſeu facit ſervos h. e. filii V. T. ſunt ſervi, nam ſunt ὑπὸ νόμον δεδῦλωμένοι, cuius imago erat Agar. Τὸ γὰρ—Ἀραβίᾳ, ipſa vox (Arabica) Hagar ſignificat in Arabia (h. e. inter Arabes ſ. lingva Arabica) montem Sinaiticum. Τὸ Ἄγαρ, non de Hagare, ancilla Abrahami, ſed de vocabulo ipſo

grammatico, ut lingvae ratio propter articulum τὸ necessario postulat, interpretandum est. Vid. Ven. Koppii Excurs. 8. Verba τὸ γὰρ — Ἀραβίᾳ parenthesi includenda sunt. Paullus enim obiter tantum ex nomine monti Sinaitico proprio rem hanc illustrat. Συστοιχεῖ refer ad ἥτις ἐστὶν Ἄγαρ, caeteris sc. τὸ γὰρ — Ἀραβίᾳ parenthesi inclusis. Συστοιχεῖν, similem esse, sibi invicem respondere. Συστοιχεῖ — αὐτῆς, ad eandem Hagarem Hierosolyma etiam est referenda h. e. foederi illi priori, cuius imaginem referebat Hagar, sub servitutis iugum homines deprimenti, subiecti adhuc sunt Iudaei omnes. Δουλεύει ad Ἱερουσαλὴμ refer.

26. Ἡ δὲ ἄνω, i. q. ἡ ἐν τοῖς οὐρανοῖς (οὖσα) Ἱερουσαλὴμ, coelestis Hierosolyma. Ἐλευθέρα ἐστὶ, significata per Saram, uxorem liberam Abrahami, ipsaqve adeo libertatem et ab omni servitii iugo immunitatem filiis suis promittens et largiens. Ἥτις — ἡμῶν, qvam qvidem (urbem Hierosolymam coelestem Sarae imagine adumbratam) nos omnes (Iudaei et ethnici) communem matrem appellare possumus. Apostolus, recte monente S. R. Koppio, excidit constructione ea, qva locum exorsus fuerat. Sic enim oratio procedere debuisset: ἡ δὲ ἑτέρα (διαθήκη) εἰς ἐλευθερίαν γεννῶσα, ἥτις ἐστὶ Σαρρᾶ, συστοιχεῖ δὲ τῇ ἄνω Ἱερουσαλὴμ τῇ ἐλευθέρᾳ, ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν. Videtur μήτηρ h. l. esse metropolis, ut sensus sit: coelestis qvaedam metropolis omnium Christianorum, sive ex Iudaeis, sive ex ethnicis, est communis. Cf. Hebr. 9, 24. 12, 22.

27. Εὐφράνθητι — ἄνδρα, est locus Es. 54, 1. isqve in contextu prophetae non de Sara, sed universe de femina qvalibet a marito ut neglecta et pellicibus posthabita, interpretandus. Ῥῆξον (εὐφροσύνην,) פִּצְחִי רִנָּה, rumpe iubilum h. e. persona iubilo. Βόησον, צַהֲלִי, synonymon τοῦ ῥῆξον, similiter ad cantum laetabun-

tabundum eſt referendum. Ἡ οὐκ ὠδίνουσα, tu alias ſterilitate contemta, nunc foecunda mater. Ἔρημος, שֹׁמֵמָה, deſolata, h. e. a marito contemta. Ἡ ἔχουσα τὸν ἄνδρα, i. q. ἡ συνοικοῦσα τῷ ἀνδρὶ, amata a marito, qvod de conſvetudine coniugali Deut. 24, 1. et aliis locis uſurpatur. Deſcriptio poetica eſt, felicitatem regni Meſſiae imagine matris olim ſterilis, nunc foecundae, exprimens, et ſumma rei huc redit, magnum fore numerum civium illius regni Meſſiani et coeleſtis, et multo maiorem, qvam fuit antea. Caeterum non eſt, recte monente S. R. Roſenmüllero, in ſingulis argutandum.

28. Κατὰ Ἰσαὰκ, ſicuti Iſaac. Κατὰ reſpondet τῷ Hebraeorum כְּ. Ἐπαγγελίας τέκνα ἐσμὲν, filii ſumus, vi tamen promiſſionis divinae, ut olim Iſaacus, ius filiorum nacti.

29. Ὁ κατὰ σάρκα γεννηθεὶς, filius naturaliter natus. Τὸν κατὰ πνεῦμα (γεννηθέντα,) qvi eſſet natus vi divina et ſecundum promiſſionem.

30. Ἀλλὰ — γραφὴ, ſed qvid dicit Deus? Qvae ſeqvuntur, ſunt qvidem verba ipſius Sarae, probabatur tamen hoc Sarae deſiderium, et Abrahamus ad ei obſeqvendum excitabatur a Deo ipſo. Οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσῃ — ἐλευθέρας, non enim cohaeres eſto filius ſervae filio liberae. Applicatio haec eſt: ſimiliter Iſraelitae naturales, qvi nolunt fidem Abrahami imitari, eiicientur ex eccleſia, nec venient in communionem haereditatis, qvae deſtinata eſt filiis Abrahami ſpiritualibus, h. e. Chriſtianis fidelibus.

31. Παιδίσκης τέκνα (εἰς δουλείαν γεννηθέντα,) non ſumus filii ſervae h. e. obligati ritibus Iudaicis. Ἐλευθέρα, ἡ, eccleſia Chriſtiana.

CAP. V.

1. (Ἐν) τῇ ἐλευθερίᾳ. Στήκειν ἔν τινι, perſeverare in aliqva re. Ἐνέχομαι, implicor, adſtringor. Sic ἐνέχεσθαι πέδαις dicitur apud Graecos. Hunc verſum ſuperioribus, maxime vero verſui extremo Cap. 4. neceſſario iungendum eſſe, nemo non videt.

2. Ἴδε, ſcitote, attendite. Eſt hebraicum הִנֵּה particula attentionem excitantis. Ἐγὼ Παῦλος, eſt formula aſſeverandi: credite mihi, Paullo veſtro, cuius animi candorem et integritatem noſtis. Ἐὰν περιτέμνησθε, ſi circumciſionem ad ſalutem neceſſariam putetis, ideoqve vos circumcidi patiamini.

3. Περιτεμνομένῳ, ut v. 2. tantum ad Chriſtianos ex gentilibus hoc eſt referendum. Ὀφειλέτης ἐςί, i. q. ὀφείλει, rurſus edico unicuiqve, qvi ſinit ſe circumcidi, qvoniam putat ſe ſine circumciſione ſalutem non eſſe conſecuturum, eum teneri lege univerſa etiam caerimoniali, adeoqve eſſe merum Iudaeum.

4. Καταργηθῆναι ἀπό τινος eſt: liberum eſſe ab aliqvo, qvocum antea coniunctus eras, nullam amplius rem cum eo habere. Cf. Rom. 7, 2. 6. Ἐν νόμῳ, pro διὰ νόμου. Δικαιοῦσθε, immunitatem a poenis divinis et felicitatis largitionem conſeqvi vultis. O. 12. δ. Ἐκπίπτειν τῆς χάριτος, beneficium amittere.

5. Πνεύματι, Evangelio, vel ex promiſſione evangelica. Cf. Cap. 4, 23. 29. Ἐλπίδα δικαιοσύνης pro δικαιοσύνην, eſt mera periphraſis. Δικαιοσύνη, ut v. 4. δικαιοῦσθαι, notat omnem felicitatem, qva homines peccatorum poenis immunes olim a Deo beandi ſunt. Vid. Ven. Koppii excurſ. 4.

6. Ἐν γὰρ Χριςῷ, a) ut ſis Chriſtianus, nulla habetur ratio circumciſionis aut praeputii. R. b) i. q.

παρὰ

παρὰ Χριϛῷ, apud Chriſtum, iudicio Chriſti. Koppe. Ἐνεργεμένη, *Med. non Paſſ.* qvae vim ſuam exſerit. Ἀγάπη, benevolentia.

7. Ἐτρέχετε καλῶς, bene vos gerebatis.

8. Πεισμονὴ, vocabulum tantum apud Euſtathium occurrens, eſt: pertinacia in perſvadendo aliis, qvae nobis placent, Ueberredungs-Sucht. Ὀυκ ἐκ τȣ̃ καλȣ̃ντος ὑμᾶς, non eſt divina. Μικρὰ — ζυμοῖ, parum fermenti totam maſſam effervefcere facit. Sic una falſa opinio, qvae ad fundamentum fidei pertinet, totam fidem poteſt corrumpere.

10. Ἐν Κυρίῳ, propter Chriſtum, adiuvante Deo. Hoc eſt fundamentum ſpei, Chriſtum non commiſſurum eſſe, ut plane deficiant a religione Chriſtiana. Ὅτι — φρονήσετε, nulla in re a mea doctrina vos eſſe declinaturos. Ὁ ταράσσων pro ταράσσοντες, uti v. 12. ἀναϛατȣ̃ντες. Κρῖμα, poena. Eſt phraſis hebraica נָשָׂא מִשְׁפָּט, Mich. 7, 9. poenas dabit.

11. Ἐγὼ — ϛαυρȣ̃, occurritur calumniae eorum, qvi aliis in eccleſiis circumciſionem ab Apoſtolo permitti atqve adeo imperari dictitaverant. Περιτομὴν κηρύσσειν, circumciſionem commendare. Σταυρὸς pro ὁ λόγος περὶ Ἰησȣ̃ Χριϛȣ̃ ϛαυρωθέντος. Ἄρα — ϛαυρȣ̃, imo vero tum profecto non amplius locum habere poſſet illa de cruce et morte Chriſti doctrina, qvae tam multos offendit.

12. Ὄφελον ἀποκόψονται, non modo circumcidant ſe, ſed, ſi velint, etiam mutilent ſe. Vulgaris ſignificatio τȣ̃ ἀποκόπτειν, qvae eſt *amputandi*, *reſecandi*

Cap. 5, 7. Pro ἀνέκοψε ſine dubio legendum eſt ἐνέκοψε. Sic enim habent Codd. plurimi et optimi. Accedit, qvod ἐγκόπτειν verbum eſt Paullo familiare. 1 Theſſ. 2, 18. Rom. 15, 22.

candi Act. 27, 32. est retinenda. Dicitur, ut כָּרַת, de circumcisione. Sensus est: nolite vos turbari. Qvicqvid agant isti homines, si vel maxime non circumciderent tantum, sed, si velint, truncarent adeo se ipsos, vos nihil moveamini. Libertate enim fruimini, ex qvo estis Christiani.

13. Ἐπ᾽ ἐλευθερίᾳ ἐκλήθητε, vos hac lege, hoc commodo vestro ad Christianam religionem adducti estis, ut liberi sitis. Ἐις ἀφορμὴν (λάβετε) τῇ σαρκὶ, modo ne ista libertate abutamini in hanc partem, ut cupiditatibus pravis indulgeatis. Ἀλλὰ—ἀλλήλοις, qvin potius mutua benevolentia inservite aliorum commodis. Δι᾽ ἀγάπης δελεύειν positum pro ἀγαπᾷν, ut ad ἐλευθερίαν tanqvam oppositum referretur.

14. Ὁ πᾶς νόμος, summa legum divinarum. J. Πληρϛται, i. q. ἀνακεφαλαιϛται, comprehenditur. Ἀγαπήσεις, Futurum pro Imperativo, ex hebraismo.

15. Δάκνω, mordeo, metaph. conviciis proscindo, vexo. Κατεσθίειν, *devorare*, graviores iniurias notat, qvum alii vel in bonis vel in corpore damno afficiuntur.

16. Λέγω, moneo. Πνεύματι, i. q. κατὰ πνεῦμα. Cf. Gen. 5, 22. Πνεῦμα est ipse spiritus divinus, principium et auctor omnis honestatis et virtutis.

17. Ἡ γὰρ σὰρξ—σαρκὸς, desideria corruptae naturae sunt contraria desideriis Spiritus S. h. e. cum vultis agere κατὰ σάρκα, obstat vobis πνεῦμα, et cum vultis agere κατὰ πνεῦμα, adversatur σάρξ.

18. Ἐι δὲ—νόμον, si Spiritus S. per Evangelium in vobis efficax est, non estis sub lege, i. e. intelligetis, vobis non opus esse lege Iudaica.

19. Φα-

19. Φανερά ἐϛι, bene noſtis, qvae facinora ad τὰ ἔργα τῆς σαρκὸς ſint referenda. Ἀκαθαρσία hic, ut Rom. 1, 24. 2 Cor. 12. 21. videtur dici de libidine extra naturam.

20. Φαρμακεία, praeſtigiae, fraudesqve malae, qvibus Daemonum ſive vero ſive opinato auxilio alii circumveniuntur et laeduntur. LXX כְשָׁפִים artes magicas verterunt φαρμακείαν Eſ. 47, 9. 12. Ζῆλοι, aemulationes improbae. Θυμοὶ, ira immoderata. Αἱρέσεις, factiones.

21. Μέθαι et κῶμοι, commeſſatio hominum ebriorum. Ἃ προλέγω ὑμῖν, καθὼς καὶ προεῖπον, de qvibus edico, ſicut iam alio tempore, cum ipſe apud vos eſſem, edixi. Προλέγω, *edico*, non *praedico*. Βασιλεία Θεȣ͂, felicitas regni Meſſiae, et in hac et in altera vita expectanda.

22. Καρπὸς, h. e. ἔργα. Τȣ͂ πνεύματος, emendatae, per Spiritum S. et doctrinam Chriſtianam mentis. Χαρὰ, voluptas ex aliorum felicitate percepta. Εἰρήνη, concordia. Μακροθυμία, lenitas. Χρηϛότης, facilitas. Ἀγαθωσύνη, probitas, perpetua voluntas et ſincerum ſtudium benefaciendi, vitandaeqve omnis offenſionis. Πίϛις, integritas. Πραότης, indulgen-

Cap. 5, 19. Μοιχεία omittitur in nonnullis Codd. multis verſſ. et apud multos Patres. Omiſſionem probant Millius, Bengel, S. R. Griesb.

Cap. 5, 21. Φόνοι omittitur in nonnullis Codd. et apud multos Patres. Omiſſionem probant Millius et S. R. Semlerus. Improbabile eſt Apoſtolum in hoc contextu criminis mentionem voluiſſe iniicere, qvod non tam religione, qvam ipſis legibus civilibus, coerceri et puniri ubiqve ſoleat. Koppe.

dulgentia erga errantes et infirmos. Ἐγκράτεια opponitur πορνεία, ἀσελγεία, μέθαις.

23. Κατὰ — νόμος, his talibus lex non adversatur, istis legum terrores non sunt metuendi.

24. Οἱ τȣ͂ Χριςȣ͂ (ὄντες,) ingenui Christiani. Σταυρȣ͂ν, nihil magis qvam θανατȣ͂ν denotat, sc. opprimere, coërcere cupiditates.

25. Ἐι ζῶμεν — ςοιχῶμεν, si animus noster spiritu Dei movetur, vita et moribus id ipsum exprimamus. Στοιχεῖν et περιπατεῖν sunt Synonyma. Στοιχεῖν τινι, seqvi aliqvem.

26. Κενόδοξος, ὁ, ἡ, inanis gloriae cupidus. Προκαλεῖσθαι, provocare ad certamen, lacessere.

CAP. VI.

1. Προλαμβάνομαι, deprehendor. Ἄνθρωπος, pro τις, hebr. אִישׁ. Ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ, vos, qvi majoribus donis Spiritus S. estis instructi. Καταρτίζω, corrigo. Πνεῦμα πρᾳότητος, animus lenis et mitis. Σκοπῶν pro σκοπȣ͂ντες. Consulto ad unum versus Apostolus, unumqvemqve sibi cavere monet: vos erigite eum; spectans te ipsum, ne tu qvoqve in periculum venias. B. Ph. 1. Πειράζεσθαι, ad peccatum sollicitari, 1 Cor. 7, 5.

2. Ἀλλήλων — βαςάζετε, infirmitates aliorum aeqvo animo ferendae. Locutio proverbialis. Ἀναπληρώσατε pro ἀναπληρώσετε. Imperat. pro Fut. ex Hebraismo. B. Ὁ νόμος τȣ͂ Χριςȣ͂, praeceptum, ut nos invicem amemus. Cf. Io. 13, 34.

3. Ἐι γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τι (μέγα,) si qvis enim existimet se esse insignem sanctitate, cum longe

abiit

absit ab illo gradu sanctitatis, qvem se attigisse sibi persvadet, is vehementer errat. Γὰρ, praeterea. Est mera particula transeundi. φρεναπατᾷν, i. q. ἀπατᾷν, decipere.

4. Καύχημα, gloriatio, vel id, de qvo nobis gloriari posse videmur. Ἐις ἑαυτὸν — καὶ ὀυκ ἐις τὸν ἕτερον, qva se, non qva alterum; suo, non alterius nomine. B. Sensus est: sua autem qvisqve facta exploret, ac si omnia se recte habere repererit, tum gloriari potest, sed de recte factis suis, non de peccatis aliorum. Non qvaeret sibi gloriam, comparatione aliorum, qvi errant, aut peccant, aut minus efficiunt; intelliget, veram sibi inesse praestantiam. Καύχημα ἕξει, gloriari potest. Ἐις τὸν ἕτερον, cum alius peccavit.

5. Φορτίον, i. q. βάρος peccatum. Ἕκαστος — βαστάσει, a) nemo hominum est, cui non sit luctandum cum suis metipsis infirmitatibus, nec erit, cur de suis virtutibus valde glorietur. Hunc sensum inesse versui 5. contextus aperte declarare videtur. V. Koppe. b) Alii cum Grotio explicant: qvisqve pro delictis feret poenam, ut βάρος sit pro נָשָׂא.

6. Κοινωνέω, h. l. alteri aliqvid largior, aliqvem in fortunae societatem venire sino. Κοινωνείτω — ἀγαθοῖς, qvi in religione instituitur, docentis inopiam omni beneficiorum genere sublevet. Videntur nonnulli inter Galatas fuisse ingrati atqve adeo maligni erga doctores suos, Paulli haud dubie studiosos, ita ut eorum inopiae non tantum non succurrerent, sed eos contemnere adeo eorumqve egestati insultare non vererentur, qvod patet ex v. 7. 8. Μὴ πλανᾶσθαι, formula Apostolo sollemnis, cum vult absterrere homi-

 nes

nes a gravi delicto, qvod ipsi tamen leve iudicant, 1 Cor. 6, 9.

7. Θεὸς ὀ μυκτηρίζεται, non patitur Deus se irrideri. O. 12. ζ. Ad augendam delicti vim in Deum ipsum iniurii ipsiqve Deo insultare dicuntur, qvi doctores divinitus iis ab Apostolo constitutos verbo aut re contemnere audeant. Ὃ γὰρ — θερίσει, ut qvis sementem fecerit, ita metet; ut qvisqve se gesserit in hac vita, ita olim in vita aeterna a Deo vel praemiis vel poenis adficietur.

8. Σπείρειν εἰς τὴν σάρκα, sumtus facere in rebus vanis, ad alendas pravas corporis voluptates. Opponitur σπείρειν εἰς τὸ πνεῦμα, sumtus facere in rebus divinis s. religionis caussa. Respicit qvidem Apostolus praecipue ad officia doctoribus praestanda, sed reliqva officia non excludit.

9. Καλὸν ποιεῖν, i. e. ἀγαθοεργεῖν. Ἐκκακέω, molestia alicuius rei me vinci patior. Θερίζω, tropice, remunerationem accipio. Μὴ ἐκλυόμενοι, si non defatigabimur, i. e. si strenue perrexerimus in benefaciendo. Καιρῷ ἰδίῳ, illo tempore, qvod Deus praefinivit.

10. Ὡς καιρὸν ἔχομεν, cum opportunitate non destituamur alios beneficiis nostris exhilarandi. Ὀικεῖος, qvi pertinet ad τὸν οἶκον, familiam. Deinde qvemvis ullo modo cum altero coniunctum significat. Herod. III, 6. 11. IV, 6. 1. Iungitur etiam nominibus abstractis casu genitivo, ut: οἰκεῖος φιλοσοφίας, γεωγραφίας, Philosophus, Geographus. Strab. I. p. 13. B. Ὀικείους πίστεως, domesticos fidei, i. e. cognatos qva fidem. Genitivus ponitur pro κατά.

11. Πηλίκοις γράμμασι, a) videte, qvot verbis i. e. qvam longam epiſtolam vobis ſcripſerim. Πηλίκος, qvantus, uſurpatur etiam de multitudine. R. b) Qvidam ad ipſam litterarum magnitudinem deformem illam qvidem, et artis ſcribendi imperitiam indicantem (γραμμάτων ἀμορφίαν, ut Chryſoſt.) referre maluerunt; ſaltem negari non poteſt, qvae ſeqvuntur v. 12. cum hac interpretatione magis, qvam cum illa altera cohaerere. V. Koppe.

12. Εὐπροσωπέω, placere cupio. Senſu idem eſt, qvod καυχᾶσθαι. Σάρξ, h. l. res externae, leves. Ἀναγκάζουσι, iubent, cogunt perſvadendo, ſollicitando. Ὅσοι pro οἵτινες. Σταυρῷ, ob doctrinam de morte Chriſti. Dativus cauſſam reddit.

13. Οἱ περιτεμνόμενοι, qvanqvam ſint circumciſi. O. 22. Φυλάσσειν νόμον, obſervare legem. J. Ἐν — σαρκὶ, a) de veſtra carne ſc. circumciſa. b) veſtra infirmitate, qva ad ſuſcipiendam circumciſionem omnesqve ritus Moſaicos facile moveri ſe patiebantur Galatae. V. Koppe.

14. Ἐν τῷ σταυρῷ Χριστοῦ, de praedicanda morte Chriſti. Κόσμος, res humanae, ut cupiditates etc. Ἐμοὶ — κόσμῳ, abhorreo a malis hominibus, (ſunt mihi crucifixi hominis loco, qvi ab adſtantibus deſpici ſolet,) et ipſi abominantur me. Omnia contemno humana, et ego contemnor ab aliis, maxime autem Iudaeis. Ἐμοὶ, qva me. Κόσμῳ, qva homines terrena amantes. O. 9. α.

15. Cf. ſupra Cap. 5, 6.

16. Στοιχεῖν τῷ κανόνι, praeceptum ſeqvi. Καὶ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ, veris Iſraelitis. Καὶ, nempe.

17. Τοῦ

17. Τȣ̃ λοιπȣ̃ (χρόνȣ,) poſthac. Κόπȣς, *moleſtias*. Alii referunt ad calumnias adverſariorum, ut ſenſus ſit: nemo me legis everſorem, Moſis hoſtem, nominet, et apud alios in invidiam adducat; alii referunt ad doctores Galatiae, rixas inter ſe alentes, qvos Apoſtolus adhortetur, ut componant diſſidia, ne ipſi iterum labor ſcribendi imponatur. Στίγματα τȣ̃ Κυρίȣ Ἰησȣ̃, notae calamitatum, qvas hominum crudelitate perpeſſus fuerat pro religione Chriſti Apoſtolus. Πνεῦμα, h. l. i. q. νȣ̃ς.

HYPOMNEMATA

IN

EPISTOLAM

AD

EPHESIOS.

HYPOMNEMATA
IN
EPISTOL. AD EPHESIOS.

CAP. I.

1. Δια θελήματος θεοῦ (ὡρισμένος.)
3. Εὐλογητὸς (ἔςω) pro χάριν ἔχειν δεῖ ἡμᾶς τῷ θεῷ. Est hebraicum בָּרוּךְ יְהוָה. Cf. Exod. 18, 10. Θεὸς καὶ πατὴρ, Deus idemqve pater. Εὐλογέω, beneficiis adficio. J. Πᾶσα εὐλογία, omnis generis beneficia. Πνευματικὴ, qvae per religionem Christianam homini contingunt, opposita commodis externis, humanis, caducis. Ἐν τοῖς ἐπουρανίοις (μέρεσι,) i. q. ἐν τοῖς οὐρανοῖς vel ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, in regno Messiae s. in ecclesia. Cf. infra Cap. 2, 19. E. Ἐν Χριςῷ, propter Christum.

4. Καθὼς pro καὶ γὰρ, ex consvetudine Apostoli periodos periodis iungendi vel per participia, vel per pronomen relativum, vel deniqve per particulas copulativas ὡς, καθὼς, ὥσπερ. Ἐξελέξατο — ἀμώμους, decrevit inde ab aeterno prae caeteris hominibus nos inprimis tractare tanqvam innocentes irreprehensosqve homines. Ἐκλέγεσθαι, amare. J. Ἐν αὐτῷ, propter ipsum. Καταβολὴ, initium. Sic καταβο-

λὴν

λὴν πολέμȣ, νόσȣ, λόγȣ Graeci dicunt. Πρὸ καταβολῆς κόσμȣ, i. q. πρὸ τῶν αἰώνων, vel, ἀπὸ τῶν αἰώνων. (Εἰς) τὸ εἶναι. Κατενώπιον αὐτȣ͂, iudicio eius. Ἐν ἀγάπῃ, pro ſuo in nos amore. Eſt hebraicum בְּחֶסֶד, ἐν χάριτι.

5. **Προορίζω**, deſtino, decerno. Εἰς υἱοθεσίαν — εἰς αὐτὸν, eſt hebraicum לַעֲשׂוֹת בָּנִים לוֹ, decrevit nos adoptare. Εἰς αὐτὸν pro αὐτῷ, eſt hebraicum לוֹ. Κατὰ τὴν — αὐτȣ͂, pro ſingulari benignitate ſua.

6. **Εἰς ἔπαινον** pro εἰς τὸ ἐπαινεῖσθαι, ut laudibus proſeqveremur. Δόξα τῆς χάριτος pro χάρις ἔνδοξος, admirabilis benignitas. Ἐν ᾗ (χάριτι) ἐχαρίτωσε, eſt hebraicum חֵנַן חֵן. Graece παρέχειν χάριν. Ἐν τῷ ἠγαπημένῳ, propter cariſſimum filium. Cf. Matth. 3, 17.

7. **Αἷμα**, h. l. cruenta mors. Ὁ πλȣ͂τος τῆς χάριτος, i. q. δόξα τῆς χάριτος, admirabilis benignitas.

8. **Ἧς** pro ᾗ. O. 11. Περισσεύω, h. l. largum me praebeo. Ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ φρονήσει multo aptius ad verſum 9. qvam ex vulgari interpunctione ad v. 8. transferri poteſt. Σοφία καὶ φρόνησις, ut חָכְמָה et בִּינָה, ſunt ſynonyma, additumqve praeterea πάσῃ, ut conſilii ſapientiſſimi magnitudo exprimeretur.

9. **Γνωρίσας** pro ἐγνώρισε γάρ. Γνωρίζειν, i. q. ἀποκαλύπτειν, הוֹדִיעַ. Ex Graecitate eſt vel ſimpliciter *noſſe* vel *agnoſcere*. Μυστήριον, res qvaelibet arcana hominibus antea ignota. Εὐδοκία, benignitas. Προτίθεσθαι ἐν αὐτῷ, apud ſe conſtituere, deſtinare.

10. **Εἰς οἰκονομίαν** pro οἰκονομεῖσθαι, ut adminiſtraretur, i. e. efficeretur et patefieret. Τȣ͂ πληρώματος pro ἐν τῷ πληρώματι, tempore conſtituto. B. Ph. 5. (Ὥστε) ἀνακεφαλαιώσασθαι, ut ad unum caput et cor-

corpus redigeret. Τὰ ἐν τοῖς ȣ̓ρανοῖς (ὄντα) καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, a) Iudaeos et ethnicos. In formula: τὰ ἐν τοῖς ȣ̓ρανοῖς pro ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν ȣ̓ρανῶν, *eccleſiae Iudaicae*, viciſſim in hac: τὰ ἐπὶ τῆς γῆς *Ethnicorum* deſcriptionem contineri, nonnulli Interpretes exiſtimant. E. B. IV. 476. b) His verbis ineſt periphraſis *univerſi*, hebraicum שָׁמַיִם וְהָאָרֶץ, qva qvidem cum utantur Apoſtoli, non ſtatim etiam de ſingulorum verborum ſyllabarumqve ſenſu diſtincte cogitaviſſe ſunt exiſtimandi. Koppe.

11. Ἐν ᾧ pro δι᾽ ȣ̔, cuius beneficio. Κληρȣ̃σθαι εἴς τι, i. q. ἐκλέγεσθαι. Ἐκληρώθημεν — εἰς τὸ εἶναι, contigit nobis adeo felices eſſe, ut nos (Paullus cum collegis ſuis et omnibus fidelibus ex Iudaeis) eſſemus primi, qvi fidem in Chriſtum acciperent ad illuſtrandam gloriae ſuae magnitudinem. Si qva emphaſis verbo κληρȣ̃σθαι ineſt, ex hebraico נַחֲלָה illa eſt derivanda, qvod de omni felicitate ab Hebraeis dicitur. Cf. Gal. 3, 18. Ἡ βȣλὴ τȣ̃ θελήματος, liberrima voluntas. Κατὰ πρόθεσιν, ſecundum voluntatem liberam.

12. Προελπίζειν, a) priores eſſe tempore in acceſſione ad religionem Chriſti. E. b) ſperare rem, anteqvam illa adſit; ideoqve προελπίζειν ἐν Χριςῷ dici poſſunt Iudaei, qvi exſpectabant Meſſiam, eumqve mente et cogitatione venerabantur, anteqvam Ieſus in has terras veniſſet. Uſum loqvendi in προελπίζειν illuſtravit ex Polybio Raphelius. V. ad h. l. Koppe. c) *ſperare* ſimpliciter. Kr. et B. Ph. 220.

13. Ἐν ᾧ, cuius beneficio. Ὁ λόγος τῆς ἀληθείας pro ἀληθής. Τὸ εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας ὑμῶν, doctrina de ſalute veſtra. Ἐν ᾧ πιςεύσαντες, cuius inqvam beneficio, ex qvo Chriſtiani facti eſtis. Cf. Rom. 13, 11. Ἐσφραγίσθητε — ἁγίῳ, per Spiri-

tum S. promissum spei vestrae certitudinem accepistis. Σφραγίζεσθαι, i. q. βεβαιȢσθαι.

14. Ὅς pro ὁ ex Graecismo. Ὁ ἀῤῥαβὼν, pignus. Est vox hebraica עֵרָבוֹן. Κληρονομία, felicitas omnis in regno Messiae exspectanda. Εἰς ἀπολύτρωσιν, hebraica constructio per ל pro: τῆς ἀπολυτρώσεως. Ἀπολύτρωσις τῆς περιποιήσεως, a) tempus liberationis populi Deo peculiaris (סְגֻלָּה) h. e. Christianorum per mortem. Περιποίησις h. l. ut περιτομὴ Rom. 3, 30. abstractum pro concerto. E. b) i. q. ἀπολύτρωσις περιποιηθεῖσα ἡμῖν, liberatio, qvae parata nobis est s. ἣν περιποιησόμεθα, qva fruemur aliqvando. Similem constructionem vide v. 18. ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως αὐτȢ pro εἰς ἣν ἐκάλεσεν ἡμᾶς. Similiter resolve locum 1 Petr. 2, 9. Λαὸς εἰς περιποίησιν pro ὃν περιποιήσατο ὁ θεός. Koppe.

15. Ἡ καθ' ὑμᾶς πίστις pro πίστις ὑμῶν. Ἐν pro εἰς. Ἀγάπη, h. l. liberalitas. Ἅγιοι h. l. mera periphrasis Christianorum.

16. Εὐχαριστῶν pro εὐχαριστεῖν. O. 22.

17. Δώη pro δοίη dialecto Attica. Πνεῦμα, Spiritus S. ad qvem referendum est, qvicqvid ratione praeternaturali in Christianorum mentibus excitatur. Ἐν pro εἰς.

18. ΠεφωτισμένȢς τȢς ὀφθαλμȢς potest absolute accipi pro accusativis conseqventiae, loco genitivorum πεφωτισμένων τῶν ὀφθαλμῶν. Cf. Act. 26, 3. F. ὈφθαλμȢς τῆς διανοίας, oculos h. e. mentem. Genitivus explicat. B. Τίς ἐστιν ἡ ἐλπὶς, qvanta sit spes. Τίς pro πόση, qvam admirabilis sit. Ἐλπὶς, ipsa felicitas, qvam speramus.

19. Ὑπερβάλλειν proprie *metam iaciendo superare*, deinde simpliciter, *excellere*. Ἐνέργεια, κράτος, ἰσχὺς sunt mere synonyma, iuncta invicem, ut

gradus

gradus potentiae divinae maximus exprimeretur. Καὶ τί τὸ — νεκρῶν, ut vim insignem illam intelligatis, qvam ad Christianos suos beandos impendit Deus: non minorem ea ipsa, qva Christum e mortuis resuscitavit. Κατὰ ex vulgari significatione *similitudinem* utriusqve operis divini, et Christi resuscitati, et Christianorum hominum per religionem Christi beandorum exprimit.

20. Ἐκάθισε, iussit sedere eum. Τὰ ἐπουράνια, coelum ipsum. Ἀρχὴ, δύναμις, κυριότης i. q. ἄρχοντες, δυνατοὶ, κύριοι plane sunt synonyma, cumulata invicem, ut nullum potestatis genus exclusum esse imperio Christi iudicaretur. Ὄνομα ὀνομαζόμενον, res qvae existit. Ὀνομάζεσθαι, existere. J. Πᾶν ὄνομα positum videtur pro πᾶν simpliciter. O. 34. Ἐν τῷ αἰῶνι — μέλλοντι, i. q. νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

22. Ἔδωκε, constituit. J.

23. Πλήρωμα, מְלֹא, i. q. πλῆθος, universa multitudo eorum, qvi ad ecclesiam Christi pertinent. Cf. Ps. 24, 1. et Rom. 11, 25. Τὰ πάντα ἐν πᾶσι pro ὅλως ἅπαντα. Πληρουμένου pro πληροῦντος, Medium pro activo. Τοῦ — πληρουμένου est periphrasis Christi. E.

CAP. II.

1. Versus 1 — 6. arctissime cum superioribus maximeqve cum v. 19. 20. cohaerent. Νεκρὸς, h. l. poenis divinis subiectus, miser. Notionem perniciei et summae miseriae habet potissimum ex hebraismo. v. 2. et 3. describitur in parenthesi miserrimus status gentilium et Iudaeorum, anteqvam converterentur, additurqve caussa corruptionis eorum, nempe corruptio naturae. Antecedens καὶ ὑμᾶς ὄντας, post parenthesin v. 5. repetitur, καὶ ὄντας ἡμᾶς.

2. Περιπατεῖν, vivere, indulgere. J. Κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου, pro more temporum, qvalia

nunc eſſe ſolent. Κατὰ τὸν — ἀέρος, ad voluntatem principis potentiſſimi tenebrarum. Ἀὴρ, h. l. tenebrae. Genitivus ἐξȣσίας, cui πνεύματος per appoſitionem iungitur, explicat nomen, qvod eum regit. Verte: ad voluntatem principis, qvi eſt princeps tenebrarum, ſpiritus, qvi in pertinaciter incredulis efficax conſpicitur. O. 8. α.

3. Υἱοῖς. J. γ. Ἐν οἷς (παραπτώμασι.) Ἀναςρέφομαι, me gero, vivo. Ἀναςρέφεσθαι, hebr. הִתְהַלֵּךְ, i. q. περιπατεῖν. Σὰρξ, corrupta natura. J. Τέκνα ὀργῆς, homines poenis divinis digni. Cf. 2 Sam. 12, 5. J. Φύσις, i. q. paullo ante σάρξ. Φύσει, propter naturam corruptam, cuius ſc. inſtinctum ſeqvi ſolebamus. Ὡς καὶ λοιποὶ, ut etiam nunc non-Chriſtiani omnes.

4. Πλȣσιος — ἐλέει, hebr. רַב חֶסֶד, valde benignus. Ἦν pro ᾖ. O. 11. Συνεζωοποίησε — συνεκάθισε pro ἐζωοποίησε — ἐκάθισεν ὡς τὸν Χριςόν. Ἐν Χριςῷ Ἰησȣ̃, per et propter Ieſum Chriſtum.

7. Αἰῶνες ἐπερχόμενοι, tempora aeternum futura.

8. Καὶ τȣ̃το ȣ̓κ ἐξ ὑμῶν (ἐςὶ,) non veſtro merito. (Φυλάττεσθε,) ἵνα — καυχήσηται.

10. Ἐπὶ ἔργοις — περιπατήσωμεν, conditione hac, ut virtutes eas, qvas aeternum voluit a nobis coli, conſtanter ſectaremur. Ἐπὶ cum Dativo conditionem exprimit. Οἷς pro ἃ. O. 11. Προετοιμάζειν, a) idoneum reddere. Kr. b) velle, iubere, hebr. הֵכִין. Cf. 2 Paral. 35, 6. Koppe.

11. Ἔθνη ἐν σαρκὶ, natalibus ethnici. Οἱ λεγόμενοι — χειροποιήτȣ, cum dicebamini (per contumeliam) ἀκροβυςία, praeputium habentes, ab iis, qvi circumciſi erant circumciſione humana, cui opponitur circumciſio cordis, qvae manu non peragitur. Abſtra-

cta

cta freqventia Paullo pro ἀκροβυςίαν ἔχοντες et περιτμηθέντες.

12. Ἀπαλλοτριόω, abalieno, adſciſcit Genitivum vi praepoſitionis. Πολιτεία, ius civitatis. Ξένος, peregrinus. Διαθήκη, foedus, inſignis promiſſio a Deo facta. Ξένοι τῶν διαθηκῶν, peregrini, qva foedera tantis promiſſionibus inſignia. Genitivus poſitus eſt pro κατὰ, qvod attinet, qva, reſpectu. B. Ph. 46. Ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, omni futurae cuiusdam felicitatis ſpe deſtituti. Καὶ, atqve adeo. Ἄθεοι, Dei expertes, qvia Iehovam, qvi unus eſt verus Deus, non noverant. Κόσμος, a) gens extra eccleſiam veram. Ἐν inter, b) in his terris, in mundo.

13. Ἐν Χριςῷ Ἰησȣ͂ (ὄντες,) ex qvo iam eſtis Chriſtiani. Ἐγγὺς — Χριςȣ͂, aditus vobis datus eſt ad eccleſiam per Chriſti mortem.

14. Ἡ εἰρήνη, h. l. auctor pacis, i. e. propitiationis hominum cum Deo, et pacis inter Iudaeos et gentiles mutuo amore invicem per Meſſiam conſociatos. Ἀμφότερα (γένη.) Ἓν ποιεῖν τινα, τινι, i. q. εἰρηνοποιεῖν ἐν ἀλλήλοις. Τὸ μεσότοιχον, paries intermedius. Λύειν, deſtruere, diruere. Καὶ τὸ — λύσας, ſublato ſepto, diruto pariete, qvi Iudaeos a Gentilibus ſecernebat.

15. Ἔχθρα, ἡ, h. l. odii cauſſa, id qvod inimicitiam excitavit et aluit. Cur vero leges Moſaicae dicantur ἔχθρα, ratio poſita eſt tum in eo, qvod ipſis Iudaeis, qvia ſervari ab iis non poterant, perpetuum Dei horrorem poenarumqve divinarum metum iniiciebant; tum qvod earum ſervandarum ſtudium Iudaeos caeterasqve gentes a mutua conſvetudine neceſſario excludebat. Ἐν τῇ σαρκὶ αὐτȣ͂, i. q. ἐν ἑαυτῷ, ipſe. Uſus vero Apoſtolus eſt hac potiſſimum σαρκὸς periphraſi, qvia morte, (qvam σὰρξ h. e. σῶμα Χριςȣ͂ in

cruce pertulit) leges Mosaicas abrogatas esse indicare voluit. Cf. Col. 2, 14. Ὁ νόμος τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι pro τῶν ἐντολῶν καὶ δογμάτων. In ἐντολαὶ et δόγματα nihil est diversi qvaerendum, utrumqve significat *leges*, *praecepta*, iunctaqve videntur, ut solent Hebraei תּוֹרָה, מִצְוֹת, חֻקִּים iungere, ut omnem legum Mosaicarum ambitum exhauriant. Cf. Neh. 9, 14. Ἐν, cum. Νόμος τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι, lex caerimonialis cum praeceptis ritualibus. Dicuntur καταργεῖσθαι, qvae vim suam amittunt. Τοὺς δύο, i. q. τὰ ἀμφότερα, Iudaeos et barbaros. Κτίζειν τοὺς δύο εἰς ἕνα ἄνθρωπον, i. q. ἑνοῦν τοὺς ποτε ἀλλήλοις ἐχθρούς, ad concordiam redigere, qvi alias odio se invicem perseqvebantur. Ἐν ἑαυτῷ i. q. supra ἐν τῇ σαρκί. Καινὸν ἄνθρωπον, novum hominem, h. e. unum corpus.

16. Ἐν ἑνὶ σώματι i. q. ἐν ἑαυτῷ μόνῳ. Neqve gentes indigebant alio, qvi ipsos in gratiam reduceret cum Deo, neqve Iudaei. Ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν, sublata inimicitiae sua vi. Σταυρός, h. l. ipsum supplicium in cruce. Ἐν αὐτῷ ad σταυρὸν referendum, e qva cruce suspensus necabatur Christus, in eadem illa necatae, h. e. abrogatae videntur leges Mosaicae.

17. Καὶ ἐλθὼν — πατέρα, qvibus iam ita perfectis, laetam nunc de Dei gratia hominumqve pari dignitate doctrinam annunciari iussit vobis barbaris non minus, qvam nobis Iudaeis; hanc, inqvam, doctrinam: utrisqve nobis sine ullo discrimine aditum patere ad Dei benignitatem. Ἐλθὼν qvoad sensum redundat. Cf. Es. 57, 19.

18. Ὅτι indicat seqventia vertenda esse per Accusativum et infinitivum: ἔχομεν, habere nos. Ἐν ἑνὶ πνεύματι, i. q. ὁμοθυμαδόν, unanimiter.

19. Ξένοι sunt peregrini in republica s. civitate, Πάροικοι in domo privata, illi *civibus*, hi *domesticis*

s. fa-

f. familiae oppositi. Οἰκεῖοι τοῦ Θεοῦ, domestici Dei. *Metaphorae* a societate civili, et ab aedificio coniunguntur, ad declarandam coniunctionem mysticam piorum in Christo. Gl. Nostra lingva eandem fert ambiguitatem in voce *Haus*, possisqve forte etiam h. l. ipsam illam textus Graeci διλογίαν qvodammodo asseqvi, si verteris: zu Gottes Hause gehörige. Ἅγιοι, Christiani.

20. Προφῆται, h. l. dicuntur doctores Christianae religionis. Cf. infra Cap. 3, 5. Ἀκρογωνιαῖος, (λίθος,) lapis angularis. i. q. κεφαλὴ γωνίας Matth. 21, 42. רֹאשׁ פִּנָּה. Ἐν ᾧ (ἀκρογωνιαίῳ,) super qvo, huic saxo innixa surgit templi moles. Συναρμολογεῖσθαι proprie dicitur de corpore vivo, h. l. de structura aedificii, cuius iuncturae apte cohaerent. Συναρμολογουμένη, compactis invicem lapidibus (h. e. sine tropo, iunctis omnium Christianorum studiis et voluntatibus.) Ἅγιον ἐν Κυρίῳ, a) pro Κυριακὸν, sic κατοικητήριον ἐν πνεύματι pro πνευματικὸν, b) potest etiam ad αὔξει referri. Nam a Christo accipit ecclesia vim ad credendum et recte agendum.

22. Ἐν ᾧ (ἀκρογωνιαίῳ.)

CAP. III.

1. Ἐγὼ (εἰμι,) atqvi haec ipsa doctrina mea de vestra non-Iudaeorum per Christum salute, qvam ubiqve tradere a Deo iussus sum, haec ipsa est, propter qvam a Iudaeis tantopere vexer. Δέσμιος τοῦ Χριστοῦ pro διὰ τὸν Χριστὸν, h. e. propter professionem religionis Christianae.

2. Verba a vers. 2. usqve ad 12. parenthesi sunt includenda. Εἴγε, siqvidem. Οἰκονομία, ἡ, modus et conditio. Χάριτος, muneris Apostolici.

3. Ἐν ὀλίγῳ (χρόνῳ) προέγραψα, paullo antea fcripfi. Πρὸς ὃ pro ἐν ᾧ. Verba καθὼς — Χριϛȣ̃ v 4. parenthefi funt includenda.

4. Πρὸς ὃ — Χριϛȣ̃, qvibus legendis intelligere poteftis, qvanta eqvidem in religione Chriftiana intelligentia et fcientia gaudeam. Haec σύνεσις ex eo intelligitur, qvod Deus ei doctrinam Evangelicam per immediatam revelationem tradidit.

5. Ἑτέραις γενεαῖς, alio tempore. Οἱ υἱοὶ ἀνθρώπων, בְּנֵי אָדָם i. q. ἄνθρωποι. Ὡς, eo modo, ea claritate. Ἅγιοι, epitheton perpetuum prophetarum V. T. qvo non tam vitae fanctitas, qvam potius infignior qvaedam, et ex arctiore, qva fruebantur, cum Deo confvetudine profecta prae caeteris hominibus dignitas eft intelligenda. Simili fenfu ἅγιοι dicuntur ἄγγελοι. Ἐν πνεύματι pro διὰ πνεύματος.

6. Συγκληρονόμος, ὁ, ἡ, cohaeres. Σύσσωμος, ὁ, ἡ, eiusdem corporis particeps. Συμμέτοχος, ὁ, ἡ, confors. Σύσσωμοι funt, qvi ad eandem ecclefiam pertinent. Αὐτȣ̃ (Θεȣ̃.) Ἐπαγγελία ἐν Χριϛῷ, promiffa a Deo felicitas conditione hac, ut, qvi frui ea velit, fectetur Chriftum.

7. Διάκονος fenfu generaliore de ipfis Apoftolis et qvibusvis religionis doctoribus dicitur. Χάρις, beneficium. Ἡ δωρεὰ τῆς χάριτος, beneficium immeritum.

8. Ἐλαχιϛότερος, Comparativus a Superlativo denuo formatus ad rem haud dubie validius minuendam. B. Πάντων τῶν ἁγίων (ἀνθρώπων τȣ̃ Θεȣ̃.) Χάρις, munus Apoftolicum. Ἀνεξιχνίαϛος, ὁ, ἡ, imperveftigabilis. Πλȣ̃τος τȣ̃ Χριϛȣ̃, concife pro πλȣ̃τος τῆς χάριτος τȣ̃ Χριϛȣ̃.

9. Φωτίζειν τινὰ, fimpliciter idem, qvod διδάσκειν. Πάντας, Iudaeos et ethnicos. Ἀπὸ pro ἐκ.

Οἰκο-

Οἰκονομία, ratio, indoles istius mysterii, qvod occultum fuit inde ab origine rerum in Deo, i. e. intellectu divino. Κτισθέντες ἐν Χριστῷ sunt homines ad dignitatem eam, ut peculiaris Dei populus haberentur, per Christum evecti. Similiter populus Israeliticus dicitur κτίσμα θεοῦ, Deut. 32, 6. Es. 43, 21.

10. Ἵνα. O. 29. Ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι, a) doctores et caeteri principes Iudaei. E. b) Daemonum ordines. Koppe. Ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, a) ecclesia Iudaica. E. b) coelum ipsum. Διὰ τῆς ἐκκλησίας, per ecclesiam novam a Deo constitutam. Ἡ πολυποίκιλος σοφία, sapientia omni ex parte admirabilis.

11. Κατὰ πρόθεσιν τῶν αἰώνων, pro aeterno decreto, ἣν ἐποίησεν — ἡμῶν, qvod exseqvendum tradidit Iesu Messiae.

13. Διὸ coniungit seqventia cum eo, qvod v. 1. dixerat, se propter gentiles esse in vinculis. Ἐκκακεῖν, deficere in aliqvo officio propter molestiam aliqvam. Ἐκκακεῖν (ὑμᾶς.) *Sens:* propterea rogo vos, ne animum despondeatis, dum videtis me vestrum doctorem propter religionem Christi tot tantasqve afflictiones sustinere; nam in hoc vestra qvoqve gloria posita est, qvod afflictiones istas patior vestra caussa, qvod docui vos pares esse Iudaeis.

14. Τούτου χάριν, nempe ἵνα μὴ ἐκκακῆτε.

15. Πατριὰ, familia. Ἐξ οὗ (πατρὸς) — ὀνομάζεται, a qvo omnes spiritus hominesqve nomen gerunt, qvippe sunt et dicuntur omnes creati a Deo, Geschöpfe Gottes, Kinder Gottes, Volck Gottes. Cf. Rom. 9, 25. Sententia omnis ἐξ οὗ — ὀνομάζεται opposita videtur opinioni Iudaeorum ei: qva se solos his nominibus עַם יְהוָה, בְּנֵי יְהוָה uti iure posse existimabant.

16. Δυνάμει, firmiter pro σφόδρα, ex hebraicae lingvae, qvae adverbiis destituitur, indole. Ὁ ἔσω ἄνθρωπος, periphrasis τȣ̃ νοός. Εἰς pro ἐν.

17. Κατοικῆσαι ad δῴη refer.

18. Ἐν ἀγάπῃ, a) ex interpretatione vulgari ἀγάπη potest esse *benevolentia erga alios*, eiqve ratione favet fortasse, qvod praecesserat πίςις. Πίςιν enim et ἀγάπην iungi ab Apostolo, cum omnis virtutis Christianae ambitus est exhauriendus, res nota est. b) Potest vero etiam *amor Dei et Christi erga Christianos* intelligi; qvam rationem adiuvare videtur v. 19. qvo ἡ ἀγάπη τȣ̃ Χριςȣ̃ haud dubie eo sensu occurrit. Tum accipiendum est pro ἐν χάριτι, διὰ χάριτος. Verba ἐῤῥιζωμένοι vero et τεθεμελιωμένοι ad πίςιν referenda et de constantia in religione ipsa interpretanda videntur. Hi duo Nominativi cum ἐξισχύσητε sunt construendi, et ἵνα praeponendum. Similis particulae ἵνα traiectionis exempla vid. Ioh. 13, 29. 1 Cor. 9, 15. Καταλαμβάνεσθαι, perspicue cognoscere. In vocibus τί τὸ πλάτος — ὕψος nihil qvaerendum est, nisi notio *immensi*; inprimisqve cavendum, ne, qvae iunctim posuit Apostolus, discerpta lacerentur: et qvo sensu profunda, qvo alta et s. p. benignitas divina dici possit, misere qvaeratur.

19. Ἡ ὑπερβάλλȣσα τῆς γνώσεως ἀγάπη, omni cogitatione humana superior amor, i. q. ὑπερέχȣσα πάντα νȣ̃ν, Phil. 4, 7. Ἀγάπη τȣ̃ Χριςȣ̃, amor Christi erga suos. Ἵνα πληρωθῆτε — Θεȣ̃, amor Christi immensus conspicuus est in eo, qvod et ipsi vos, licet e gentibus essetis, recepti estis in universum hoc regnum divinum. Πληρωθῆναι, i. q. ἀνακεφαλαιωθῆναι supra 1, 10. et πᾶν πλήρωμα, i. q. πᾶσα ἡ ἐκκλησία. Cf. ad 1, 23. Col. 1, 19.

20. Ὑπὲρ ἐκ περισσȣ̃ ὧν pro ἐκείνων ἃ, admodum longe plus.

21. Ἀυτῷ (ἔςω.) Ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ seqventibus ἐν Χριςῷ sunt iungenda, pro ἐκκλησίᾳ τȣ͂ Χριςȣ͂. Cf. 1 Thess. 1, 1.

CAP. IV.

1. Οὖν est mera particula transeundi. Δέσμιος ἐν Κυρίῳ pro διὰ Κύριον, propter dominum, religionis caussa. Περιπατεῖν, vivere. J. Ἧς pro ᾗ. O. 11.

2. Ἐν ἀγάπῃ, amanter. Ἀνεχόμενοι et v. 3. σπȣδάζοντες pro ἀνεχομένȣς, σπȣδάζοντας, pendet enim a verbo παρακαλῶ et infinitivo περιπατῆσαι, qvi tamen, si positus intelligatur pro ἵνα περιπατεῖτε, recte habebit nominativus. B. Ph. 20.

3. Ἑνότης τȣ͂ πνεύματος, coniunctio animorum. Ἐν, per, hebr. ב.

4. (Εἰς τὸ εἶναι) ἓν σῶμα, ut sitis omnes ad unum corpus et unum animum coniuncti. Ἐκλήθητε, ad religionem Christianam adducti estis. Ἐν μιᾷ ἐλπίδι, iisdem promissionibus unicuiqve vestrum propositis. Sic non opus est ἐν accipere pro εἰς.

5. Εἷς Κύριος, unum eundemqve dominum vos omnes veneramini sc. Christum.

6. Ἐπὶ, super, in significatione potestatis. Ὁ (ὢν) ἐπὶ πάντων ἡμῶν, qvi imperium habet in nos omnes. Ὁ (ἐνεργῶν) διὰ πάντων (ἡμῶν,) ὁ (κατοικῶν) ἐν πᾶσιν (ἡμῖν.) Aliis videtur sententia una, tantum variis formulis synonymis expressa, haec: cui omnes

Cap. 4, 3. Πρῶτον in hac voce omittenda consentiunt Mill. Beng. et V. Griesb.

Cap. 4, 6. Pro ὑμῖν rectius legitur ἡμῖν. Utrumqve omitti potest. Griesb.

omnes debemus omnia. Nam ἐπὶ cum Genitivo non raro i. q. ἐν cum Dativo significat. Cf. supra 1, 16. Haec explicatio, utpote simplicior, priori praeferenda videtur.

7. Χάρις, h. l. munus doctoris. Cf. infra v. 11. Κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ, pro mensura doni, i. e. modo graduqve diverso pro libera benignitate Christi.

8. Διὸ, nempe, ut indicetur Messiam eum fore, qvi dona Spiritus divini aliqvando largiturus sit hominibus. Λέγει (ἡ γραφή.) Ὕψος, coelum. Αἰχμαλωτεύω, captivum duco. Αἰχμαλωσία, שְׁבִי, non *captivitas*, sed turba captivorum. Cf. Num. 31, 12. Ἔδωκε, indicat hebraicum לָקַחְתָּ Ps. 68. 19. esse interpretandum de eo, *qvod qvis accipit*, *ut aliis dono dare possit*. S. R. Koppius, vir in his litteris egregie versatus, cuius etiam pleraqve, cum nuspiam meliora reperire potuerim, mea fecisse haud diffiteor, de consensu huius loci cum Ps. 68, hunc in modum disputat: Negari non potest, locum Psalmi, si ipse per se, ex solo totius carminis contextu, nulla loci nostri ratione habita, spectetur, omnia alia continere; carmen qvidem ipsum inter sollemnia ea, qvibus arca foederis pompa solenni in montem Sioniticum adducebatur, decantatum; ideoqve τὸ ὕψος הַמָּרוֹם eo loco non *coelum*, sed *arcem Sioniticam; δόματα* vero מַתָּנוֹת בָּאָדָם non *beneficia a Deo hominibus*, *sed munera Deo ab hominibus offerenda;* deniqve τὸν ἀναβάντα Iehovam ipsum, cuius praesentiae symbolum arca foederis habebatur, intelligendum videri; enim vero ut clarus est, et ab omni ambiguitate liber locus Apostoli, ita confidendum esse arbitramur sapientiae et divinae Apostoli auctoritati: eum non usurum fuisse loco hoc, *nisi eius de Messia huiusqve in coelos ascensu*, *interpretationem*

suo

ſuo tempore inter Iudaeos receptam et probatam fuiſſe bene intellexiſſet. De mera accommodatione enim (nempe eiusmodi cuius ipſe ſibi conſcius fuiſſet Apoſtolus) cogitari h. l. vix poteſt; cum non ad illuſtrandam qvodammodo ſententiam ſuam eo uti, ſed ex ipſa hac Pſalmi formula: ἀναβὰς εἰς τὸ ὕψος, argumentum ſententiae repetere Apoſtolum clarum ſit. Occurrere vero in Oratt. et epp. Paullinis argumentationes plures ſimiles, in qvibus nos qvidem noſtro tempore, noſtrae interpretandi rationi adſveti neceſſario haeremus, omnes ſciunt. Cf. Act. 13, 26. Hebr. 2, 8. Fateor me Viri Doctiſſimi mentem non ſtatim aſſecutum fuiſſe, nec ab initio certo iudicare potuiſſe, qvid de iſtis, qvas Paullus ſecutus eſſe dicitur, interpretationibus inter Iudaeos receptis ſtatuat, utrum ſcilicet iſtae, ſi res ſubtiliter aeſtimetur, ei videantur minus accuratae, imo nullae (confer, qvae habet ad Gal. 3. 16. et excerpta mea ad hunc locum) an accipiat iſtas tanqvam accuratas et veras. Prior ſententia mihi qvidem nullo modo probanda et ferenda videtur. Ex meo enim ſenſu illud videtur divino ſcriptore indignum, eiusmodi argumentatione uti, qvam, non ob veritatem, ſed hoc ſaltem nomine, ipſe intelligat, eſſe commendabilem, qvoniam tempore ſuo ſit recepta ac probata. Ideo etiam mihi perſvadere non poſſum Chriſtum atqve eius Apoſtolos in tradendis praeceptis ſuis atqve explicandis oraculis divinis opiniones vulgi veritati minus conſentaneas unqvam ſecutos eſſe; maxime enim verendum eſt, ne haec hypotheſis, ſi ullo in loco concedatur, mentem Apoſtolorum in exponendis maximi momenti doctrinis, reddat dubiam, omnemqve eorum fidem faciat ſuſpectam. Monita lectu digniſſima et his temporibus maxime accommodata ſcripſit de ea re Rev. Artzius, amicus meus multis nominibus colendus, in tractatu Ao. 1773. edito, qvi inſcriptus

eſt:

est: *Soluti problematis hermeneutici de Daemoniacis periculum p. 21 seqv.* Cum etiam fortasse aliis, ea, qvae V. Koppius ad hunc locum disputavit, legentibus accidere possit, ut dubii haereant, qvo animo ista scripta fuerint, monitos eos ac rogatos volo, ut cum his conferant ea, qvae idem Vir praestantissimus ad 2 Thess. 2, 8. notavit, atqve his lectis non dubitabunt eiusmodi sententiam, qvasi Apostoli etiam infirmas Iudaicorum doctorum interpretationes et argumentationes repetierint, a mente Viri Optimi plane esse alienam. Caeterum de Psalmo hoc citato tenendum est, commemorari in eo varia a Deo populo suo exhibita beneficia, et coniungi, id qvod etiam alias haud raro a prophetis fieri solet, olim facta futuris, qvin temporalia spiritualibus. Membra Psalmi sunt plura, eaqve diversi argumenti, ut ratio vaticiniorum fert. Commoda horum membrorum distinctio, tum interpretationem huius Psalmi universe, tum speciatim conciliationem eius cum loco Paullino maxime poterit iuvare.

9. Τὸ δὲ (ῥῆμα,) illud vero *ascendit*, ipsa qvae seqvitur formula ἀνέβη. Τί ἐστι, qvid aliud significat? qvid aliud infert? qvid aliud supponit, qvam eum antea descendisse? Apostolus monet, exinanitionem Christi et eius exaltationem, descensum et ascensum, esse res correlatas et arcte connexas, ideoqve propter humilem Christi in his terris conditionem nemini dubitandum esse, utrum Iesus ille ipse sit, de qvo adeo praeclara et magnifica in hoc Psalmo praedicentur, nec ne. Cf. Ioh. 6, 62. Πρῶτον, i. q. πρότερον, antea. Ἐις τὰ κατωτέρα μέρη τῆς γῆς, in inferiores regiones h. e. terram. Genitivus τῆς γῆς explicat κατωτέρα μέρη. O. 8. Hebr. תַּחְתִּיּוֹת הָאָרֶץ, a) uterus matris. Cf. Ps. 139, 15. et incarnatio Christi per conceptionem a nonnullis intelligitur. E. b) qvoniam in eodem

versu

versu *ascensus* opponitur huic *descensui*, atqve illo indubie status Christi exaltationis indicatur, eqvidem existimem, Apostolum verbis καταβαίνειν — τῆς γῆς totum statum exinanitionis exprimere voluisse. D. ad Gl. p. 1094.

10. Ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα, a) ut Spiritus S. donis homines repleat. E. b) ut regnum suum sollemne et universum instauret. V. Koppe. c) ut omnipraesens regnet. Cf. Ier. 23, 23.

11. Δίδωμι, constituo. J. Ἀπόστολος, doctor universi generis humani. Προφῆται erant viri tales, qvi subito et inopinato Spiritus S. afflatu ad publice in ecclesia dicendum impellebantur. Dignitate inferiores erant Apostolis; non qvod afflatus divinus ipse in propheta tenuior et infirmior fuisset, qvam in Apostolo; nec, qvod, ut propheta aliqvis esset, manuum Apostolicarum impositione opus fuisset, sed, qvod partim Apostoli ipsi indubitato et constanter προφῆται erant, partim Apostolorum munus latius patebat munere prophetarum; illi qvidem in omnem terrarum orbem ad propagandam divina vi religionem Christi missi et constituti, hi ad suam qvisqve singularem ecclesiam adstricti erant. Superiores vero habebantur caeteris doctoribus omnibus, evangelistis atqve ipsis τοῖς λαλοῦσι γλώσσαις, nisi hi etiam possent διερμηνεύειν ea, qvae lingvis peregrinis antea elocuti fuerant h. e. nisi ipsi etiam προφῆται essent 1 Cor. 14, 5. Ex eadem deniqve ratione, qvicqvid eloqvebantur προφῆται, a nemine id diiudicari posse dicitur, nisi vel ab Apostolo, vel ab eo, qvi ipse propheta esset. Cf. 1 Cor. 14, 29. ubi post οἱ ἄλλοι subintelligendum esse προφῆται, ex v. 32. apparet. Εὐαγγελισταὶ, Evangelistae, ii qvorum opera Apostoli usi sunt in docendo, ut eos mitterent in alias provincias. Ποιμένες videntur iidem esse, qvi

qvi alias ἐπίσκοποι dicuntur, qvi certis ecclesiis praeerant, disciplinae inprimis ecclesiasticae curam agentes. Nomen *pastoris* de praefectis qvibuslibet, tum apud Hebraeos, tum in omnibus lingvis freqvens. Cf. Ier. 3, 15. Horum multos, si possent docere, etiam διδασκάλους fuisse, non est dubitandum; praeterea tamen alii etiam ad docendum potissimum constituti, sapientia aut eloqventia prae caeteris conspicui viri in singulis ecclesiis h. l. proprie διδάσκαλοι dici potuerunt. Utrumqve praefectorum genus differre videtur a superioribus Apostolis, Prophetis et Evangelistis; *partim* eo, qvod certae cuidam ecclesiae proprii erant, *partim* qvod singularis illa Spiritus divini vis afflatusqve divinus insignior, qvo Propheta saltem et Apostoli nonnunqvam ad dicendum excitatos se sentiebant, ipsis deerat.

12. Καταρτισμὸς, h. l. accurata institutio. Ἅγιοι, Christiani. Ἐις ἔργον διακονίας pro εἰς τὸ διακονεῖν τοῖς ἁγίοις. Ἔργον redundat. O. 34. Διακονία h. l. munus qvodvis in commodum Christianorum susceptum. Ἐις οἰκοδομὴν ut εἰς ἔργον διακονίας refer ad ἔδωκε. Τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ecclesia.

13. Μέχρι, h. l. ut, sicut et hebraicum עַד vel עַד־כִּי Es. 22, 14. non remittetur vobis *donec*, moriamini, i. e. *ut* moriamini, *ut* pereatis. Adde Es. 62, 7. non erit silentium iis custodibus urbis, *donec* paraverit Deus Hierosolymam in laudem gentium i. e. admirandam et suspiciendam cunctis fecerit; non *donec* fecerit, sed, ut faciat. B. Ph. 125. Ἐις ἄνδρα τέλειον pro εἰς τελειότητα ἀνδρὸς, ad maturam viri aetatem. Ἐις μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, a) pro ἡλικίας πλήρους, ad staturam perfectam. K. b) ad eum perfectionis gradum, ad qvem assurgere debet ecclesia Christi. Πλήρωμα, i. q. σῶμα τοῦ Χριστοῦ supra v. 13. Cf. Cap. 1, 23.

14. Ἵνα

14. Ἵνα ὦμεν refer ad v. 11. 12. ut ne amplius cuiusvis hominis, qvi doctorem ſe profitetur, erroribus tanqvam procellis huc illuc iactemur atqve concutiamur. Κλυδωνίζομαι, fluctibus agitor. Κυβεία, fraus. Ἐν, per. Ἡ μεθοδεία τῆς πλάνης, artificia ad ſimpliciores decipiendos.

15. Ἀληθεύειν i. q. ἀληθῆ εἶναι. Αὐξάνειν, i. q. καταντᾷν. Τὰ πάντα, a) pro οἱ πάντες, πᾶσα ἡ ἐκκλησία. Koppe. b) (Κατὰ) τὰ πάντα (μέρη,) per omnia prorſus. K.

16. Ἐξ οὗ (Χριστοῦ,) pro εἰς ὅν. Δι' ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας, per ſuppeditationem iuncturae i. e. ſuppeditando nexu et mutuo auxilio. Ex hypallage Genitivorum. B. Κατ' ἐνέργειαν ἐν μέτρῳ, ex vi interna dimenſa. Ἐν μέτρῳ pro οἷαν ἑκάστῳ προσεμετρώσατο ὁ Χριστός.

17. Μαρτύρομαι, graviter admoneo. Ἐν, per. Περιπατεῖν, vivere. J. Ματαιότης τοῦ νοὸς, i. q. mox ἄγνοια. Poſſet etiam de *idololatria* intelligi, niſi huius loci contextus paullo ampliorem formulae ſenſum poſtulare videretur. Ἐσκοτισμένοι pro ἐσκοτισμένα. Si qvis referre voluerit ad praecedens ὑμᾶς περιπατεῖν, recte habebit genus, caſuum enallage relinqvetur, Nominativi pro Accuſativo. Ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ, obruti caligine mentis. Ζωὴ τοῦ Θεοῦ, vita Deo probata. Similiter dicuntur Pſ. 51, 18. זִבְחֵי אֱלֹהִים ſacrificia Deo probata. Πώρωσις, ſtupor. Ἀπαλγεῖν, dedolere, ſich nicht mehr grämen, amittere alicuius rei ſenſum. Tropice de animo uſurpatur. Ἀπηλγηκότες dicuntur homines, qvi diuturnitate peccandi amiſerunt ſenſum honeſtatis et turpitudinis. Εἰς ἐργασίαν,

Cap. 4, 16. Μέρους, lectio μέλους praeferenda eſt. Griesb. *Küttn. Hypomn.*

σίαν, qvaeſtus cauſſa, ut adeo qvaeſtum facere vulgato ad laſciviam corpore non erubeſcant.

20. Χριϛὸν pro τὸν λόγον τȣ̃ Χριϛȣ̃, Chriſtianam religionem.

21. Ἀλήθεια, integritas, Rechtſchaffenheit.

22. Καθὼς pro ὅτι. Ἀποθέσθαι ad ἐδιδάχθητε eſt referendum. Τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον κατὰ τὴν προτέραν ἀναϛροφὴν (ὄντα.) Παλαιὸς ἄνθρωπος, animus, qvalis olim in vobis erat, cum nondum facti eſſetis Chriſtiani.

23. Πνεύματι τȣ̃ νοὸς, mera periphraſis, alterutrum redundat. Lat. mente animoqve. Κατὰ θεὸν pro ὑπὸ θεȣ̃, divinitus. Κτίζω, efformo. Ὁσιότης τῆς ἀληθείας pro ἀληθὴς, ſanctitas infucata.

26. Ὀργίζεσθε, ſi iraſcamini. Imperativus ex more Hebraeorum pro Coniunctivo poſitus eſt. Καὶ habet vim explicandi cum conditione et circumſcriptione, ita iraſcimini, ne peccetis. B. Καὶ pro ἀλλὰ, ut hebr. ו. Koppe.

27. Μήτε — διαβόλῳ, ne aures praebeatis calumniatori eiusqve calumniis ad iram magis commoveamini.

28. Κλέπτων pro κλέψας, hebr. הַגֹּנֵב. Hebraei participio praeſenti etiam ad aoriſtos exprimendos utuntur.

29. Σαπρὸς, inutilis, pravus. Πᾶς μὴ pro μηδὲν σαπρὸν λαλεῖτε. O. 36. Οἰκοδομὴ τῆς χρείας, oratio, qvae habet utilitatem neceſſariam. Ἧς χρεία νῦν ἐϛι, zur nöthigen Beſſerung. Διδόναι χάριν pro χαριέντα εἶναι, ut ſit grata audientibus ſc. propter utilitatem.

30. Λυπεῖν, offendere. E. Σφραγίζεσθαι. Cf. 1, 13. Ἡμέρα ἀπολυτρώσεως, tempus, qvo olim in

regno

regno Messiae Christiani veri aeterna tranqvillitate et insigni Dei benevolentia fruentur.

31. Πικρία, acerbitas, qvae in aliorum dictis et factis insectandis cernitur. Κραυγὴ, streperi hominum iracundorum clamores. Βλασφημία, h. l. obtrectatio. Κακία, malignitas.

32. Εὔσπλαγχνος, animosus, fortis, ex hebraismo in N. T. significat *misericordem*, *benignum*. Ἐν, per, propter.

CAP. V.

2. Περιπατεῖν ἐν ἀγάπῃ pro ἀγαπᾷν. J. Προσφορὰ καὶ θυσία non sunt synonyma. Illud hebraicum מִנְחָה de qvibusvis donariis ad gratiam numinis captandam offerri solitis, hoc hebraicum זֶבַח de solis victimis dicitur. Εἰς ὀσμὴν εὐωδίας pro εἰς εὐωδίαν simpliciter. Sunt tota hebraica לְרֵיחַ נִיחֹחַ, qvae formula de sacrificiis Deo placentibus adhibetur.

3. Ὀνομαζέσθω pro ἔστω. J. Αἰσχρότης, inverecundia in sermonibus moribusqve. Μωρολογία, sermo insipidus. Εὐτραπελία apud Graecos saepe respondet *urbanitati* Latinorum. Cic. Ep. VII. 32. εὐτραπελία litterarum facit, ut intelligam tuas esse, h. l. scurrilitas. (Ἃ) οὐκ ἀνήκοντα (εἰσί.) Ἀλλὰ μᾶλλον εὐχαριστία (ὀνομαζέσθω,) oratio pia gratiarumqve Deo agendarum sensu plena.

5. Ἐστὲ γινώσκοντες pro γινώσκετε. Πᾶς — οὐ pro οὐδείς. O. 36. Ὅς pro οἵ τινές εἰσιν εἰδωλολάτραι. Sententia videtur esse haec: illa ipsa flagitia non minora esse ipsa idololatria. Κληρονομίαν ἔχει pro simplici μέτοχός ἐστι. J. in voce κληρονομεῖν. Τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ Θεοῦ, Christi, qvi Deus est. Καὶ redundat. Cf. Act. 23, 6.

6. Λόγοι κενοὶ i. q. ψευδεῖς fraudulentae doctrinae. Ὀργὴ, poena. Υἱός. J. Συμμέτοχον εἶναι, non tam vitia et ſcelera, qvam potius ad ὀργὴν Θεοῦ referendum eſt: cavete igitur, ne eadem ſors vobis accidat.

8. Σκότος pro ἐσκοτισμένοι. Φῶς pro φωτισμένοι. Vox prior *ignorantes;* poſterior *meliora edoctos* denotat. O. 2. ε.

9. Περιπατεῖν, vivere. J. Ὁ καρπὸς, פְּרִי pro ἔργα, opera ex planiore et ampliore rerum divinarum ſcientia profecta. Ἀγαθωσύνη (ἐστί.) Ἀγαθωσύνη, δικαιοσύνη et ἀλήθεια ſunt ſynonyma, exprimunt virtutem univerſam, omnis generis probitatem, integritatem, virtutem. Δοκιμάζοντες, ſi v. 9. parentheſi includatur, referri poteſt ad περιπατεῖτε.

10. Συγκοινωνέω, commercium habeo. Ἄκαρπος, inutilis. Ἐλέγχετε (τὰ ἔργα τοῦ σκότους.)

12. Κρυφῆ, clam, occulte. Αἰσχρόν — λέγειν, loqvi de iis, turpe videri poteſt.

13. Ὑπὸ τοῦ φωτὸς pro ὑπὸ τῶν ἐν φωτὶ ὄντων. Φανεροῦται, qvae reprehenſione digna ſunt, a viris honeſtis conſpicua redduntur et redarguuntur. Πᾶν — ἐστι, lux enim eſt, qvae omnia conſpicua reddit. Poſt φῶς ἐστι ſupplenda ſunt haec: atqvi vos eſtis lux, ergo veſtra reprehenſione homines iſti optime argui poſſunt.

14. Διὸ λέγει, a) ea ita connectenda: igitur commode poteſt aliqvis veſtrum iſtos homines verbis prophetae, qvibus appellavit qvondam Iudaeos alloqvi: ſurge et capeſſe lucem, ut tibi illuceſcat Chriſtus, h. e. ut accipias veram fidem in Chriſtum. Cf. Eſ. 60, 1. E. b) Apoſtolus videtur ad locum ex libro deperdito provocaſſe.

Cap. 5, 9. Lectionem πνεύματος tuetur S. V. Erneſti B. N. IV. 104. V. Griesb. lectionem φωτὸς in textum recepit.

vocasse. Ἐπιφαύω, illucesco. Ἀνάστηθι, Dorice ἀνάσταθι, per apocopen ἀνάστα. Ἔγειραι — Χριστὸς, sententia formulae totius, si a tropo recesseris, haec est: esto Christianus, tum per religionem I. C. ad meliorem et honestiorem vitam paullatim adduceris.

15. Βλέπετε, operam date. Πῶς pro ἵνα. Ἀκριβῶς, exacte, perfecte. Περιπατεῖν, vivere. J. Ἄσοφοι, improbi. Σοφοὶ, boni, ex Hebraeorum חָכְמָה *sapientiam* pro virtute et נְבָלָה *stultitiam* pro *vitiositate et improbitate* ponendi consvetudine.

16. Ἐξαγοραζέσθαι καιρὸν pro κερδαίνειν καιρὸν, omnem occasionem bonarum rerum captare, neqve ullam earum e manibus dimittere. Cf. Dan. 2, 8. Ὅτι — εἰσι, tempora enim haec sunt periculosa virtuti et felicitati vestrae.

17. Γίνεσθε, gerite vos.

18. Μεθύσκεσθαι, inebriari. Ἐν ᾧ (μεθύσκεσθαι οἴνῳ) ἐστιν ἀσωτία, in vinolentia scelerum foedissimorum origo est et occasio. Ἀσωτία, dissolutio, ab ἄσωτος pro ἄσωστος, qvi servari amplius non potest.

19. Ἑαυτοῖς pro ἀλλήλοις.

20. Εὐχαριστοῦντες πάντοτε ὑπὲρ πάντων (χρημάτων,) assidui estote in gratiis agendis pro omni beneficiorum genere, qvod vobis contigit. Ἐν ὀνόματι — Χριστοῦ. Cf. Col. 3, 17. ubi ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ et διὰ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ invicem permutantur, itemqve Rom. 15, 17. Sententia haec est: ut speramus gratiarum actiones nostras fore gratas Deo per Christum. E.

21. Ὑποτασσόμενοί (ἐστε) pro ὑποτάσσεσθε, ex hebraica ratione participiis utendi loco Imperativorum saepius notata. Obseqvium mutuum invicem praestate. Ἐν φόβῳ Χριστοῦ, בְּיִרְאַת יְהוָה, ex pietate erga Christum.

22. Ἰδίοις pro *ὑμετέροις*. Ὡς τῷ Κυρίῳ, qvid illa ſignificent apparet ex ſeqq. uxoris erga maritum officia, ex mariti in uxorem meritis ſponte profecta, ſimilia qvodammodo eſſe officiis Chriſtianorum erga Chriſtum.

23. Σωτὴρ, h. l. tutor, qvi vitae et utilitatibus eius qvovis modo proſpicit. Ἐν πάντι (πράγματι,) nulla re excepta.

25. Ἀγαπᾷν omnis generis curam et ſollicitudinem pro virtute, honeſtate et felicitate uxoris complecti, vel comparatio cum amore Chriſti erga eccleſiam docet. Ἵνα αὐτὴν ἁγιάσῃ, ut homines impunes et caros redderet Deo. Hic ſignificatus ex notione hebraici קָדַשׁ eſt repetendus. Ἐν ῥήματι, a) per promiſſiones divinas, qvibus creditur in baptiſmo. E. b) Ἐν ῥήματι ἵνα, עַל דְּבַר אֲשֶׁר eſt pro ſimplici ἕνεκεν τῦ, vel εἰς τὸ παραςῆσαι. Cf. de formula iſta Exod. 18, 11. Dan. 2, 30. Eccl. 7, 14.

27. Ὁ σπῖλος, macula. Ῥυτὶς, ruga. Παριςάναι ἑαυτῷ pro περιποιεῖσθαι, κτᾶσθαι, ut acqvireret, pararet ſibi. Ἤτι τῶν τοιϛτων, aut aliqvid eiusmodi, qvod habeat aliqvam deformitatem. Ἀλλ᾽ ἵνα ᾖ pro ὧσαν. B.

29. Γὰρ, particula tranſeundi. Σάρκα pro σῶμα. Ἐκτρέφω, alo, enutrio. Θάλπω, foveo, curam alicuius ago.

30. Ὅτι μέλη — αὐτῦ (Χριςῦ,) ſumus nos cum Chriſto coniuncti, qvemadmodum membra corporis invicem ſunt conglutinata et conſociata h. e. arctiſſime.

31. Ἀντὶ τϛτϛ pro ἕνεκεν. Καταλείψει, ſolet relinqvere. O. 24. Προσκολλᾶσθαι, hebr. דָּבַק, conſtanter ſeqvi aliqvem, non pati ſe avelli ab altero. Ἔσονται εἰς. O. 39.

32. Τὸ

32. Τὸ μυςήριον — ἐκκλησίαν, magna res eſt et qvae habet ſenſum reconditum et myſticum, nempe coniunctio Chriſti et eccleſiae. E. Εἰς Χριςὸν, ratione Chriſti. Ἐγὼ δὲ λέγω, formula locum ſuperiorem accommodandi ad Chriſtum.

33. Πλὴν, enimvero. Πλὴν καὶ ὑμεῖς, haec inſerviunt reſponſioni ad obiectionem, qvam qvis poſſet afferre, verba iſta ſenſu myſtico eſſe accipienda. Sententia haec eſt: etiamſi illa myſtice intelliguntur de coniunctione Chriſti et eccleſiae, tamen etiam ſenſu proprio valent, οἱ καθ᾽ ἕνα, ſinguli. Κατ᾽ ἀλλήλους (ἐςὲ,) ita etiam erga vos invicem affecti eſtis. Ἵνα φοβῆται (θέλω.) Φοβεῖσθαι, revereri.

CAP VI.

1. Ἐν Κυρίῳ, i. q. 5, 21. ἐν φόβῳ Χριςοῦ. Δίκαιον, ad voluntatem Dei eſt referendum, non ad ſolam *aeqvitatem.*

2. Τιμᾶν, ad omnis generis pietatem denotandam, etiam eam, qvae beneficiis continetur, ſolet uſurpari. Ut Graeci dicunt: τιμᾶν τὸν ἰατρὸν, praemiis afficiendum eſſe medicum. Ἐν, cum. Ἐν ἐπαγγελίᾳ, addita hac promiſſione.

3. Μακροχρόνιος, ὁ, ἡ, longaevus. Καὶ, viciſſim vero.

4. Μὴ παροργίζετε, ne ad iram provocetis (nimis duriter tractando.) Ἐκτρέφω, educo. Νουθεσία, informatio ad honeſta qvaevis. Κυρίου, diſciplina et praeceptio ducens ad cultum Dei, tractans cultum Dei. B. Genitivus indicat obiectum.

5. Κύριοι κατὰ σάρκα, heri, qvales ſunt in his terris, domini naturales. Μετὰ φόβου καὶ τρόμου, hebr. יִרְאָה et פַּחַד, ſumma cum reverentia. Ἐν ἁπλότητι τῆς καρδίας ὑμῶν, candide, ſine ulla fraude.

 6. Ὀφθαλ-

6. Ὀφθαλμοδουλεία, obſeqvium ad oculos adhibitum. Similiter latine auribus et oculis ſervire dicuntur, qvi recte et honeſte tum tantum agunt, cum conſpiciuntur audiunturqve. Ἀνθρωπάρεσκος, qvi aliorum benevolentiam captat.

7. Εὔνοια, benevolentia. Δουλεύοντες τῷ Κυρίῳ καὶ οὐ (μόνον) ἀνθρώποις, putate vos reverentiam iſtam praeſtare Deo, non tantum hominibus.

8. Ἀγαθὸν τοῦτο κομιεῖται, qvod qvis recte fecerit, id accipiet a Deo i. e. eius praemium. Διλογία eſt in voce ἀγαθὸν, ut prius *recte factum*, *deinde commodum* et beneficii emolumentum notet. B. Καὶ, contra vero.

9. Ἀπειλὴ, minae, iracundia. Προσωποληψία, cupiditas, libido.

10. Τὸ λοιπὸν, eſt formula properantis ad finem. Ἐνδυναμοῦμαι, aſſumo mihi robur. Ἐν, per. Ἐν τῷ κράτει — αὐτοῦ, per eius potentem vim.

11. Πανοπλία, armatura a capite usqve ad pedes. Πανοπλία τοῦ θεοῦ, armatura divina, qvae a Deo eſt et digna eſt Deo. J. Στῆναι πρός τινα, ſtare contra hoſtem, non fugere, hoſti parem eſſe et reſiſtere poſſe. Eſt proprium militiae vocabulum. Μεθοδεία, machinatio, artificium h. l. artes pugnandi inſidioſae. Διάβολος, Satanas. Αἱ μεθοδεῖαι τοῦ διαβόλου, h. l. graves perſecutiones. E.

12. Πάλη, lucta. Αἷμα καὶ σάρξ, homines, adiuncta notione infirmitatis. J. Ἀρχαὶ, a) magiſtratus. Κοσμοκράτορες, homines potentes huius aetatis; non enim diabolus, ſed Deus eſt dominus mundi. Σκότος, homines impii. Τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, non ſunt fraudes ſpirituales, ſed doctores impii et Pſeudapoſtoli. Ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, in eccleſia. Qvoties enim verba ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, adduntur perſonis, toties intelli-

intelligenda sunt de loco. E. b) Per *ἀρχὰς*, *ἐξεσίας*, *κοσμοκράτορας*, Daemones intelligendos esse *tum* ipsa Apostoli de daemonum in Christianos hostili odio cogitandi et scribendi ratio. Cf. 2 Thess. 2, 9. tum oppositum *σὰρξ καὶ αἷμα*, *tum* formulae *ἐν τοῖς ἐπεραvίοις* et *βέλη τε πονηρε* necessario postulare videntur. Doctores Iudaeorum voce *κοσμοκράτορες* de Satana in scriptis suis utuntur. Conferantur etiam similes formulae *ἄρχων τε κόσμε*, Ioh. 14, 30. *Θεὸς τε αἰῶνος τέτε* 2 Cor. 4, 4. *Σκότος* est periphrasis gentium non-Christianarum. *Τὰ ἐπεράνια* notat coelum ipsum, idqve ex communi omnium lingvarum usu populari pro aëre. Koppe. *Πνευματικὰ τῆς πονηρίας* pro *πνεύματα πονηρά*. B.

13. *Ἀναλαμβάνειν*, i. q. *ἐνδύεσθαι*. *Ἀντιςῆναι*, vincere. *Ἡμέρα πονηρὰ*, dies afflictionum, qvae accidunt piis propter fidem. *Κατεργάζεσθαί τινα*, debellare aliqvem. Est freqvens in re bellica formula. *Ἅπαντα* igitur rectius pro accusativo singularis numeri, qvam pro neutro plurali accipitur. *Στῆναι*, stationem suam tueri.

14. *Στῆτε*, estote igitur constantes, forti animo hostem exspectate. *Περίζωμα*, אֵזוֹר, pars armaturae veteris, propter vestes laxiores et demissiores, ne incommode huc illuc fluere possent, necessaria. 1 Macc. 3, 58. *Θώραξ*, hebr. שִׁרְיוֹן, Es. 59, 17. lorica tegens pectus. *Θώρακα τῆς δικαιοσύνης*, thoracem, i. e. iustitiam. Genitivus explicat. B.

15. *Ἑτοιμασία*, uti hebr. מָכוֹן, Esr. 2, 66. Ps. 89, 15. dicitur *basis*, res, qva aliqvid niti possit. *Ἑτοιμασία τε εὐαγγελίε*, solida evangelicae doctrinae cognitio, ut rationem reddere possis eorum, qvae credas, et ostendere, ea esse vera et cur vera sint. E. *Τὸ εὐαγγέλιον τῆς εἰρήνης*, evangelium salutare. J.

16. Ἐπὶ πᾶσι, ante omnia. Ὁ θυρεὸς, clypeus. Βέλη πεπυρωμένα, tela ignita. Πονηρὸς, Satan. Περικεφαλαία τȣ̃ σωτηρίȣ, galea, qvae salutem dat. Τȣ̃ πνεύματος, i. q. θεȣ̃, τὸ πνευματικὸν enim et τὸ θεῖον in N. T. synonyma sunt.

18. Προσευχόμενοί (ἐςε,) pro προσεύχεσθε. Προσευχὴ et δέησις mere synonyma. Διὰ προσευχῆς προσεύχεσθαι formula hebraica. Ἐν παντὶ καιρῷ, assidue. Καὶ μάλιςα) ὑπὲρ ἐμȣ̃.

19. Δίδοται λόγος τινὶ, facultas et occasio docendi (h. l. docendae religionis) conceditur. Ἄνοιξις τȣ̃ ςόματος ex hebraismo redundat, uti ἀνοίγειν ςόμα. O. 34.

20. Ὑπὲρ ȣ̃, cuius caussa. Πρεσβεύω ἐν ἁλύσει, legatum ago catenatum. Ἐν παῤῥησίᾳ, libere, non vinculis constrictus, non in carcere latens, oppositum τῷ ἐν ἁλύσει.

21. Τὰ κατ᾽ ἐμὲ (πράγματα) τί πράσσω, qva fortuna utar. Ἀδελφὸς καὶ διάκονος, socius, qvi operam Apostolo praestabat. Ἐν Κυρίῳ pro Κυρίȣ ἕνεκα, in negotiis domini nostri Iesu Christi.

23. Εἰρήνη ἔςω, concordia. Ἀγάπη, beneficentia. Πίςις, constantia in religione christiana. Χάρις (θεȣ̃.) Ἐν ἀφθαρσίᾳ refer ad ἀγαπώντων, vero et integro animo. E.

HYPO.

HYPOMNEMATA
IN
EPISTOLAM
AD
PHILIPPENSES
ET IN
EPISTOLAM
AD
COLOSSENSES.

HYPOMNEMATA

IN

EPISTOL. AD PHILIPPENSES.

CAP. I.

1. Δοῦλοι, ministri. J. (Ἐπιστέλλουσι τάδε) πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, omnibus, qvi Iesu Christo nomen dederunt. Est periphrasis Christianorum. Φίλιπποι, Philippi, urbs primaria Macedoniae. Cf. Act. 16, 11. Ex hoc loco apparet ἐπισκόπους et πρεσβυτέρους esse synonyma; nam in una urbe commemorantur plures episcopi. Qvod contra Pontificios notandum est. E.

3. Μνεία, memoria. Ἐπὶ πάσῃ τῇ μνείᾳ ὑμῶν, qvoties vestrum memini.

5. Ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ (πίστεως) ὑμῶν, propter fidem, qvam omnes parem habetis. Κοινωνία εἰς τὸ εὐαγγέλιον h. l. non est beneficentia erga pauperes Christianos, sed Christianae religionis agnitio et professio. Εἰς pro ἐν. Ἄχρι τοῦ νῦν (ὄντος χρόνου.)

6. Ἔργον ἀγαθὸν, h. l. fides. Ἐπιτελέω, continuo.

7. Χάρις, Evangelium. Ἐπιποθέω, amo vehementer.

8. Σπλάγ-

8. Σπλάγχνα, amor tenerrimus. Ἐν σπλάγχνοις Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃, amore tenerrimo, qvalem Iesus habet erga suos. Genitivus indicat caussam exemplarem, uti 2 Cor. 11, 2. B.

9. Τȣ̃το pro περὶ τȣ́τȣ προσεύχομαι. Αἴσθησις, intelligentia practica, sapientia ea, qvae potest in singulis rebus diiudicare, qvid sit officii. Ἐπίγνωσις, cognitio universi officii.

11. Δοκιμάζω, h. l. recte iudico. Εἰλικρινὴς, sincerus. Ἀπρόσκοπος, ὁ, ἡ, non offendens, et non offensus, h. l. in qvo nihil reprehendi potest.

11. Καρποὶ δικαιοσύνης, i. q. ἔργα δίκαια. Τῶν (ὄντων) διὰ Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃. Γινώσκειν ὑμᾶς βȣ́λομαι, scitote. Τὰ κατ᾽ ἐμὲ (ὄντα πράγματα,) rerum mearum status, mea captivitas. Προκοπὴ, incrementum. Ἐλήλυθε, cessit, abiit.

13. Ὥςε τȣ̀ς δεσμȣ̀ς — πραιτωρίω, ita ut perspicuum factum sit, me in vinculis esse religionis Christianae caussa, in castris praetorianis. Δεσμοὶ, h. l. caussa vinculorum meorum s. captivitatis, per metonymiam effectus pro caussa: Ἐν, propter. Πραιτώριον est, a) tabernaculum Praetoris; b) locus circa illud tabernaculum; c) homines qvi conveniunt ad illud; d) domus, in qva habitat magistratus provincialis; e) a Tiberii tempore dicitur de castris, qvae Tiberius aedificaverat extra urbem, ut Praetor cum sua cohorte ibi esset. Ibi erant carceres, in qvibus custodiebantur a militibus, qvi missi essent e provinciis iudicandi a Caesare. E.

14. Ἀδελφοὶ ἐν Κυρίω, Christianorum periphrasis. Ἀφόβως, magis libere. Τὸν λόγον λαλεῖν, h. l. Evangelium docere. Εὐδοκία, adfectus benevolus.

16. Ἁγνῶς, pure; ȣ̓χ ἁγνῶς, h. l. non bono consilio et animo. Οἰόμενοι — μȣ, putant se maio-

rem

rem moleſtiam addituros eſſe vinculis meis. Τοῖς δεσμοῖς μȣ, vinculis meis, i. e. mihi vincto, per metonymiam adiuncti.

17. Εἰδότες — κεῖμαι, perſvaſi vel ſecum reputantes me eſſe in vinculis, propter confeſſionem et defenſionem Evangelii.

18. Τί γάρ; qvid refert? qvid enim? Πλὴν, tamen, imo vero. Εἴ τε ἐπὶ προφάσει, ſive oſtentationis cauſſa. Εἴ τε (ἐπ') ἀληθείᾳ, ſive animi ſinceritate et integritate. Ἀλλὰ καὶ (ἔτι porro) χαρήσομαι.

19. Ἀποβαίνω, evenio.

20. Ἀποκαραδοκία, expectatio. Ὅτι — αἰσχυνθήσομαι, me in nulla re victum iri i. e. me non fruſtra neqve perpeſſurum neqve laboraturum in tradendo Evangelio.

21. Ἐμοὶ τὸ ζῆν, Χριςὸς, vita longior occaſionem et materiam mihi praebet doctrinam Chriſti praedicandi et propagandi. Voci ζῆν ineſt metonymia effectus pro cauſſa. Ζῆν et ἀποθανεῖν ſunt ſubiecta antitheta, horum praedicata ſunt Χριςὸς et κέρδος. Opus vero eſt, ut praedicato intellectu faciliori utamur tanqvam clavi ad ſenſum obſcurioris praedicati eruendum. Igitur in voce Χριςὸς ſubintelligi debet κέρδος. Scilicet κέρδος Χριςȣ̃ (i. e. praedicatio Evangelii et illuſtratio Chriſti) et κέρδος Paulli ſibi invicem opponuntur, hoc ſenſu: ſi porro vixero, Chriſtus illuſtrabitur, ſi autem moriar, lucrum meum eſt. Cf. infra v. 23. E. B. III. p. 631.

22. Καρπὸς ἔργȣ (ἐςὶ,) affert commodum hoc, ut poſſim Chriſti doctrinam propagare. Genitivus explicat. O. 8. B. Ἔργον h. l. ſimpliciter dicitur pro ἔργον Χριςȣ̃, qvod infra 2, 30. additur: miniſterium, qvod circa fidem et doctrinam Chriſti verſatur.

23. Συνέ-

23. Συνέχομαι ἐκ τῶν δύο, urgeor ab utraqve parte. Bene Lutherus: denn es liegt mir beydes hart an. Ἀναλύω, diſcedo, abeo. Metaph. morior. Μᾶλλον, redundat.

24. Ἐν τῇ σαρκὶ, in vita.

26. Καύχημα, laetitia de fide in Chriſtum. Ἐν, per.

27. Ἀξίως, convenienter. Πολιτεύομαι, in republica verſor, pro cive me gero, h. l. ſimpliciter vivo, me gero. Τὰ περὶ ὑμῶν (ὄντα πράγματα,) res veſtras. Στήκω, conſtanter permaneo. Συναθλέω, una certo, certaminis ſocius ſum. Τῇ πίστει, pro fide, pro doctrina Evangelii.

28. Πτύρω, conſterno. Verba: Καὶ μὴ — ἀντικειμένων, parentheſi ſunt includenda. Ἔνδειξις, documentum, ſignificatio. Ἥτις πίστις αὐτοῖς — θεοῦ, doctrina Evangelii eſt illis declaratio damnationis, qvam impiis denuntiat, vobis vero declaratio ſalutis, qvam promittit piis, conſilio Dei et vi ſua.

29. Ὅτι ὑμῖν — πάσχειν, nam vobis hoc beneficium a Deo contigit, non ſolum qvod fidem vobis dederit, ſed et qvod dignos vos iudicaverit, qvi propter Chriſtum perpetiamini afflictiones.

30. Ἀγὼν, afflictio. Ἀκούετε ἐν ἐμοὶ (εἶναι.)

CAP. II.

1. Εἴ τις, εἴ τι, eſt formula obteſtandi et adiurandi, ut Latinorum *per*. Εἴ τις (ἐστι) — οἰκτιρμοὶ, rogo vos, per qvidqvid habet religio Chriſtiana idoneum ad cohortandum, per ſolatium, qvod praeſtet Chriſtianis amor mutuus, per communionem Spiritus S., per miſericordiam, qvam exigit doctrina et exemplum. O. 2. δ.

2. Πλη-

2. Πληρώσατε — χαρὰν, praeſtate mihi hoc gaudium. Ἀυτὸς praecedente articulo ſignificat *idem.* Σύμψυχος, ὁ, ἡ, concors.

3. Μηδὲν (πράσσοντες.) Κενοδοξία, inanis gloriae cupiditas.

4. Σκοπέω, ſpecto, ſector, rationem alicuius rei habeo.

5. Φρονείσθω, ſentiatur, pro τὸ φρόνημα ἔςω, hic ſenſus ſit in vobis, qvi erat in Chriſto.

6. Μορφὴ, forma, ſpecies, h. l. i. q. φύσις, ὀσία. Ὅς ἐν μορφῇ Θεȣ̃ ὑπάρχων, qvanqvam naturam divinam haberet. O. 22. Ὀυχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο, a) non ultro et immodeſte uſus eſt illa conditione divina, non feſtinavit uti maieſtate divina, non *raptum ivit*, ut Latini dicunt. E. B. N. II. 590. E. b) non oſtentavit. B. Ἶσα pro ἶσον.

7. Κενȣ̃ν, extenuare. Κενȣ̃ν ἑαυτὸν, vim ſuam minus facere, qvam poſſis, ius ſuum ad tempus qvaſi deprimere. E. B. IV. 254. Μορφὴ δȣ́λȣ, conditio ſervilis. Ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων, ſimilis factus eſt aliis hominibus.

8. Σχῆμα, vitae ratio. Ἐυρεθεὶς, erat. J. Ταπεινȣ̃ν exprimit qvamcunqve afflictionem, ſive ſit in commodi detractione, ſive ſit in incommodi adiunctione. Γενόμενος ὑπήκοος, obediens factus Deo.

9. Διὸ, (i. e. δι' ὃ,) poſtea, poſt mortem et humilem conditionem, exinde. Sic διὰ ſignificat *poſt*, Ebr. 2, 9. Ὑπερυψόω, mirifice exalto. Ὄνομα, dignitas, maieſtas. J. Ὑπὲρ πᾶν ὄνομα (ὂν,) maieſtas maior, qvam ulla alia.

10. Καταχθόνιος, ὁ, ἡ, ſubterraneus. Qvaeritur: qvinam intelligendi ſint per καταχθονίȣς? S. V. Erneſtius monet, meriſmos eiusmodi hebraicos non

ad vivum eſſe reſecandos, atqve vocibus his ἐπουρανίων, ἐπιγείων, et καταχθονίων omnes omnino creaturas intelligentes indicari. B. N. II. 791.

11. Ἐξομολογήσεται, iurabit ipſi. Haec verba ex Eſ. 45, 23. deſumta eſſe videntur, ubi οἱ ό hebraicum תִּשָּׁבַע verterunt ἐξομολογήσεται. Scilicet hac ratione debemus profiteri, Ieſum Chriſtum eſſe ſummum Deum.

12. Ὡς redundat. Ex hebraiſmo ſimilitudinis particulis qvandoqve non ſimilitudo, ſed res ipſa notatur. Μετὰ φόβου καὶ τρόμου, cum ſumma reverentia et cura.

13. Ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας (αὐτοῦ,) pro benevolentia ſua.

14. Γογγυσμὸς, qverela iniqva. Διαλογισμὸς, dubitatio.

15. Ἄμεμπτος, inculpatus. Ἀκέραιοι, h. l. integri, homines illaeſae famae et inculpatae vitae. Ἀμώμητος, ὁ, ἡ, irreprehenſibilis. Φωστὴρ, ſplendor, h. l. metaph. ſtella, lumen. Γενεὰ σκολιὰ, homines pravi.

16. Λόγος ζωῆς, ſalutaris doctrina Evangelii. Ἐπέχοντες, a) oſtendentes (efficaciam) Evangelii. E. b) obtinentes, occupantes. Kr. Εἰς καύχημα ἐμοὶ, ut gloriam inde conſeqvar. Εἰς pro ἐν. Εἰς κενὸν, fruſtra. Σπένδω, f. σπείσω, libo; σπένδομαι, immolor. Ἀλλ' εἰ — ὑμῶν, ſi mihi etiam pereundum ſit in miniſterio meo. Λειτουργία τῆς πίστεως ὑμῶν, miniſterium, qvod eo fine praeſtatur, ut vos credatis, ut fides veſtra augeatur et roboretur. Genitivus indicat *conſilium* ſ. cauſſam finalem. Sic Eſ. 30, 23. מְטַר זַרְעֲךָ, pluvia ſeminis tui, i. e. qvae ſemen tuum fecundet, ſemini proſit.

18. (Κατὰ) τὸ δὲ αὐτὸ, pariter.

19. Ἐν Κυρίῳ, annuente et adiuvante Domino. Ἐλπίζω πέμψαι, ſpero futurum eſſe, ut mittere poſſim. O. 12. α. Εὐψυχέω, reficior. Γνῶς τὰ περὶ ὑμῶν (ὄντα πράγματα,) cognitis rebus veſtris.

20. Ἰσόψυχος, ὁ, ἡ, unanimus. Γνησίως, ſincere, integro animo.

21. Τὰ ἑαυτῶν (συμφέροντα) ζητοῦσι, ſuis commodis ſtudent. Ου τὰ τοῦ Ἰησοῦ (συμφέροντα ſ. πράγματα.)

22. Δοκιμὴ, integritas. Τὴν δὲ — εὐαγγέλιον, poteſtis autem cognoſcere integritatem eius ex eo, qvoniam ſicut patri filius, ita mihi operam navavit in docendo Evangelio. Σὺν ἐμοὶ ἐδούλευσε, videtur σὺν redundare, et Dativus ἐμοὶ ſuffeciſſe, ſed argute, qvia et Paullus ἐδούλευσεν εἰς τὸ εὐαγγέλιον, et ei Timotheus ipſi, ſimul autem Evangelio miniſtrabat. B. Ph. 223. Εἰς pro ἐν.

23. Ὡς — ἐμὲ, a) ut videam res meas, qvomodo ſc. fluant. Kr. b) qvamprimum rebus meis proſpexerim.

24. Ἐν Κυρίῳ, Chriſti cauſſa. Συστρατιώτης, commilito.

25. Χρεία, neceſſitas, indigentia, h. l. pecunia, qvae data eſt, ad neceſſitates Paulli.

26. Ἐπιποθέω, intime amo. O. 26. α. Ἀδημονέω, valde ſollicitus ſum. Παραπλήσιον, proxime. Λύπην ἐπὶ λύπῃ, triſtitiam aliam poſt aliam.

28. Σπουδαιοτέρως, feſtinantius. Ἄλυπος, doloris expers.

29. Ἐν Κυρίῳ, Chriſti cauſſa. Διὰ τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ, propter miniſterium Chriſti cauſſa ſuſceptum.

30. Παραβελεύομαι, mihi male consulo, h. l. non parco mihi. Ψυχὴ, vita. J. Ὑστέρημα τῆς λειτεργίας pro verbali forma, *qvod deest ministeriis vestris*. B. Ἵνα ἀναπληρώσῃ — λειτεργίας, ut possit praestare illud officium, qvod debebatis, et qvod nondum potuistis praestare.

CAP. III.

1. Ἐν Κυρίῳ, domini caussa. Τὰ αὐτὰ, eadem. Ἐμοὶ μὲν ἐκ ὀκνηρόν (ἐστι,) ὑμῖν δὲ ἀσφαλὲς, mihi non taediosum est, ad vos confortandos autem necessarium.

2. Βλέπετε, cavete ab istis canibus sc. doctoribus iudaizantibus, qvos canes vocat ad exprimendam eorum impudentiam et foeditatem. Κακὸς ἐργάτης vocatur, qvi honoris et qvaestus caussa docet. Κατατομὴ, concisio. Volebat dicere περιτομή: sed qvia haec in N. T. sublata est, eam potius vocat *mutilationem*. Nam per circumcisionis ritum mutilatur doctrina N. T. Deinde doctores iudaizantes sic appellantur.

3. Περιτομὴ, vere circumcisi. Πνεύματι, cultu interno. Cf. Ioh. 4, 23. Οὐκ ἐν σαρκὶ, non de rebus visibilibus gloriamur, sc. de circumcisione, qvae fit in carne.

4. Πεποίθησις, i. q. καύχημα, si qvis est, qvi gloriari potest de rebus humanis, ego multo magis gloriari possum. Καίπερ, qvanqvam.

5. Περιτομὴ pro περιτομῆς ὀκταημέρε. B. Ph. 18. Ἐκ γένες Ἰσραὴλ (γεννητός εἰμι.) Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, qvi utrumqve parentem habuit Ebraeum, nec forte alte-

Cap. 2, 30. Loco vocis παραβαλευσάμενος Ven. Griesb. habet παραβολευσάμενος. E. dissentit B. N. IV. 105.
Cap. 3, 5. Pro περιτομὴ S. R. Griesb. habet περιτομῇ.

alterum gentilem aut proſelytum, qvi genus ex nulla alia, qvam hebraica proſapia deducit. D. ad Gl. 465. Νόμος, h. l. lex oralis, in cuius obſervatione tunc erat totus Phariſaiſmus.

6. Κατὰ, propter. Ζῆλος, ſtudium religionis tuendae. Δικαιοσύνη, h. l. ſtudium legis ſervandae.

7. Κέρδος, κέρδεα, κ. Ἅτινα — κέρδη, qvae ego ponebam olim in magno commodo.

8. Μενοῦνγε, imo vero, certe. Eſt particula fortiter negandi et contrarium affirmandi. Τὸ ὑπερέχον (μέρος) pro ὑπεροχὴ, excellentia. Τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως pro ὑπερέχουσα γνῶσις. Τὰ πάντα ἐζημιώθην, omnia abieci, omnium illorum iacturam feci. Σκύβαλον, proprie qvod canibus proiicitur, τὸ τοῖς κυσὶ βαλλόμενον, deinde de qvovis reiectamento uſurpatur. Ἵνα Χριστὸν κερδήσω, ut per Chriſtum bona ſpiritualia lucrer.

9. Εὑρεθῶ, ſim. J. Μὴ — δικαιοσύνην, non fretus iuſtitia legis. Τὴν ἐκ Θεοῦ — πίστει, iuſtitiam divinitus collatam ſub conditione fidei. Ἐπὶ, ſub conditione.

10. (Ἕνεκα) τοῦ γνῶναι. Voci γνῶναι accedit ex hebraiſmo hoc ſignificationis auctarium, ut ſignificet: *cognoſcere alicuius praeſtantiam.* Τοῦ γνῶναι — θανάτῳ αὐτοῦ, ut cognoſcam eius praeſtantiam et ſentiam vim reſurrectionis Chriſti (tranqvillitate animi, ſpe vitae recuperandae, et ſpe vitae aeternae) et in paſſionis ſuae ſocietatem: veniam, ſi eodem modo et ipſe moriar pro veritate religionis Chriſtianae, qvo ipſe Chriſtus mortuus eſt.

Cap. 3, 8. Μενοῦνγε. V. Griesb. lectionem μενοῦν praefert. E. diſſentit. B. N. IV. 106.

11. Ἔι πως, ſi qvomodo, h. l. ut. Dubitandi particula non ſemper incertitudinem infert, ſed vel rei difficultatem exprimit, vel propter aliam rationem emphatice adhibetur. Gl. Ἐις τὴν ἐξανάςασιν, conciſe pro εἰς τὴν κοινωνίαν τῆς ἐξαναςάσεως, ut ſimilis ei fiam in reſurrectione.

12. Ὀυχ ὅτι ἤδη ἔλαβον (τὸ βραβεῖον, i. e. ζωὴν αἰώνιον,) non dico, me iam conſecutum eſſe praemium, aut me iam eſſe conſummatum. Non ſermo eſt de ſanctitatis perfectione in hac vita, qvae nulla eſt. Διώκω, contendo. Ἐι καὶ, an etiam, h. l. pro ἵνα, ut ſupra v. 11. ἔι πως. Ἐφ᾽ ᾧ (βραβείῳ,) ad qvod praemium (conſeqvendum) apprehenſus ſum. Ἐπὶ conditionem et finem exprimit. Reſpondet formulae, εἰς ἣν ἐκλήθης 1 Tim. 6, 12.

14. Ἓν δὲ ἄγω,) unum vero ago. Τὰ ὀπίσω (ὄντα πράγματα,) ea, qvae retro ſunt, i. e. iuſtitia, gloria et praerogativae Phariſaiſmi, et alia commoda humana. Ἐπεκτείνομαι, extendo me, rem aliqvam valde appeto. Σκοπὸς, meta. Κατὰ σκοπὸν διώκω, metam verſus feſtino. Ἡ ἄνω (ἔσα) κλῆσις, vocatio coeleſtis.

15. Τέλειοι (εἶναι θέλομεν.) Τελειωθῆναι dicuntur curſores, qvi metam attingunt, et praemio honorandi ſunt. Vid. Loeſneri Obſervatt. e Phil. Τῦτο φρονῦμεν, ita ſimus animo affecti, ita ſentiamus. Ἔι τι ἑτέρως (pro ἕτερον) φρονεῖτε, ſi qva in re aliter ſentitis. Καὶ τῦτο — ἀποκαλύψει, etiam in ea re Deus per Spiritum S. vos docebit ſcientiam idoneam.

16. Πλὴν, veruntatem. Ἐις ὃ (μέρος) ἐφθάσαμεν, τῷ αὐτῷ ςοιχεῖν (δεῖ) κανόνι — γίνεσθε ἀδελφοὶ, v. 17. verum in qvantum ego (in vita Chriſtiana) perveni, eandem doctrinam ſeqvi et idem ſentire (vos oportet,) una imitatores mei eſtote.

17. Τὺς

17. Τὲς ὅτω περιπατῶντας — ἡμᾶς, qvi me imitantur.

18. Ἐχθροὶ τῶ σαυρῶ τῶ Χρισῶ, inimici crucis, i. e. Pſeudapoſtoli, qvi non morte Chriſti, ſed ſuis operibus, lege et circumciſione ſervanda ſalutem conſeqvi volunt.

19. Ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία, qvi ſummum bonum qvaerunt in voluptate, divitiis et rebus humanis.

20. Πολίτευμα, ius civitatis.

21. Μετασχηματίζω, aliam formam do. Τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως, corpus aerumnoſum, imbecille. Συμμόρφος, conformis. Τὸ σῶμα τῆς δόξης, corpus glorioſum. Κατὰ, pro.

CAP. IV.

1. Ἐπιπόθητος, ὁ, ἡ, amabilis, deſideratus, exoptatus. Ὥςε, qvare, itaqve. Στέφανος, corona, ornamentum. Οὕτω, ita ut dixi. Στήκειν ἐν Κυρίῳ, conſtantem eſſe in religione Chriſtiana. Formulam ἐν Κυρίῳ ſ. ἐν Χρισῷ (εἶναι) talem ſignificatum habere, apparet ex multis locis. Cf. Rom. 16, 7.

2. Τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν Κυρίῳ, eadem mente eſſe Chriſti cauſſa.

3. Σύζυγος, ὁ, ἡ, ſodalis. Συλλαμβάνομαι, adiuvo. Ὧν τὰ ὀνόματα (ἐςὶ γεγραμμένα.) Si a tropo receſſeris, ſententia haec eſt: qvi ſunt in numero eorum, qvibus deſtinata eſt vita aeterna.

4. Ἐν Κυρίῳ, Chriſti cauſſa.

5. Τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν, lenitas, modeſtia veſtra, pro: ἡ ἐπιείκεια. Ἐγγὺς (ἐςὶ.)

6. Μηδὲν, nulla in re. Μεριμνάω, h. l. angor curis rerum humanarum. O. 3. Ἐν, cum, i. q. deinde μετά. Ἐν παντὶ — θεὸν, cum omni (i. e. ſaepius repetita

 petita

petita atqve ardentiſſima) petitione et deprecatione, una cum collaudatione gratum animum referente, poſtulata veſtra deferantur ad Deum. Προσευχὴ et δέησις ſaepe coniunguntur et ſunt ſynonyma.

7. Εἰρήνη, h. l. bonitas, miſericordia Dei. Ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, qvae maior eſt, qvam ut plene intelligi et pro meritis laudari poſſit. Φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν, cuſtodia cinget et ſecura reddet corda veſtra. Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, Ieſu Chriſti cauſſa.

8. Σεμνός, caſtus, pudicus, h. l. honeſtus. Qvi dignitati ſuae conſulit in verbis et factis, σεμνὸς dicitur. Προσφιλής, ὁ, ἡ, amabilis. Εὔφημος, a) auribus gratus. E. b) honorificus. K. Εἴ τις (ἐστι,) ſi qva eſt virtus. Ταῦτα λογίζεσθε, horum debetis eſſe ſtudioſi.

9. Παρελάβετε, edocti eſtis. Ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης, Deus benignus.

10. Ἀνεθάλετε, a) pro ἀναθάλλειν ἐποιήσατε. O. 19. efflorere feciſtis memoriam mei apud vos. b) Ἀνεθάλετε (κατὰ) τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, effloruiſtis qva memoriam et curam mei, per hypallagen, pro: effloruit memoria mei apud vos. Ἐφ᾽ ᾧ (πράγματι,) qva in re. Καί, etiam. Ἀκαιρέομαι, opportunitate temporis deſtituor.

11. Καθ᾽ ὑστέρησιν, inopiae cauſſa. Ἐν οἷς εἰμι (πράγμασι,) qva forte conditioneqve ſum. Αὐτάρκης, contentus.

12. Οἶδα ταπεινοῦσθαι — περισσεύειν, poſſum perpeti inopiam et copiam. Οἶδα, expertus ſum. Ἐν παντὶ, a) (τόπῳ) καὶ ἐν πᾶσι (πράγμασι,) ubiqve et in omnibus rebus. K. b) ἐν παντὶ (μέρει ſ. τρόπῳ) καὶ ἐν πᾶσι (χρόνοις,) omni genere rerum et qvolibet tempore. E. Μυέω, inſtituo, ſ. initio ſacris.

13. Ἐν, per.

14. Πλήν,

14. Πλὴν, attamen. Συγκοινωνήσαντες, cum in ſocietatem perveniſtis ſc. dando.

15. Ὀυδεμία — λήψεως, nullam eccleſiam mecum commercium habuiſſe ratione accepti et expenſi, i. e. vos ſolos mihi aliqvid dediſſe.

16. Ἐν Θεσσαλονίκῃ (ὄντι,) cum ego Theſſalonicae eſſem, eo mihi miſiſtis. Praepoſitio ἐν cum arguta brevitate eſt poſita; latet enim ἐν et εἰς in uno. B.

17. Τὸν καρπὸν (πίστεως) — ὑμῶν, ego reqviro fructum fidei, qvi redundat in rem *i.* e. in utilitatem veſtram.

18. Ἀπέχω, acceptum teneo. Τὰ παρ᾽ ὑμῶν (δεδομένα δόματα,) dona a vobis miſſa.

19. Πληρόω, ſuppleo. Χρεία, inopia, indigentia. Κατὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ, pro divitiis ſuis. Ἐν δόξῃ, glorioſe. Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, Ieſu Chriſti cauſſa.

20. Καὶ πατρὶ ἡμῶν, eidemqve patri noſtro. Ἡ δόξα (ἔστω.)

21. Ἅγιος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, periphraſis Chriſtiani.

22. Ὁι ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας (ὄντες,) illi, qvi ſunt ex Caeſaris domo.

HYPOMNEMATA
IN
EPISTOL. AD COLOSSENSES.

CAP. I.

1. Ἀδελφὸς, socius muneris. J.

2. Κολοσσαὶ, Colossae, urbs Asiae minoris. Ἀδελφοῖς ἐν Χριστῷ, fratribus propter communem professionem fidei in Christum.

4. Πίστις, h. l. dicitur cum emphasi & adiuncta notione *constantiae, magnitudinis et ubertatis fructuum.* E. I. 72 Ἐν pro εἰς.

5. Ἐλπὶς, h. l. bonum, emolumentum qvod speratur sc. vita aeterna. Ἀποκεῖσθαι proprie dicuntur praemia certaminis. Ἣν — εὐαγγελίου, de qva antea audivistis, cum ego vobis traderem doctrinam et religionem Christianam.

6. Εἰς ὑμᾶς, ipse Paullus explicat εἰς per ἐν. Καθὼς ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ. Καρποφορούμενον pro καρποφορεῖν, Medium pro activo, et Indicativus pro participio: ἐστι καρποφορούμενον pro καὶ ὄντος καρποφορουμένου, vel sine ὄντος. B. Ἐν ἀληθείᾳ pro ἀληθῶς, constr. cum ἐπέγνωτε.

8. Ἀγάπη, amor erga Paullum. Ἀγάπη ἐν πνεύματι, amor spiritualis, a Spiritu S. effectus.

9. Παυόμεθα προσευχόμενοι pro προσεύχεσθαι. Θ. 22. Ἵνα πληρωθῆτε (κατὰ) τὴν ἐπίγνωσιν, ut impleti sitis, i. e. perfecte instructi.

10. (Ἐν

10. (Ἐν τὸ) περιπατῆσαι, ut vivatis, vos geratis. J. Ἀξίως τῦ κυρίϋ, accommodate ad voluntatem Christi, ut decet Christianos. Ἀρέσκεια, observantia, placendi studium. Εἰς pro ἐν.

11. Ἐν — δυναμέμενοι, omni genere virium spiritualium corroborati. Κατὰ τὸ κράτος τῆς δόξης, secundum vim gloriosam. Μετὰ χαρᾶς, hilari animo.

12. Κλῆρος, haereditas. Ἐν, per. Ἐν φωτὶ refer ad ἱκανώσαντι, idoneos nos reddit luce Evangelii.

13. Ἐξϑσία τῦ σκότϑς, potestas diaboli. Μεϑίςημι, transfero. Υἱϑ τῆς ἀγάπης pro ἀγαπητϑ, sine emphasi. O. 2. ε. Αὐτϑ, in hac constructione, cum sc. posterius substantivum loco adjectivi est, pronomen nomini posteriori adjicitur, cum pertineat potius ad nomen prius. Gl. 27.

14. Ἐν ᾧ, cujus beneficio. Διὰ τῦ αἵματος, per mortem cruentam.

15. Εἰκὼν τῦ Θεῦ, i. q. χαρακτὴρ ὑποςάσεως, Ebr. 1, 3. perfecta et viva imago essentiae divinae. Πρωτότοκος πάσης κτίσεως, a) prior omnibus rebus. b) princeps universi. J. Grotius et Wetstenius de natura Christi humana haec accipienda esse contendunt, sed nos argumentamur sic: Si in hoc loco sermo est de creatione physica et naturali, et de conservatione rerum physicarum, sequitur sermonem esse de aliqva natura divina, atqvi verum est prius, ergo et posterius. Creatio physica vocibus κτίζειν, κτίσεως, τὰ ἐν ϑρανοῖς, τὰ ἀόρατα, conservatio verbo συνεςηκε indicatur. Nempe is, de qvo h. l. sermo est, facit ut systema mundi maneat, nec dilabatur, qvod in hominem non cadit. c) Ill. Michaelis πρωτοτόκος, accentu posito in penultima, reddi vult: *primus pater omnium rerum.* Vid. Comp. Theol. §. 38.

16. Ἐν,

16. Ἐν, per. Τὰ ἐν τοῖς ὀυρανοῖς (ὄντα κτίσματα.) Ὁρατὸς, ἡ, ὸν, visibilis. Κυριότης, dominium, h. l. concretive sumitur pro dominis et magistratibus. Θρόνος, thronus, sedes, per metonymiam adiuncti significat: regnum, imperium, imperantes. Ἐις, propter.

17. Ἐν ἀυτῷ συνέστηκε, per eum sustentantur, conservantur.

18. Τῦ σώματος (τῦτέστιν) ἐκκλησίας. Πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, princeps eorum, qvi in vitam redierunt. Ἐν πᾶσι, inter omnes. Πρωτεύω, primas partes teneo.

19. Ἐυδοκέω, h. l. decerno. Πλήρωμα (Θεότητος,) perfectio divina. Cf. infra Cap. 2, 9.

20. Ἔι τε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς — ὀυρανοῖς, vulgaris explicatio est de reconciliatione, qvam Christus inter Deum et homines fecit. S. V. Ernesti verba τὰ ἐπὶ τῆς γῆς de gentilibus, et τὰ ἐν ὀυρανοῖς de Iudaeis accipit, qvippe qvi dicuntur filii regni coelorum. Cf. Ephes. 1, 10. qvi locus similiter ab eo de conjunctione gentilium et Iudaeorum explicatur. Cf. E. B. VI. 476. et peculiaris, qvam ea de re scripsit, prolusio. Non dissimulandum est, etiamsi contextus ratio nec non parallelismus eius sententiam mirifice adiuvent atqve commendent, eam tamen interpretationem non tanto applausu esse exceptam, ut caeteras Viri acutissimi fere omnes, videriqve id nonnullis durum esse: per τὰ ἐπὶ τῆς γῆς *gentiles*, et per τὰ ἐν τοῖς ὀυρανοῖς *Iudaeos* intelligere.

21. Ἀπαλλοτριόω, abalieno, averto. Δὲ, h. l. sane. Gl.

22. Ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς ἀυτῦ, per corpus, id est, carnem suam vel humanam naturam. B. Ph. 29. (Ἐις τὸ) παραστῆσαι, ut constitueret.

23. Ἔι

23. Εἰ γε, ſi modo. Μετακινέω, dimoveo, h. l. labefacio. Oὗ per ὅ. O. 11. Ἐν πάσῃ τῇ κτίσει, inter omnes gentes. O. 34. α.

24. Ανταναπληρῶ, i. q. πληρῶ, adimpleo nulla *reddendi* notione, qvae abſurda foret et impia. B. Ὑστερήματα — (ὑπὲρ) τῦ Χριστῦ, afflictiones, quae ſuperſunt propter Chriſtum patiendae.

25. Κατὰ τὴν οἰκονομίαν (χάριτος, qvae vox ex Eph. 3, 2. ſupplenda eſt,) ſecundum modum adminiſtrandi munus apoſtolicum, quod mihi mandatum eſt ad vos.

26. (Κατὰ) τὸ μυστήριον, — αὐτῦ, a) Apoſtolus ait conſilium Dei de vocatione gentilium ad Chriſtianam religionem eſſe μυστήριον, arcanum, rem ante ignotam, qvae occulta fuerit ab omni aetate, ipſisqve adeo Judaeis, non qvidem conſilio divino, erat enim revelata in V. T. ſed ſua ipſorum culpa, vel plane, vel non ſatis cognita, nunc vero ipſis et aliis patefacta ſit, ut intelligatur.

27. Τίς ὁ πλῦτος — ἔθνεσι, qvam admirabilis eſſet benignitas divina adverſus gentes, arcano illo conſilio de adducendis gentibus ad communionem bonorum, per Chriſtum partorum, luculentiſſime demonſtrata; atqve hic eſt Chriſtus in vobis i. e. eſſe hoc conſilium gentiles aeqve ac Iudaeos ſalutis aeternae participes reddendi, manifeſtum eſt inde, qvod doctrina Chriſti vobis traditur ſpesqve ſalutis, ſolis antea Iudaeos data, vobis non minus, qvam iis, ſine circumciſione, annunciatur. Cf. S. V. Tittmanni Tractatus de Veſtigiis Gnoſticorum in N. T. fruſtra qvaeſitis, pag. 93. b) Bauerus, Vir Doctiſſimus, verſ. 27. ita vertit: qvam glorioſa et illuſtris ſit copia gratiae divinae, qvae per myſterium doctrinae Chriſtianae declarata eſt et patefacta paganis. Cel. Krebſius etiam verſſ.

13. Ἡ ἀκροβυςία τῆς σαρκὸς, praeputium (morale) h. e. corruptio humanae naturae, qvae alias peccatum originale dicitur. Συνεζωοποίησε pro συζωοποιήσαντος, pertinet enim ad ἐγείραντος.

14. Ἐξαλείφω, deleo. Χειρόγραφον a) (ἐν) τοῖς δόγμασι, i. q. Eph. 2, 15. νόμος τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι, lex, qvae continebatur ſtatutis et ritibus caerimonialibus. Hanc legem Apoſtolus eleganter appellat χειρόγραφον, qvod nihil aliud ſignificat, qvam γράμμα, h. e. ſcriptura (*eine jede Schrift*) atqve ita non modo ad uſum huius vocis in re pecuniaria alludit, qvod docent verba ἐξαλείψας et προσηλώσας, verum etiam ad legis ab Evangelio diſcrimen, propter quod lex, qvia primum per Scripturam promulgata eſt, χειρόγραφον, ut 2 Cor, 3, 6. γράμμα, Scriptura appellatur, cum Evangelium dicatur πνεῦμα, qvoniam eius prima promulgatio ſine litteris et Scriptura, per Spiritum Sanctum, per Chriſtum et Apoſtolos loqventem, facta eſt. E. B. N. I. 159. Τὸ καθ᾽ ὑμῶν (ὃν) ὃ ἦν ὑπεναντίον ὑμῖν, qvae lex caerimonialis nos vexabat et premebat praeceptis. b) Alii χειρόγραφον accipiunt de lege morali, lege caerimoniali tamen non excluſa. Προσηλόω, clavis affigo. Προσηλώσας — ςαυρῷ, quaſi clavum fixit in chirographum, ut illud nihil valeret, qvod morte in cruce praeſtitit.

15. Ἀπεκδυσάμενος, ſpolians ſc. dignitate ſua. Ἀρχαὶ καὶ ἐξεσίαι, primates Iudaicae nationis. Δειγματίζω ἐν παῤῥησίᾳ, inſigni contumelia expono. Θριαμβεύσας αὐτὲς, veluti triumphum agens ſuper illos.

16. Κρίνειν pro κατακρίνειν, accuſare, condemnare. Ἐν, ob. Ἐν πόσει — σαββάτων, qvod nullum cibi potusque, feſtorum et Sabbatorum diſcrimen

men observent. Ἐν μέρει, propter, ratione. Cf. Dan. 6, 4. Νεμηνία, novilunium.

17. Σκιὰ, levis adumbratio, typus, symbolica expressio. Σῶμα, res ipsa, bonum ipsum. Τὸ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, corpus autem Christus est. Hic enim, ut corpus ab umbra, a lege caerimoniali distinqvitur. Pro Nominativo Genitivus est positus. B. Ph. 24.

18. Καταβραβεύω, a) insidiose aliqvem circumvenio. Kr. b) iniuste aliqvem condemno. Proprie significat: brabaeo s. praemio certaminis aliqvem indignum pronuncio, qvum alioquin dignus sit. Θέλων — αὐτοῦ, affectator et aemulator modestiae angelicae, qvi velit perscrutari, et in ea mentis acumine penetrare audeat, qvae non vidit, h. e. qvorum cognoscendorum facultas humanae mentis imbecillitati non concessa est. Ἐμβατεύω, ingero me, quaero aliqvid cognoscendi caussa. Vid. Loesn. Observatt. e Phil. Τῶν ἀγγέλων, i. q. ἀγγελικῇ. Φυσιούμενος — αὐτοῦ, inflatus a mente carnali.

19. Ἐξ οὗ pro ἐξ ἧς κεφαλῆς. Referendum οὗ est ad Christum. Σῶμα, ecclesia. Ἐξ οὗ — ἐπιχορηγούμενον, a qvo corpori ecclesiae per iuncturam ligamentorum vires suppeditantur.

20. Ἀπεθάνετε σὺν τῷ Χριστῷ, qvodsi igitur morte Christi, cuius participes facti estis in baptismo, ut veluti cum eo mortui censeamini, liberati estis a lege caerimoniali, qvid statutis ipsius vos adhuc subiicitis, tanqvam essetis in conditione illa pristina. Κόσμος et βασιλεία τῶν οὐρανῶν sibi opponuntur. Δογματίζω, dogmata trado, h. l. ritibus onero. Δογματίζομαι, ritibus onerari me patior.

21. Μὴ ἅψῃ — θίγῃς, noli, aiunt, his vel illis cibis vesci, Apostolus doctores falsos iudaizantes quasi

loqventes introducit. Θίγω vel θιγγάνω, tango, contrecto.

22. Ἅ ἐστι — ἀποχρήσει, haec verba sunt in parenthesi accipienda. Qvi tamen cibi nihil conferunt ad pietatem, sed per ipsum usum cedunt ad corruptionem. Ἀπόχρησις, a) usus v. Strigelii Hypomn. p. 264. E. F. b) abusus. Kr. Κατὰ τὰ — ἀνθρώπων, quae profecto est mera disciplina humana, nobis nunc non praecepta.

23. Λόγος, species. Ἐθελοθρησκεία, studium exqvisitum cultus religiosi. Ἀφειδία σώματος, negligentia corporis. Τιμὴ τῆς σαρκὸς, cura corporis. Πλησμονὴ, satietas. Ἅτινα — σαρκὸς, haec habent aliqvam speciem sapientiae, qvia inest studium exqvisitum cultus religiosi, modestiae, et negligentia corporis, non talis eius cultus, qvalem cupiditates corporis desiderent. In hoc capite a vers. 17-23. vestigia Gnosticorum a viris doctis nonnullis frustra quaeri Ven. Tittmannus in peculiari tractatu luculentissime demonstravit.

CAP. III.

1. Τὰ ἄνω (ὄντα πράγματα.) Οὗ pro ἐφ' ἑ τόπε sc. ἄνω.

3. Ἀπεθάνετε γὰρ, a) mortui enim estis (iis rebus cum Christo). Καὶ ἡ ζωὴ — Θεῷ, et vita vestra adhuc sicuti coelestis vita Christi apud Deum (mundo et qvodammodo vobis ipsis) occulta est. Σὺν τῷ Χριστῷ pro σὺν τῇ ζωῇ τε Χριστε. Ἐν Θεῷ, cum Deo, s. apud Deum.

4. Ὅταν (δέ). B. Ζωὴ ὑμῶν, auctor vitae vestrae.

5. Νεκρόω, eneco. Τὰ μέλεα τὰ ἐπὶ τῆς γῆς (ὄντα,) membra, i. e. cupiditates illas terrestres. Πάθος,

θος, affectus, vehementior gradus libidinis, per ἐπιθυμίαν κακὴν explicatur.

6. Ὀργὴ, ira. Υἱοὶ τῆς ἀπειθείας, illi, qvi incredulitatem potius, qvam fidem sectandam elegerunt. J. in voce υἱός.

7. Ἐν οἷς, ad qvorum mores. Ἐν, tanquam, ut ב pro כ ponitur, Exod. 6, 3. בְּאֵל שַׁדָּי, tanquam Elschaddai. Περιπατέω, vitam instituo, me gero. J. Ἐν αὐτοῖς, inter istos homines.

8. Βλασφημία, maledicentia. Αἰσχρολογία, turpiloqvium.

11. Ἔνι pro ἔνεστι, ubi non est, i. e. nihil refert, ex qvo genere s. natione aliqvis sit ortus. Περιτομὴ, Iudaeus. Ἀκροβυστία, gentilis. Ἀλλὰ τὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσι Χριστὸς, hic solus Christus valet.

12. Σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, misericordia. J.

13. Μομφὴ, qverela.

14. Τὴν ἀγάπην (ἐνδύσασθε.) Σύνδεσμος τῆς τελειότητος, i. q. τέλειον, vinculum perfectissimum. O. 5.

15. Ἡ εἰρήνη τῦ Θεῦ, studium pacis et concordiae Deo gratum, qvemadmodum αὔξησις Θεῦ, supra Cap. 2, 19. est *incrementum Deo gratum*. Βραβεύω, moderor, dirigo. Vid. Loesn. Obseruatt. e Phil. p. 373. Εἰς ἣν, ad qvam colendam. Εὐχάριστος, a) beneficus, hoc sensu occurrit apud Diodorum, XVIII. 25. Kr. b) gratus, beneficii memor. K.

16. Ὁ λόγος τῦ Χριστῦ, Evangelium. Πλουσίως, copiose. Χάρις, i. q. εὐχαριστία, cum gratiarum actione.

17. Πάντα (ποιεῖτε.) Ἐν ὀνόματι — Ἰησῦ, sententia formulae: omnia facere et loqvi in nomine I. C. haec est: omnia facienda sunt a) memoria Christi,

qvia ſperamus ea grata fore Deo propter I. C. b) praecepto et imitatione I. C. qvod v. c. fit, qvum iniurias nobis perferendas eſſe ſtatuimus, qvia Ieſus Chriſtus etiam amore erga nos eas pertulit, et qvia ſimiles ei fieri cupimus.

18. Ἀνῆκει, decebat pro ἀνήκει, decet. B. Ἐν Κυρίῳ (ȣ̃σας,) ut decet uxores Chriſtianas.

21. Πικραίνω, amarum reddo. Metaph. ad iram irrito, ne ad iram erga illas vos irritari ſinatis. O. 12. Z. Πικραίνεσθε pro μὴ πικροὶ γενέσθε, nolite acerbi eſſe in eas. Ἐρεθίζω, irrito, ad iram provoco. Ἀθυμέω, animo ſum fracto et deiecto.

22. Ἐν ἁπλότητι καρδίας, ſincero animo. Cf. notata ad Eph. 6, 5. 6.

23. Ἐκ ψυχῆς, ex integro animo.

24. Ἡ ἀνταπόδοσις, retributio, merces, h. l. praemium gratuitum. Ἀποδιδόναι apud LXX. ſaepe notat *benefacere*, ſic ἀνταπόδοσις, uti et μισθὸς, ſaepe notat beneficia. Symmachus Pſ. 103, 3. גְּמוּלָיו reddit τὰς ἐυεργεσίας αὐτȣ̃. Genitivus τῆς κληρονομίας explicat nomen, qvod eum regit, proemium h. e. aeternam felicitatem.

25. Ἀδικέω, iniuriam infero. Κομίζω, obtineo. Καὶ ȣ̉κ ἔςι προσωποληψία, nec locum habet acceptio perſonarum, i. e. cupiditas, ita Fiſcherus Celeb. hoc vocabulum facit latinum, ſtudium partium. J.

CAP. IV.

1. Οἱ κύριοι, articulus eſt nota Vocativi, ut ſupra Cap. 3, 18. 19. et ſeqv. Ἰσότης, aequitas. Παρέχομαι, praeſto.

2. Προ-

Cap. 3, 20. Pro τῷ Κυρίῳ rectius legitur ἐν Κυρίῳ. E.

2. Προσκαρτερεῖν, in aliqva re se fortem et firmum praestare, h. l. assiduum esse. Γρηγορεω, invigilo, curam exactissimam adhibeo.

3. Ἵνα ὁ Θεὸς — Χριςȣ̃, ut Deus det opportunitatem Evangelium cum fructu docendi. (Ἐις τὸ) λαλῆσαι, ut doceam.

4. Φανερόω, doceo.

5. Ἐν σοφίᾳ pro σοφῶς. Περιπατέω, gero me. J. Οἱ ἔξω (ὄντες, gentiles. Ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν, omnem occasionem boni aliquid efficiendi cupide arripientes, neque ullam earum e manibus dimittentes. Cf. notata ad Eph. 5, 16.

6. Ὁ λόγος ὑμῶν (ἔςω) ἐν χάριτι, sermo vester sit iucundus. (Ἐις τὸ) ἐιδέναι, ut sciatis.

7. Τὰ κατ' ἐμὲ πάντα (ὄντα πράγματα,) rerum mearum conditionem narrabit Tychicus. Σύνδȣλος ἐν Κυρίῳ, collega in docendo Evangelio.

8. Τὰ περὶ ὑμῶν, statum rerum vestrarum.

9. Ὅς ἐςιν ἐξ ὑμῶν, qui est popularis vester.

10. Συναιχμάλωτος, in vinculis socius. Ἀνεψιὸς, consobrinus. Περὶ, de.

11. Οἱ ὄντες ἐκ περιτομῆς, Iudaeo-Christiani. Οὗτοι μόνοι (ἐισί.) Συνεργὸς, laboris socius. Ἐις τὴν βασιλείαν τȣ̃ Θεȣ̃, in propaganda doctrina evangelica. Vocem βασιλείαν de extremo illo sollemni et glorioso Christi regno explicat V. Koppe, et formulam συνεργοὶ — Θεȣ̃ ita reddit: Socii in adducendis olim ad regnum Dei hominibus. Disputat nimirum Vir Doctissimus contra eos, qvi βασιλείαν τῶν ȣ̓ρανῶν de ipsa religione vel adeo ecclesia Christiana dicta esse existiment, cum haec significatio iis haud conveniae opinionibus, qvas Iudaei qvon Iesus ipse et apostoli dt

verss. 26. et 27. inter ea refert loca, ubi mysteria sunt doctrinae illae divinae ab aeterno absconditae, in tempore vero patefactae, ut sunt: arcanum Dei triunius decretum et aeternum consilium de nostra salute, praedicatio verbi divini, et doctrinae evangelicae, et sacramenta. Χριςὸς ἐν ὑμῖν, Evangelium vobis traditum. Δόξα, h. l. vita aeterna.

28. Ὃν (Χριςὸν,) qvam doctrinam evangelicam. Τέλειον ἐν Χριςῷ Ἰησȣ̃ (ὄντα,) perfectum Christianum.

CAP. II.

1. Θέλω ὑμᾶς εἰδέναι, scitote. Ἡλίκος, qvantus. Ἀγὼν, certamen, cura. Περὶ, propter, pro. Λαοδικείᾳ (ὄντων.) Καὶ ὅσοι — σαρκὶ, et pro omnibus aliis, qvi me haud norunt de facie.

2. Παρακαλέω, confirmo. Συμβιβάζω significat a) conciliare, coniungere; b) docere, instruere, prior significatio verbis ἀγάπῃ, posterior verbis εἰς πλȣ̃τον — συνέσεως, εἰς ἐπίγνωσιν, melius convenit. Praefero eqvidem priorem significatum, et ῥῆσιν totam ita verto: ut sitis instructi amore (qvem mutuo praestare debetis) et ad largissimam intelligentiam, ad cognitionem, inqvam, de mysterio Dei, qvi est pater non solum, sed etiam Christus, h. e. nomen Dei non solum competit patri, sed etiam Christo.

3. Ἐν ᾧ referendum ad μυςηρίȣ, non ut vulgo fit, ad Χριςȣ̃.

4. Παραλογίζομαι, decipio. Πιθανολογία, oratio speciosa et ad persuadendum accommodata.

5. Σὰρξ,

Cap. 2, 2. Συμβιβαθέντων. Ven. Griesb. συμβιβαθέντες in textum recepit.

5. Σάρξ, corpus. Χαίρων καὶ βλέπων pro μετὰ χαρᾶς βλέπων. Στερέωμα, robur.

6. Χριςὸς, h. l. Evangelium. Περιπατεῖν, vivere. J.

7. Ῥιζόω, radicibus firmo, metaph. ſtabilio. Περισσεύω, creſco.

8. Βλέπω, caveo. Ἔςαι pro ᾖ. Futurum Indicativi pro Praeſenti Coniunctivi poni ſolet, etiam poſt ὅμως et μή. B. Συλαγωγέω, ſpolio. Φιλοσοφία, h. l. doctrina Phariſaeorum et traditiones. Φιλοσοφία καὶ κενὴ ἀπάτη, ſapientia quae decipit, per ἓν διὰ δυοῖν. Παράδοσις, diſciplina. Στοιχεῖα dicuntur cuiuscunque rei initia, ςοιχεῖα γραμμάτων, elementa litterarum, quae pueris traduntur. Ergo commode dici poteſt de cultu religioſo, qvem Deus praeſcripſit hominibus, qvum mundus adhuc eſſet in infantia, atqve de lege caerimoniali, qvam Deus praeſcripſit Iſraelitis, cum adhuc eſſent infantes. Gal. 4, 1. Χριςὸς, doctrina Chriſti, h. e. Evangelium.

9. Ὅτι ἐν αὐτῷ — σωματικῶς, in eo eſt ipſa divinitas vere. Σωματικῶς, realiter, vere. Contrarium eſt τυπικῶς. Doctrinae evangelicae praeſtantiam Apoſtolus oſtendit, qvoniam auctor Evangelii ſit verus Deus.

10. Πληρόω, perfectum reddo.

11. Περιτομὴ ἀχειροποίητος, circumciſio non manibus facta, i. e. non humana. Ἀπέκδυσις, exutio. Τȣ̃ σώματος, τῶν ἁμαρτιῶν (τȣ̃τ᾽ ἔςι) τῆς σαρκός. Omiſſum illud τȣ̃τ᾽ ἔςι exprimitur Rom. 7, 18. Σάρξ, corrupta natura.

12. Ἐν ᾧ — νεκρῶν, in qvo ad vitam revocati eſtis per fidem in Deum omnipotentem, qvi Chriſtum in vitam revocavit, adeoque omnia facere poteſt.

13. Ἡ

13. Ἡ ἀκροβυςία τῆς σαρκὸς, praeputium (morale) h. e. corruptio humanae naturae, qvae alias peccatum originale dicitur. Συνεζωοποίησε pro συζωοποιήσαντος, pertinet enim ad ἐγείραντος.

14. Ἐξαλείφω, deleo. Χειρόγραφον a) (ἐν) τοῖς δόγμασι, i. q. Eph. 2, 15. νόμος τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι, lex, qvae continebatur ſtatutis et ritibus caerimonialibus. Hanc legem Apoſtolus eleganter appellat χειρόγραφον, qvod nihil aliud ſignificat, qvam γράμμα, h. e. ſcriptura (*eine jede Schrift*) atqve ita non modo ad uſum huius vocis in re pecuniaria alludit, qvod docent verba ἐξαλείψας et προσηλώσας, verum etiam ad legis ab Evangelio diſcrimen, propter quod lex, qvia primum per Scripturam promulgata eſt, χειρόγραφον, ut 2 Cor, 3, 6. γράμμα, Scriptura appellatur, cum Evangelium dicatur πνεῦμα, qvoniam eius prima promulgatio ſine litteris et Scriptura, per Spiritum Sanctum, per Chriſtum et Apoſtolos loqventem, facta eſt. E. B. N. I. 159. Τὸ καθ' ὑμῶν (ὃν) ὃ ἦν ὑπεναντίον ὑμῖν, qvae lex caerimonialis nos vexabat et premebat praeceptis. b) Alii χειρόγραφον accipiunt de lege morali, lege caerimoniali tamen non excluſa. Προσηλόω, clavis affigo. Προσηλώσας — ςαυρῷ, quaſi clavum fixit in chirographum, ut illud nihil valeret, qvod morte in cruce praeſtitit.

15. Ἀπεκδυσάμενος, ſpolians ſc. dignitate ſua. Ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι, primates Iudaicae nationis. Δειγματίζω ἐν παῤῥησίᾳ, inſigni contumelia expono. Θριαμβεύσας αὐτοὺς, veluti triumphum agens ſuper illos.

16. Κρίνειν pro κατακρίνειν, accuſare, condemnare. Ἐν, ob. Ἐν πόσει — σαββάτων, qvod nullum cibi potusque, feſtorum et Sabbatorum diſcrimen

men obſervent. Ἐν μέρει, propter, ratione. Cf. Dan. 6, 4. Νεμηνία, novilunium.

17. Σκιὰ, levis adumbratio, typus, ſymbolica expreſſio. Σῶμα, res ipſa, bonum ipſum. Τὸ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, corpus autem Chriſtus eſt. Hic enim, ut corpus ab umbra, a lege caerimoniali diſtinqvitur. Pro Nominativo Genitivus eſt poſitus. B. Ph. 24.

18. Καταβραβεύω, a) inſidioſe aliqvem circumvenio. Kr. b) iniuſte aliqvem condemno. Proprie ſignificat: brabaeo ſ. praemio certaminis aliqvem indignum pronuncio, qvum alioquin dignus ſit. Θέλων — αὐτοῦ, affectator et aemulator modeſtiae angelicae, qvi velit perſcrutari, et in ea mentis acumine penetrare audeat, qvae non vidit, h. e. qvorum cognoſcendorum facultas humanae mentis imbecillitati non conceſſa eſt. Ἐμβατεύω, ingero me, quaero aliqvid cognoſcendi cauſſa. Vid. Loeſn. Obſervatt. e Phil. Τῶν ἀγγέλων, i. q. ἀγγελικῇ. Φυσιούμενος — αὐτοῦ, inflatus a mente carnali.

19. Ἐξ οὗ pro ἐξ ἧς κεφαλῆς. Referendum οὗ eſt ad Chriſtum. Σῶμα, eccleſia. Ἐξ οὗ — ἐπιχορηγούμενον, a qvo corpori eccleſiae per iuncturam ligamentorum vires ſuppeditantur.

20. Ἀπεθάνετε σὺν τῷ Χριστῷ, qvodſi igitur morte Chriſti, cuius participes facti eſtis in baptiſmo, ut veluti cum eo mortui cenſeamini, liberati eſtis a lege caerimoniali, qvid ſtatutis ipſius vos adhuc ſubiicitis, tanqvam eſſetis in conditione illa priſtina. Κόσμος et βασιλεία τῶν οὐρανῶν ſibi opponuntur. Δογματίζω, dogmata trado, h. l. ritibus onero. Δογματίζομαι, ritibus onerari me patior.

21. Μὴ ἅψῃ — θίγῃς, noli, aiunt, his vel illis cibis veſci, Apoſtolus doctores falſos iudaizantes quaſi

loqventes introducit. Θίγω vel θιγγάνω, tango, contrecto.

22. Ἥ ἐστι — ἀποχρήσει, haec verba ſunt in parentheſi accipienda. Qvi tamen cibi nihil conferunt ad pietatem, ſed per ipſum uſum cedunt ad corruptionem. Ἀπόχρησις, a) uſus v. Strigelii Hypomn. p. 264. E. F. b) abuſus. Kr. Κατὰ τὰ — ἀνθρώπων, quae profecto eſt mera diſciplina humana, nobis nunc non praecepta.

23. Λόγος, ſpecies. Ἐθελοθρησκεία, ſtudium exqviſitum cultus religioſi. Ἀφειδία σώματος, negligentia corporis. Τιμὴ τῆς σαρκὸς, cura corporis. Πλησμονὴ, ſatietas. Ἅτινα — σαρκὸς, haec habent aliqvam ſpeciem ſapientiae, qvia ineſt ſtudium exqviſitum cultus religioſi, modeſtiae, et negligentia corporis, non talis eius cultus, qvalem cupiditates corporis deſiderent. In hoc capite a verſ. 17-23. veſtigia Gnoſticorum a viris doctis nonnullis fruſtra quaeri Ven. Tittmannus in peculiari tractatu luculentiſſime demonſtravit.

CAP. III.

1. Τὰ ἄνω (ὄντα πράγματα.) Οὗ pro ἐφ' ȣ̓ τόπȣ ſc. ἄνω.

3. Ἀπεθάνετε γὰρ, a) mortui enim eſtis (iis rebus cum Chriſto). Καὶ ἡ ζωὴ — Θεῷ, et vita veſtra adhuc ſicuti coeleſtis vita Chriſti apud Deum (mundo et qvodammodo vobis ipſis) occulta eſt. Σὺν τῷ Χριστῷ pro σὺν τῇ ζωῇ τȣ̃ Χριστȣ̃. Ἐν Θεῷ, cum Deo, ſ. apud Deum.

4. Ὅταν (δὲ). B. Ζωὴ ὑμῶν, auctor vitae veſtrae.

5. Νεκρόω, eneco. Τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς (ὄντα,) membra, i. e. cupiditates illas terreſtres. Πάθος,

θος, affectus, vehementior gradus libidinis, per ἐπιθυμιὰν κακὴν explicatur.

6. Ὀργὴ, ira. Υἱοὶ τῆς ἀπειθείας, illi, qvi incredulitatem potius, qvam fidem sectandam elegerunt. J. in voce υἱός.

7. Ἐν οἷς, ad qvorum mores. Ἐν, tanquam, ut ב pro כ ponitur, Exod. 6, 3. בְּאֵל שַׁדָּי, tanquam Elschaddai. Περιπατέω, vitam instituo, me gero. J. Ἐν αὐτοῖς, inter istos homines.

8. Βλασφημία, maledicentia. Αἰσχρολογία, turpiloqvium.

11. Ἔνι pro ἔνεστι, ubi non est, i. e. nihil refert, ex qvo genere s. natione aliqvis sit ortus. Περιτομὴ, Iudaeus. Ἀκροβυστία, gentilis. Ἀλλὰ τὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσι Χριστὸς, hic solus Christus valet.

12. Σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, misericordia. J.

13. Μομφὴ, qverela.

14. Τὴν ἀγάπην (ἐνδύσασθε.) Σύνδεσμος τῆς τελειότητος, i. q. τέλειον, vinculum perfectissimum. O. 5.

15. Ἡ εἰρήνη τῦ θεῦ, studium pacis et concordiae Deo gratum, qvemadmodum αὔξησις θεῦ, supra Cap. 2, 19. est *incrementum Deo gratum.* Βραβεύω, moderor, dirigo. Vid. Loesn. Observatt. e Phil. p. 373. Εἰς ἣν, ad qvam colendam. Εὐχάριστος, a) beneficus, hoc sensu occurrit apud Diodorum, XVIII. 25. Kr. b) gratus, beneficii memor. K.

16. Ὁ λόγος τῦ Χριστῦ, Evangelium. Πλουσίως, copiose. Χάρις, i. q. εὐχαριστία, cum gratiarum actione.

17. Πάντα (ποιεῖτε.) Ἐν ὀνόματι — Ἰησῦ, sententia formulae: omnia facere et loqvi in nomine I. C. haec est: omnia facienda sunt a) memoria Christi,

qvia fperamus ea grata fore Deo propter I. C. b) praecepto et imitatione I. C. qvod v. c. fit, qvum iniurias nobis perferendas effe ftatuimus, qvia Iefus Chriftus etiam amore erga nos eas pertulit, et qvia fimiles ei fieri cupimus.

18. Ἀνῆκει, decebat pro ἀνήκει, decet. B. Ἐν Κυρίῳ (ὄσας,) ut decet uxores Chriftianas.

21. Πικραίνω, amarum reddo. Metaph. ad iram irrito, ne ad iram erga illas vos irritari finatis. O. 12. Z. Πικραίνεσθε pro μὴ πικροὶ γενέσθε, nolite acerbi effe in eas. Ἐρεθίζω, irrito, ad iram provoco. Ἀθυμέω, animo fum fracto et deiecto.

22. Ἐν ἁπλότητι καρδίας, fincero animo. Cf. notata ad Eph. 6, 5. 6.

23. Ἐκ ψυχῆς, ex integro animo.

24. Ἡ ἀνταπόδοσις, retributio, merces, h. l. praemium gratuitum. Ἀποδιδόναι apud LXX. faepe notat *benefacere*, fic ἀνταπόδοσις, uti et μισθὸς, faepe notat beneficia. Symmachus Pf. 103, 3. גְּמוּלָיו reddit τὰς εὐεργεσίας αὐτοῦ. Genitivus τῆς κληρονομίας explicat nomen, qvod eum regit, proemium h. e. aeternam felicitatem.

25. Ἀδικέω, iniuriam infero. Κομίζω, obtineo. Καὶ οὐκ ἔστι προσωποληψία, nec locum habet acceptio perfonarum, i. e. cupiditas, ita Fifcherus Celeb. hoc vocabulum facit latinum, ftudium partium. J.

CAP. IV.

1. Οἱ κύριοι, articulus eft nota Vocativi, ut fupra Cap. 3, 18. 19. et feqv. Ἰσότης, aequitas. Παρέχομαι, praefto.

2. Προ-

Cap. 3, 20. Pro τῷ Κυρίῳ rectius legitur ἐν Κυρίῳ. E.

2. Προσκαρτερεῖν, in aliqva re ſe fortem et firmum praeſtare, h. l. aſſiduum eſſe. Γρηγορεω, invigilo, curam exactiſſimam adhibeo.

3. Ἵνα ὁ θεὸς — Χριςȣ̃, ut Deus det opportunitatem Evangelium cum fructu docendi. (Ἐις τὸ) λαλῆσαι, ut doceam.

4. Φανερόω, doceo.

5. Ἐν σοφίᾳ pro σοφῶς. Περιπατέω, gero me. J. Οἱ ἔξω (ὄντες, gentiles. Ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν, omnem occaſionem boni aliquid efficiendi cupide arripientes, neque ullam earum e manibus dimittentes. Cf. notata ad Eph. 5, 16.

6. Ὁ λόγος ὑμῶν (ἔςω) ἐν χάριτι, ſermo veſter ſit iucundus. (Ἐις τὸ) εἰδέναι, ut ſciatis.

7. Τὰ κατ' ἐμὲ πάντα (ὄντα πράγματα,) rerum mearum conditionem narrabit Tychicus. Σύνδȣλος ἐν Κυρίῳ, collega in docendo Evangelio.

8. Τὰ περὶ ὑμῶν, ſtatum rerum veſtrarum.

9. Ὅς ἐςιν ἐξ ὑμῶν, qui eſt popularis veſter.

10. Συναιχμάλωτος, in vinculis ſocius. Ἀνεψιὸς, conſobrinus. Περὶ, de.

11. Οἱ ὄντες ἐκ περιτομῆς, Iudaeo-Chriſtiani. Οὗτοι μόνοι (εἰσί.) Συνεργὸς, laboris ſocius. Ἐις τὴν βασιλείαν τȣ̃ θεȣ̃, in propaganda doctrina evangelica. Vocem βασιλείαν de extremo illo ſollemni et glorioſo Chriſti regno explicat V. Koppe, et formulam συνεργοὶ — θεȣ̃ ita reddit: Socii in adducendis olim ad regnum Dei hominibus. Diſputat nimirum Vir Doctiſſimus contra eos, qvi βασιλείαν τῶν ȣ̓ρανῶν de ipſa religione vel adeo eccleſia Chriſtiana dicta eſſe exiſtiment, cum haec ſignificatio iis haud conveniae opinionibus, qvas Iudaei qv n Ieſus ipſe et apoſtoli de

 regno

regno Meſſiae conceperant. Vid. Kopp. Teſt. p. 226. Παρηγορία, auxilium, recreatio.

12. Ἐπαφρᾶς, Epaphras, nomen viri decurtatum ab Ἐπαφρόδιτος. Τέλειος, integer. Πεπληρωμένος, perfectus. Θέλημα θεȣ̃, id, qvod Deus amat, ſ. reqvirit. Μαρτυρεῖν τινι (καλῶς,) teſtimonio laudis impertire aliqvem, de meliore nota commendare. Ἱεράπολις, Hierapolis, urbs Phrygiae haud procul Coloſſis. Τὴν κατ' οἶκον αὐτȣ̃ ἐκκλησίαν, coetus Chriſtianorum, qvi in eius domo ſolent congregari.

16. Ποιήσατε, curate. Καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας — ἀνάγνωτε, et alteram, qvam Tychicus attulit, ex Laodicaea ad vos ferri curatis, ut etiam apud vos legi poſſit.

17. Εἴπατε Ἀρχίππῳ· βλέπε pro ἵνα βλέπῃ, ex hebraiſmo, immo Orientaliſmo hoc repetendum. B. Ph. 108. Βλέπω, curo. Πληρόω, ſatisfacio.

18. Ὁ ἀσπασμὸς — Παύλȣ (γεγραμμένος ἐςί.) Ἡ χάρις (ἔςω.)

HYPO-

HYPOMNEMATA

IN

EPISTOL. I. ET II.

AD

THESSALONICENSES.

HYPOMNEMATA IN EPISTOLAM PRIOREM AD THESSALONICENSES.

Haec epiſtola eſt prima epiſtolarum Paulli ſuperſtitum. Exarata eſt ea a Paullo non Athenis, ut ſubſcriptio Epiſtolae perhibet, ſed Corinthi. Nam ſcripſit Paullus illam,

1) poſtqvam Theſſalonicae Evangelium praedicaverat, 1 Theſſ. 1, 5. 6. 9. Cap. 2, 1. 2. 7. 8. 9. 13.

2) poſtquam Timotheus, qvem Paullus Athenis Theſſalonicam miſerat, 1 Theſſ. 3, 1-3. inde ad Paullum iam Corinthi agentem reverſus, eundem de florentiſſimo eccleſiae illius ſtatu interno certiorem reddiderat, 1 Theſſ. 3, 6. ſeqv. Act. 18, 5.

3) ſtatim poſt adventum Timothei et Silae 1 Theſſ. 3, 6. ſeqv. Verum Paullus tunc temporis Corinthi per annum et dimidiam anni partem degit Act. 18, 1. 5. 11. et proinde etiam in hac urbe epiſtolam priorem ad Theſſalonicenſes exaravit. Vide Ven. Moldenhaw. Introduct. pag. 318.

CAP. I.

1. Σιλουανὸς haud dubie is, qvi in Actis, tantum terminatione alia Σίλας, dicitur, comes itinerum Paulli per Asiam minorem et Graeciam, inde ab itinere Hierosolymitano Act. 15. commemorato; qvem eundem apud Thessalonicenses etiam Paullo iunctum fuisse apparet ex Act. 17, 1. 10. Coll. 16, 19. (Ἐπιστέλλουσι ταῦτα) τῇ ἐκκλησίᾳ. Θεσσαλονίκη, Thessalonica fuit praeter Philippos praecipua Macedoniae urbs, praesidis Romani et qvaestoris sedes, olim qvidem Θέρμη, Therma dicta, nomine tamen postea, sive a Cassandro in honorem uxoris Thessalonicae Philippi filiae, secundum Strabonem, sive a Philippo ipso in memoriam victae gentis Thessalicae, secundum Stephanum Byzantinum, in Thessalonicam mutato. Maxima pars incolarum constabat Graecis et Romanis, verum ut in plerisqve imperii Romani urbibus, similiter etiam hic Iudaeos quoque, eosqve satis multos et in Synagoga sacra sua obeundi libertate donatos, vixisse ex Act. 17, 1. apparet. Τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν Θεῷ pro Θεοῦ, ut ἐν Χριστῷ εἶναι et Χριστοῦ εἶναι sunt synonyma.

2. Πάντοτε, i. q. πολλάκις, eandem ex populari usu loqvendi significationem habet v. 3. ἀδιαλείπτως.

3. Μνημονεύοντες pro μνημονεύομεν γὰρ, ex perpetua Apostoli consvetudine periodos periodis iungendi Participiorum usu. Ἔργον redundat. O. 34. Nisi malis per ἔργον πίστεως, fidem efficacem, πίστιν ἐνεργουμένην, ut per κόπον ἀγάπης, ἀγάπην κοπιῶσαν, i. e. amorem ardentem intelligere. Κόπος ἀγάπης, molestiae, qvas qvis suscipit, ut erga alios liberalis esse possit. Ἡ ὑπομονὴ τῆς ἐλπίδος pro ἐλπὶς ὑπομένουσα, spes constans. Ἡ ἐλπὶς τοῦ Κυρίου, spes de olim rédituro ad regnum instaurandum Domino nostro Iesu Christo.

HYPOMNEMATA

IN

EPISTOLAM PRIOREM AD THESSALONICENSES.

Haec epiſtola eſt prima epiſtolarum Paulli ſuperſtitum. Exarata eſt ea a Paullo non Athenis, ut ſubſcriptio Epiſtolae perhibet, ſed Corinthi. Nam ſcripſit Paullus illam,

1) poſtqvam Theſſalonicae Evangelium praedicaverat, 1 Theſſ. 1, 5. 6. 9. Cap. 2, 1. 2. 7. 8. 9. 13.

2) poſtquam Timotheus, qvem Paullus Athenis Theſſalonicam miſerat, 1 Theſſ. 3, 1-3. inde ad Paullum iam Corinthi agentem reverſus, eundem de florentiſſimo eccleſiae illius ſtatu interno certiorem reddiderat, 1 Theſſ. 3, 6. ſeqv. Act. 18, 5.

3) ſtatim poſt adventum Timothei et Silae 1 Theſſ. 3, 6. ſeqv. Verum Paullus tunc temporis Corinthi per annum et dimidiam anni partem degit Act. 18, 1. 5. 11. et proinde etiam in hac urbe epiſtolam priorem ad Theſſalonicenſes exaravit. Vide Ven. Moldenhaw. Introduct. pag. 318.

Romanorum imperio, poſt geſtum inprimis bellum Corinthiacum, omnis Graecia diſpeſcebatur. Iſta Macedoniam, qvae proprie dicitur, cum Illyrico, Epiro, Theſſalia, haec univerſam Graeciam liberam l. proprie Graeciam dictam, complectitur. Ἀφ᾽ ὑμῶν — κυρίȣ, a vobis exiit ſonus verbi divini, i. e. veſtrum exemplum ſecuti Macedonum et Achaeorum plures doctrinam meam amplexi fuerunt.

8. Ἐξήχηται, i. q. ἐξήχησε, utraqve forma occurrit, doctrina Chriſti perſonuit, h. e. libere et palam tradita eſt. Οὐ μόνον, non ad ἐν τῇ Μακεδονίᾳ, ſed ad verbum ἐξήχηται referendum. Neqve enim ἐν Μακεδονίᾳ καὶ Ἀχαΐᾳ et ἐν παντὶ τόπῳ ſibi invicem opponuntur; quae ſi voluiſſet opponere Apoſtolus, cur mox adderet: ἡ πίςις ὑμῶν ἐξελήλυθε, non video. Rectius itaque formulae: ἀφ᾽ ὑμῶν ἐξήχηται λόγος et πίςις ὑμῶν ἐξελήλυθε pro ſententiis qvodammodo contrariis accipiuntur. Οὐ μόνον ἐξήχηται ἀφ᾽ ὑμῶν ὁ λόγος — ἀλλὰ καὶ, non propagata modo eſt inde a vobis doctrina Evangelii — ſed de fide quoque veſtra vbique loqvuntur. Ἐν παντὶ — ἐξελήλυθε, ſed et omnem in locum (ἐν pro εἰς) nunciata eſt fides veſtra. Ὥςε — λαλεῖν τι, ut ego qvidem vos laudare et commendare non opus haberem.

9. Ὁποίαν — ἐπιςρέψατε, qvanta cum laetitia qvantoqve ſtudio et obſeqvio me receperitis, qvam promti fueritis in amplectenda religione vera. Εἴσοδος, ingreſſus. Δȣλεύειν Θεῷ, עָבַד eſt ſimpliciter, *colere Deum;* neque in ſervitutis notione, recentiorum linguarum ratione, eſt haerendum. Θεὸς ζῶν opponitur idolis vita deſtitutis.

10. Ἀνα-

Cap. 1, 9. Ἔχομεν, Ven. Griesb. ἔσχομεν in textum recepit.

10. Ἀναμένω, exſpecto. Ἐκ τῶν οὐρανῶν (ἐλευσόμενον,) rediturum e coelis. Ὀργὴ ἐρχομένη, חָרוֹן בָּא, ſupplicia futura, i. e. aeterna.

CAP. II.

1. Γὰρ particula tranſeundi h. l. in verſione Germanica non exprimenda, ſaltem non vertenda: *enim* h. l. *caeterum* ſignificare videtur, qvia αὐτοὶ hoc verſu, aliis αὐτοῖς Cap. praeced. v. 9. oppoſiti ſunt. Κενὸν exprimit hebr. רִיק, et denotat h. l. qvod fruſtra, temere fit, nullam affert utilitatem.

2. Ἀλλὰ προπαθόντες καὶ ὑβρισθέντες, immo vero etſi ante Philippis afflicti et contumelioſi tractati eramus. In participio latet etſi. O. 22. Cf. Act. 17, 22. Ἐν τῷ θεῷ, auxilio Dei. Ἐπαῤῥησιάμεθα λαλῆσαι ἐν τῷ θεῷ pro ἐλαλήσαμεν (ἐδιδάξαμεν) μετὰ παῤῥησίας διὰ τοῦ θεοῦ ἐνεργουμένης. Ἀγὼν, ut ἀγωνίζεσθαι, de omni ſtudio et cura vehementiore dicitur. Cf. Luc. 13, 24. Col. 1, 29. Poteſt tamen etiam de aerumnis et miſeria, cum qva luctandum Apoſtolo Theſſalonicae fuerat, intelligi. Cf. Phil. 1, 30.

3. Ἡ παράκλησις, inſtitutio in religione. Οὐκ ἐκ πλάνης (ἐγένετο,) a) doctrina mea non ex fraude erat, i. e. non fraudulenta, non ad decipiendum compoſita. Ἐκ notat conditionem et habitum rei et circumſcribit vel adiectiva vel adverbia. B. Ph. 144. b) cum doceo religionem et ad eam recipiendam homines cohortor, non facio id ἐκ πλάνης, i. q. πλανώμενος αὐτὸς, ipſe enthuſiaſmo deceptus. Sic enim differre nobis videntur ἐκ πλάνης a ſqq. ἐν δόλῳ, qvibuscum vulgo ab interpretibus, tanqvam ſynonyma coniungi ſolent; contra omnem, opinor, lingvae uſum; nunqvam enim πλάνη active dicitur de *fraude*, qvam qvis facit alteri

alteri, ſed ſemper paſſive de *errore*, qvo decipimur ipſi. V. Koppe. Diſſentiunt Kr. B. et K. qvi h. l. ut et Matth. 27, 64. et Eph. 4, 14. vocem hanc active de *fraude* et *impoſtura* accipiunt. Ἀκαθαρσία, impuritas, h. l. avaritia ſordida. E.

4. Δοκιμάζω, dignum iudico. Δεδοκιμάσμεθα — εὐαγγέλιον, probati ſumus a Deo, placuimus ei, ut nobis crederet munus docendi Evangelii. Infinitivus effectum ſignificat, nam vis et conſeqvens τοῦ δοκιμάζειν oſtenditur. B. Ph. 97. Ὥστε ſupplendum eſt. Ἀρέσκοντες pro ζητοῦντες ἀρέσκειν. O. 12. Δοκιμάζειν καρδίαν, animum explorare.

5. Vocabula λόγος, et πρόφασις vocibus κολακείας et πλεονεξίας ſine ulla emphaſi per periphraſin iuncta videntur. Apud Philonem de Cherubim p. 127. extat νόσου πρόφασις pro νόσος. Nec non λόγος ad imitationem hebraici דָּבָר ſaepiſſime redundat. O. 34. Γίνεσθαι ἐν κολακείᾳ eſt pro κολακεύειν, et γίνεσθαι ἐν πλεονεξίᾳ pro πλεονεκτεῖν. Κολακεία, adulatio. Θεὸς μάρτυς (ἐστὶ,) עֵד יְהוָה, 1 Sam. 12, 5.

6. Δυνάμενοι, qvamvis potuiſſem. O. 22. Ἐν βάρει εἶναι (ὑμῖν) pro βαρεῖς. Praepoſitio ἐν adiectivum circumſcribit, a) potuiſſem vobis moleſtus eſſe, nempe ſtipendio poſtulando, aut donariis accipiendis. Koppe. b) in honore et exiſtimatione eſſe, gravem eſſe, auctoritatem arrogare. Kr. K.

7. Ἀλλὰ redundat; nam δυνάμενοι pendet a ſeqv. ἐγενήθημεν. Ἤπιος, lenis, nomen parentibus proprium. Ἐν μέσῳ ὑμῶν, hebr. בְּתוֹכְכֶם, pro ſimplici ἐν ὑμῖν, inter vos. O. 34.

8. Ἱμείρω, ἱμείρομαι, deſidero, amo. Εὐδοκεῖν cum infinitivo conſtructum eſt: lubenter aliqvid facere, promtum eſſe ad aliqvid. Ἑαυτῶν ψυχὰς pro ἑαυ-

ἑαυτȣ̀ς, me ipſum. J. Μεταδȣ͂ναι refertur tum ad Evangelium, tum ad vitam.

9. Κόπος et μόχθος ſunt plane ſynonyma. Νυκτὸς καὶ ὑμέρας, populariter dictum pro: aſſidue, ſtudio indefeſſo.

10. Ἐις ὑμᾶς pro ὑμῖν. Ὁσίως, δικαίως et ἀμέμπτως ſunt plane ſynonyma eaqve, ut in oratione vehementiore fieri ſolet, ad vim eius augendam, invicem iuncta. Ὑμῖν, inter vos, apud vos.

11. Verba: παρακαλεῖν, παραμυθεῖσθαι, et μαρτυρεῖσθαι pro mere ſynonymis habenda. In omnibus ineſt vis *cohortandi, admonendi*, etiam in παραμυθεῖσθαι. Cf. H. 1. 417. παραμυθȣ́μενοι καὶ μαρτυρȣ́μενοι (ἐγενήθημεν.) O. 26.

12. Περιπατεῖν, vitam agere. J. Περιπατεῖν ἀξίως τȣ͂ Θεȣ͂, vitam agere Deo probatam. Βασιλείαν καὶ δόξαν pro βασιλείαν ἔνδοξον per ἓν διὰ δυοῖν.

13. Λόγος ἀκοῆς pro ἀκοὴ ſimpliciter. O. 34. Ἀκοὴ, doctrina. J. Ὃς ad Θεȣ͂ refero, non ad λόγον. Ὀυ (ὡς) λόγον. Ἐνεργεῖσθαι, active accipiendum, agere, operari.

14. Ἐκκλησίαι τȣ͂ Θεȣ͂ ȣ͂σαι ἐν τῇ Ἰȣδαίᾳ ἐν Χριςῷ Ἰησȣ͂, coetus ſacri in Iudaea Chriſtianam religionem amplexi. Συμφυλέτης, popularis.

15. Ἡμᾶς, me ipſum meiqve ſimiles Evangelii doctores. Ἐκδιώκειν, i. q. ſimplex διώκειν. O. 2. Θεῷ μὴ ἀρεσκόντων pro ἀρέσκειν ζητȣ́ντων, ut Deo probentur, non ſolliciti. Ἐναντίος, infeſtus.

16. Λαλῆσαι pro τὰ ἔθνη διδάξαι. Ἀναπληρȣ͂ν ἁμαρτίας, i. q. πληρȣ͂ν μέτρον ἁμαρτιῶν. Ἐις τὸ — πάντοτε, ita fit, ut peccatorum ſuorum vim magis magisqve augeant, eorumqve poenas eo atrociores

ſibi

ſibi contrahant. Δὲ, enimvero. Ἔφθασε ἐπ᾽ αὐτοὺς, mox eveniet iis. O. 23. Ὀργὴ εἰς τέλος, poenae ſempiternae, poenae graviſſimae, nec niſi cum ipſo hominum interitu ceſſaturae. Εἰς τέλος hebr. עַד כָּלָה ſubſtantivum cum praepoſitione ex hebraiſmo pro adiectivo eſt poſitum. O. 5.

17. Ἀποϱφανίζω, orbo; ἀποϱφανισθέντες efficaciſſime pro: ἀπαχθέντες, ereptus ego vobis, ut pater filiolis. Πϱὸς καιϱὸν ὥϱας, i. q. πϱὸς ὥϱαν, ad tempus. Theodor. πϱὸς ὀλίγον.

18. Ἅπαξ καὶ δὶς, ſemel atqve iterum h. e. ſaepius. Cf. Nehem. 13, 20. Καὶ ἐνέκοψε, enimvero, ſed impedivit. Καὶ reſpondet hac notione hebraico ו.

19. Vocabula ἐλπὶς, καύχησις, χαϱὰ, ϛέφανος non ſunt anxie diſtingvenda. Exprimunt omnem felicitatem, qva gloriamur, laetamur, nobis gratulamur.

20. Δόξα, i. q. καύχησις. Χαϱὰ, deliciae.

CAP. III.

1. Στέγω, h. l. mihi tempero. Εὐδοκήσαμεν καταλειφθῆναι, cum non ferre diutius poſſem tantis intervallis nos invicem ſeiungi, malui ſolus ipſe manere Athenis.

2. Τὸν ἀδελφὸν — Χϱιϛοῦ, ſocium in tradenda religione Ieſu, Deiqve miniſtrum mihiqve adiutorem inprimis carum. Παϱακαλεῖν, i. q. διδάσκειν.

3. Τῷ pro εἰς τὸ eſt accipiendum, ut ſit gerundium Hebraeorum (Infinitivus cum ל,) qvoad litteram expreſſum. Τῷ μηδένα σαίνεσθαι, conſilio, ut ne qvis veſtrum turbaretur. Effectum ſimul, qvem cuperet Apoſtolus, indicat Dativus. Ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις, ad calamitates tum Apoſtoli ipſius, tum Theſſalonicenſium haec referenda; utrisqve enim, ne

per-

perturbarentur Chriſtiani, verendum erat. Κείμεθα εἰς τοῦτο, nempe τὸ ὑπομένειν θλίψεις. Κεῖσθαι εἴς τι, ſignificat conſtitutum, deſtinatum eſſe ad aliqvid. Cf. Luc. 2, 34. Uſurpatur de iis, qvae eveniunt e cauſſis, qvae poterant praevideri.

4. Καθὼς καὶ ἐγένετο καὶ οἴδατε pro γεγονέναι οἴδατε.

5. Κἀγὼ μηκέτι στέγων, non diutius ferens, ignarus eſſe rerum veſtrarum. Εἰς τὸ γνῶναί (με) τὴν πίστιν ὑμῶν, ut cognoſcerem, qvomodo adhuc perſiſteretis in religione. (Φοβούμενος) μήπως — ἡμῶν, verebar enim, ne calamitatum perferendarum impatientia ad deſerendam religionem omnem, qvam inter tot labores vobis tradideram, vos ſollicitaret. Ὁ πειράζων pro ὁ πειραστὴς, nomen proprium Satanae.

6. Ἄρτι, iam, nuper, particula tempori *praeſenti*, vel *proxime praeterito* deſignando propria, qvae indicat, brevi tempore poſt reditum Timothei ad Apoſtolum ſcriptam fuiſſe hanc Epiſtolam. Εὐαγγελίζεσθαι h. l. non ſenſu religioſo, ſed communi dicitur: *laetum nuncium afferre*, ut hebr. בִּשֵּׂר 1 Sam. 31, 9. Ἀγάπη, liberalitas erga egenos Chriſtianos.

7. Ἐφ᾽ ὑμῖν, veſtra cauſſa. Ἐπὶ cum Dativo ſolet *in* ſignificare. Ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει, in omni calamitate. Ἀνάγκη, afflictio. J.

8. Ζῆν, h. l. laete et iucunde vivere, felicem eſſe. J. Ὅτι νῦν — Κυρίῳ, in hoc enim pono omnem felicitatem meam, ſi vos conſtantes manſeritis in religione Chriſtiana. Ἐν Κυρίῳ i. q. ἐν πίστει τοῦ Κυρίου.

9. Γὰρ eſt mera particula tranſeundi. Τίνα — ὑμῶν pro πῶς δυνάμεθα εὐχαριστεῖν ἀξίως. Χαρὰ, laetandi materia. Ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ exprimit ex hebraiſmo laetitiae magnitudinem et ſinceritatem. O. 35.

10. Δεόμενοι (πρὸς τὸν Θεόν.) Νυκτὸς καὶ ἡμέρας, indeſinenter. Καταρτίσαι — ὑμῶν, ut, ſi qvid adhuc deſit fidei veſtrae, ſupplere illud, et inſtituendo et cohortando perficere poſſim. Καταρτίζειν, h. l. i. q. alibi προσαναπληροῦν, 2 Cor. 9, 12. Ὑστέρημα πράγματός τινος, id qvod deeſt in aliqva re, ut tanta non ſit, qvanta eſſe debebat. Cf. Col. 1, 24. Ὑπερεκπερισσοῦ, qvam vehementiſſime, qvam ardentiſſime.

11. Ἀυτὸς — Χριστὸς, Deus ipſe, qvi non ſolum pater, ſed etiam Dominus noſter Ieſus Chriſtus eſt. Κατευθύνω, (Aor. I. Opt. Act.) dirigo, h. l. proſpero, i. q. ἐυοδοῦν Pſ. 5, 9. viam munire.

12. Πλεονάζειν et περισσεύειν, alias verba neutra, h. l. active dicta pro *augere*. Similiter LXX. hebr. רָבָה in Kal et Hiphil vertunt πλεονάζειν. Cf. Num. 26, 53. Pſ. 71, 21. O. 19. Ἐις πάντας explicant ſuperiora εἰς ἀλλήλους, hoc ſenſu, erga vos invicem, et qvidem omnes, h. e. nullo diſcrimine, nulla cupiditatis ratione habita.

13. Ἐις τὸ στηρίξαι, ſimpliciter pro καὶ στηρίξαι, ex conſtructione Hebraeis freqventiſſima periodos nectendi per gerundia, loco praefixi ו tempori finito iuncti. (Ὥστε εἶναι) ἀμέμπτους. Ἁγιωσύνη, i. q. alias ἁγιασμὸς, hebr. קֹדֶשׁ, innocentia, virtus omnis. Ἔμπροσθεν — ἡμῶν, haec phraſis exprimit ſinceritatem virtutis. O. 35. Ἐν τῇ παρουσίᾳ — μετὰ πάντων ἁγίων, praepoſitio μετὰ poſcit ſubſtitui: ἐν τῷ παρεῖναι Ἰησοῦν Χριστὸν, vel ὅτε παρέσται. B. Ph. p. 5. Formulae huic: στηρίξαι — ἐν τῇ παρουσίᾳ ineſt notionum arguta denſitas. Poſt στηρίξαι ſupplendum eſt ὥστε εἶναι, confirmet ut ſint inculpati, ἐν τῇ παρουσίᾳ ſupple: *et ut ita maneant*, vel ita inveniantur, cum Dominus venerit. B. Ph. 199.

CAP.

C A P. IV.

1. Ἐν Κυρίῳ Ἰησȣ͂, ex auctoritate Domini Ieſu Chriſti. Cf. 1 Cor. 7, 6. 10. 12. 40. Ἵνα, καθὼς παρελάβετε — ȣ̔́τως περισσεύετε μᾶλλον, ut in praeceptis vitae morumqve, qvae vobis tradidi, ſervandis ſemper diligentiores ſitis et conſtantiores. Περιπατεῖν καὶ ἀρέσκειν pro πῶς δεῖ περιπατεῖν ἀρέσκοντας Θεῷ. Ἀρέσκειν, i. q. ζητεῖν ἀρέσκειν. O. 12. Περισσεύω, proficio.

2. Παραγγελία, praeceptum. Διὰ — Ἰησȣ͂, ex auctoritate Domini Ieſu.

3. Ἁγιασμὸς ὑμῶν pro ἁγίȣς εἶναι ὑμᾶς, ut omni modo irreprehenſi ſitis.

4. Εἰδέναι, curare, ut *videre* in formula: videant Conſules, ne res publica detrimentum capiat. Σκεῦος, a) corpus, σκεῦος ἔχειν corpus parare, i. e. ἔχειν, tueri, tenere. B. Ph. 225. Cf. 1 Sam. 21, 5. Cl. Loeſnerus exempla e Philone affert, qvibus ἀγγεῖον (ſynonymum τȣ͂ כְּלִי, σκεῦος,) haud dubie corpus dicitur; b) mulier; σκεῦος hanc ſignificationem habere poſt loca a Schoettgenio ad h. l. propoſita dubitari non poteſt. Cf. Megillah Eſther I, 11. Sohar, Levit. fol. 38. Probabile eſt Petrum periphraſi γύναικος per σκεῦος γυναικεῖον vix uſurum fuiſſe, niſi vocabuli σκεῦος ἀνδρὸς de *uxore* uſus eo tempore ſatis freqvens fuiſſet. Porro κτᾶσθαι perpetuo ſignificat *acqvirere, comparare ſibi aliqvid*, eſtqve formula loqvendi propria κτᾶσθαι γυναῖκα, pro: *ducere uxorem*. Ruth. 4, 10. Sir. 36, 24. Εἰδέναι — Θεὸν, curam agat qviſqve, ut comparet ſibi (ſ. ducat) uxorem eamqve innocentem et honeſtam, non ad pravam libidinem proiectam, ethnicorum hominum inſtar, qvi Deum non colunt. Cf. 1 Cor. 7, 2. V. Koppe. Haec ſententia ex meo etiam ſenſu priori

praeferenda videtur. Ἁγιασμὸς innocentiam, τιμὴ honeſtatem exprimit.

5. Πάθος, de qvalibet prava cupiditate, inprimis tamen dici ſolet de laſcivia, Col. 3, 5. unde παθικοὶ nefandae libidini indulgentes. Καὶ redundat.

6. Τὸ μὴ, porro ne. Ὑπερβαίνω, violo ius alterius, iniuriam infero. Heſychius ὑπέρβασιν interpretatur ὕβριν, ἀδικίαν. Πρᾶγμα, res, negotium. Ἔκδικός (ἐστι), Deus eſt vindex.

7. Ὀυ γὰρ ἐκάλεσεν — ἁγιασμῷ, cum enim Deus regni ſui cives nos adſciſceret, non permiſit nobis, ut vitiis et ſceleribus qvibusvis amplius inqvinari nos pateremur, ſed voluit, ut ſancte et caſte et honeſte viveremus. Καλεῖν, ad religionem Chriſtianam adducere et ad felicitatem eam, qvam in ſollemni Meſſiae ad regnum ſuum ſtabiliendum adventu exſpectabant cum Iudaeis Chriſtiani. Cf. Eſ. 48, 12. Gal. 1, 6. Ἐπὶ et ἐν Dativo iuncta legem et conditionem exprimunt.

8. Τοιγαροῦν, atqvi, proinde. Ὁ ἀθετῶν ſc. iſtam τοῦ ἁγιασμοῦ legem. Εἰς ὑμᾶς, hebraicum לָכֶם, pro ὑμῖν.

9. Ἡ φιλαδελφία, benevolentia erga alios, beneficentia. Γράφω, h. l. praecipio. Θεοδίδακτοι, inſtitutione divina edocti.

10. Περισσεύω, proficio. Φιλοτιμέομαι, amans ſum honoris. Deinde ſignificat: magno ſtudio et contentione aliqvid ago, ita qvidem, ut in agendo honori mihi ducam, ſi perficere illud poſſim. Ἡσυχάζω, tranqville vivo. Φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν, honorem et laudem veſtram in eo ponite, ut vitam agatis tranqvillam et laborioſam.

11. Ἡσυ-

Cap. 4, 6. Pro τῷ rectius legitur τῳ pro τινὶ ſine accentu.
Cap. 4, 8. Pro ἡμᾶς Bengelius ὑμᾶς in textum recepit.

11. Ἡσυχάζειν, non πολυπράγμονα vel περιεργαζόμενον eſſe. Πράσσειν τὰ ἴδια (ἔργα,) agite, qvae ſunt veſtri officii. Ἐργάζεσθαι ταῖς ἰδίαις χερσὶ, victum qvaerere ſuis laboribus, non ex laboribus aliorum hominum lucrum qvaerere.

12. Περιπατέω, vivo. J. Ἵνα — ἔξω, ita vivite, ut etiam profanis hominibus probemini. Οἱ ἔξω (ὄντες,) qvi extra eccleſiam ſunt, non-Chriſtiani. Μηδενὸς (ἀνθρώπȣ) χρείαν ἔχητε, ne ullius hominis ope indigeatis; ipſi potius vobis acqviratis, unde vitam ſuſtentare poſſitis.

13. Ου θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ſcitote. Κεκοιμημένοι, per euphemiſmum, mortui. Cf. Matth. 9, 24. Io. 11, 11. Λυπȣ̃μαι, triſtitiae et aegritudini me committo. Καθὼς — ἐλπίδα, caeterorum hominum omni ſpe deſtitutorum inſtar. Καὶ ante οἱ λοιποὶ redundat.

14. Ἐι pro ὡς eſt accipiendum. Sic apte reſpondet ſeqventi particulae ȣ̆τως. Γὰρ, nempe. Κοιμηθέντες διὰ τȣ̃ Ἰησȣ̃, iidem, qvi v. 16. νεκροὶ ἐν Χριςῷ dicuntur, mortui Chriſtiani. Nempe utrumqve eſt hebr. ב, qvod mox per διὰ, mox per ἐν exprimi ab Apoſtolo ſolet. Cf. Rom. 4, 11. Ἄξει (ἐκ τῶν νεκρῶν.) Γὰρ, h. l. praeterea.

15. Ἐν λόγῳ Κυρίȣ, expreſſo mandato Chriſti, qvalia Apoſtolo ſaepius contingere ſolebant. Cf. 1 Cor. 7. Ἡμεῖς οἱ ζῶντες, a) pro οἱ ζῶντες ſimpliciter, haud dubie ſcripſit Apoſtolus, ut indicaret fieri ſaltem poſſe, (qvid probabiliter, aut certo futurum ſit, neſciebat,) ut ſe ipſo multisqve Chriſtianis adhuc viventibus Chriſtus redeat. Cf. 1 Cor. 15, 51. V. Koppe. b) alii ἡμᾶς ex figura rhetorica κοινώσει interpretantur. Ex meo ſenſu coll. 2 Theſſ. 2, 2. ſententia poſterior priori praeferenda videtur. Περιλειπόμενοι, ſuperſtites. Φθάνειν

τινὰ, antecedere aliqvem. Ὀυ μὴ, nulla in re, nullo modo, nec tempore, nec felicitatis gradu. Ὅτι ὑμεῖς — κοιμηθέντας, non melioris conditionis in regno Chriſti fore eos, qvos ſuperſtites in vita deprehenſurus ſit dies iſte ſollemnis.

16. Κύριος, Ieſus ipſe. Κέλευσμα, clamor excitatorius die iudicii extremi. Vocabulum proprium ſignis iis, qvibus exercitus ad coeundum, vaſa colligenda, caſtra deiicienda, iter ſuſcipiendum, clamore ducis tubaeqve ſonu provocatur. Ἀρχάγγελος, princeps Ieſu miniſter. Φωνὴ ἀρχαγγέλȣ. Qvod regi triumphanti eſt exercitus, qvo ſtipatus incedere ſolet triumphator, id in Dei et Chriſti apparitionibus *angelorum* miniſterio perpetuo tribuitur. Cf. Matth. 13, 41. 25, 31. Itaqve ut exercitus ducis (a rege ipſo diverſi) imperio obſeqvitur, ſic angelorum copiae parent ἀρχαγγέλῳ. Cf. Dan. 12, 1. Iudae v. 9. Ἐν σάλπιγγι Θεȣ̃, in cantu tubae Dei, i. e. cantu tubae magno. J. in voce θεός. Poſſunt tonitrua intelligi: malim tamen ſimpliciter de tuba qvalibet cogitari, translato nimirum vulgari aliqvo regis triumphantis inter homines ſigno, ad adventum Chriſti, ſimili maieſtate tandem e coelo redituri. Οἱ νεκροὶ ἐν Χριςῷ, mortui conſervata vera in Chriſtum fide. Ἀναςήσονται πρῶτον, h. e. poſt reſuſcitatos demum Chriſtianos mortuos, non ante eos, etiam nos, qvi in vita ſuperſtites manſerimus, felicitate noſtra potiemur.

17. Ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις — ἀέρα, vecti nubibus obviam Domino noſtro rapiemur in aerem. Ἐις ἀπάντησιν τȣ̃ Κυρίȣ, hebr. לִקְרַאת יְהוָה. Καὶ ȣ̃τω, qvibus ita perfectis, pro καὶ τότε, et deinde.

CAP. V.

1. Περὶ τῶν χρόνων καὶ καιρῶν, ad tempus ipsum, qvod attinet. In N. T. χρόνος et καιρὸς pro mere synonymis adhibentur.

2. Ἡμέρα Κυρίου, dies sollemnis extremi adventus Christi. Ὡς κλέπτης (ἔρχεται.) Οὕτως ἔρχεται pro ἐλεύσεται.

3. Εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια (ἐστι,) nihil nobis metuendum, (ἀσφάλεια hebr. בֶּטַח, securitas, Lev. 26, 5. Deut. 12, 10.) salvae res nostrae sunt. Αἰφνίδιος, ὁ, ἡ, repentinus, improvisus. Ἐφίσταται, imminet. Ὄλεθρος, pernicies. Ὥσπερ — ἐχούσῃ est similitudo in V. T. freqvens, Es. 13, 8. eaqve ad poenarum tum gravitatem, tum subitum et repentinum sensum referenda. Καὶ pro ὥστε vel ἵνα, ad imitationem hebraici ו.

4. Οὐ μή, i. q. μηδαμῶς, nullo modo. Ἐστὲ, Heumannus lapsus est, ἐστὲ imperative capiens, cum οὐκ vel simpliciter, vel cum interrogatione neget, sed μὴ imperativis addatur. E. Opp. 280. Οὐκ ἐστὲ ἐν σκότει, vos non similes estis hominibus nocte somnoqve oppressis, ut verendum sit, improviso et imparatis vobis, ut fur noctu opprimere solet dormientes, adfuturum esse diem illum extremum. Εἶναι νυκτὸς καὶ σκότους et εἶναι ἐν σκότει sunt synonyma, ut et υἱὸν εἶναι φωτὸς καὶ ἡμέρας, ad vim sententiae augendam invicem cumulata et repetita. O. 30. Phrasis υἱὸν εἶναι φωτὸς s. ἡμέρας, ex hebraicae lingvae consvetudine, coniunctionem et similitudinem qvamvis nominibus *filii* et *patris* exprimendi, est interpretanda. J. in voce υἱός.

7. Καθεύδειν est negligentem esse, (qvo sensu stertere aliqvis dicitur etiam Romanis et Hebraeis. Cf. Es. 5, 27.) Somnolentiae opponitur τὸ γρηγορεῖν et in-

intemperantiae omniqve pravae libidini τὸ νήφειν, unde illud, ſi a tropo diſceſſeris, erit; *ſollertem et ſtrenuum eſſe in bene honeſteqve agendo*, hoc contra, *in devitandis vitiis ac ſceleribus qvibusvis eſſe diligentem.*

8. Ἀγάπη, benevolentia erga alios. Ἐλπὶς σωτηρίας, ſpes firma et invicta, qvicqvid in his terris bene agas et patiaris, ut homo Chriſtianus, eius praemia inſignia in regno Meſſiae te eſſe reportaturum. Ἐνδυσάμενοι — σωτηρίας, in omni comparatione haec una ſententia ſpectanda; ut armis qvibusvis vis ineſt militem tuendi ac defendendi, ſimiliter in his maxime virtutibus Chriſtianis vim aliqvam contineri, qva calamitates partim repelli earumqve ſenſus debilitari, partim animoſius perferri poſſint. Ἐλπίδα pro ἐλπίδος. B. Περικεφάλαια, galea. Θώραξ, pectus, per meton. lorica.

9. Τιθέναι εἰς ὀργὴν, שׂוּם לְחָרוֹן, velle ut aliqvis puniatur. Ὀργή, poena. J. Ὅτι οὐκ — Χριστοῦ, non metuendae nobis ſunt poenae divinae, ſed propoſitam habemus felicitatem partam nobis per Ieſum Chriſtum.

10. Γρηγορεῖν et καθεύδειν alio ſenſu, qvam v. 6. ſunt accipienda. Sunt ſynonyma τοῦ ζῆν et ἀποθνήσκειν, ſive ſuperſtites ſive mortui deprehendamur die illo extremo. Ζῆν, felicem eſſe. J.

11. Εἷς τὸν ἕνα pro ἀλλήλους.

12. Εἰδέναι τινὰ, rationem alicuius habere, ut latinum *reſpicere*. J. Κοπιῶντας (ἐν λόγῳ.) Προΐστασθαι h. l. potiſſimum ad diſciplinam et curam eccleſiae externam videtur referendum: cum doctrina et inſtitutio contineatur iis, qvae proxime ſeqvuntur. Προϊστάμενοι ἐν Κυρίῳ, qvi aliis praeſunt nomine et auctoritate Ieſu Chriſti. Νουθετεῖν, cohortando, etiam caſtigando aliqvem emendare.

13. Ἡγεῖ-

13. Ἡγεῖσθαί τινα ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ, primum locum i. summum locum alicui tribuere in amore. Ἔργον, i. q. διακονία, opera, qvam in vobis instituendis et gubernandis ponunt. Εἰρηνεύετε ἐν ἑαυτοῖς pro ἐν ἀλλήλοις, concordiam invicem colite.

14. Ἄτακτος, ὁ, ἡ, homo, qvi officio non fungitur, qvi incompositis est moribus. Ὀλιγόψυχος, ὁ, ἡ, pusillanimis, qvi in calamitatibus inopis et pusilli animi est. Ἀντέχομαι, curam habeo. Ἀσθενὴς, infirmus in religione. Μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας, erga omnes sitis patiente et leni animo.

15. Ὁρᾶτε, cavete vobis. Κακὸν est h. l. iniuria illata. Διώκειν τι de qvolibet studio intentiore dicitur. Ἀγαθὸν opponitur τῷ κακῷ, est proinde h. l. qvod utile et iucundum est alteri. O. I. Εἰς πάντας ad non-Christianos est referendum, ut εἰς ἀλλήλους ad Christianos ipsos.

16. Πάντοτε χαίρετε, qvicqvid tandem vobis contigerit, aeqvo et hilari animo illud ferte.

17. 18. Ἀδιαλείπτως — ὑμᾶς, constantes estote in precando: qvicqvid vero vobis acciderit, semper gratias agite Deo. Hoc enim est, qvod Deum fieri a vobis velle per Christum edocti estis. Θέλημα ἐν Χριστῷ εἰς ὑμᾶς, voluntas per Christum eiusqve doctrinam vobis significata.

19. Πνεῦμα, extraordinaria Spiritus sancti dona. Μὴ σβέννυτε, nolite committere ut extingvatur. Afflatus divinus cum flamma ex animo oreqve hominis spirante comparatur. Paullus iubet ἀναζωπυρεῖν πνεῦμα, alere fomitem Spiritus divini, ut erumpat in flammam

Cap. 5, 13. Pro ἑαυτοῖς in multis Codd. legitur αὐτοῖς. Posteriorem lectionem Ven. Koppius praefert, sed αὐτοῖς cum spiritu aspero pronunciandum esse censet.

2 Tim. 1, 6. Προφητείας, h. l. orationes hominis divino spiritu, insigniori qvodam modo afflati.

22. Εἶδος, a) h. l. i. q. ἦθος, consvetudo, status et conditio. Thucyd. 5. (19) 62. de statu et forma civitatis ἐν οἵῳ εἴδει dixit. B. Ph. 298. b) εἶδος πονηρȣ̃, est genus mali et vitiorum. Non est vertendum böser Schein, qvod lingvae rationes vix permittunt. V. Koppe.

23. Ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης, Deus benignissimus. Εἰρήνη, ut שָׁלוֹם Ier. 16, 5. notat *favorem.* Ὁλοτελὴς, integer, perfectus. Ἁγιάσαι ὁλοτελεῖς i. e. ἵνα ἦτε ὁλοτελεῖς. Res ipsa pro consilio et finali, qvam vocant, caussa ponitur. Ut Virg. Aen. 7, 626. spicula lucida tergunt i. e. tergendo reddunt lucida. Aen. 1, 663. furentem incendat reginam i. e. ad furorem incendat, furentem efficiat. B. Ph. 245. Ὁλόκληρος, ὁ, ἡ, proprie, habens aptas et integras partes omnes corporis, hebr. שָׁלֵם, qvod adhibetur de victimis, metaph. integer. Πνεῦμα ad intelligendi facultatem et ψυχὴ ad animam, qvoad sentit, appetit, referri solet; eodem sensu Cicero coniungit mentem i. e. intelligendi facultatem et animum i. e. voluntatem et cupiditates, h. l. πνεῦμα et ψυχὴ, ut Hebr. 4, 12. sunt synonyma.

24. Ὁ καλῶν pro καλέσας, qvi vos Christianos fecit.

27. Ὁρκίζω (διὰ vel νὴ) Κύριον, Domini nostri I. C. nomine et auctoritate interposita vos adhortor. Exprimit hebr. הִשְׁבִּיעַ. Cf. Cant. 5, 8. 1 Reg. 22, 16. (Τȣ̃) ἀναγνωσθῆναι.

HYPO-

HYPOMNEMATA
IN
EPISTOLAM POSTERIOREM
AD THESSALONICENSES.

CAP. I.

3. Ὀφείλομεν, Pluralis hic et per omnem epiſtolam tantum de Paullo interpretandus. Ὀφείλω εὐχαριςεῖν populariter intellige pro: αἰτίαν ἔχω τοῦ εὐχαριςεῖν. Ἄξιον h. l. i. q. καθῆκον, qvod decet, aeqvum eſt. Ὑπεραυξάνω, valde creſco.

4. Ἡμᾶς pro ἐμαυτόν. Ἐν ὑμῖν, de vobis. Καυχᾶσθαι ἔν τινι, ita virtute alterius exſultare, ut eam exemplo proponas aliis. Ὑπομονῆς καὶ πίςεως pro ὑπομενούσης πίςεως vel pro ὑπομονῆς ἐν πίςει per ἓν διὰ δυοῖν. Αἷς pro ἃς. O. 11.

5. (Αἵ τινές εἰσιν) ἔνδειγμα, i. q. ἔνδειξις, qvae vobis documento eſſe poſſunt, qvam graves poenae immineant iis, qvi vos ita vexent. Κρίσις de poena a iudice in iudicio conſtituta Act. 8, 33. et inprimis de poenis aeternis uſurpari ſolet. Cf. Io. 3, 19. Matth. 23, 33. Hic ſignificatus iis, qvae v. 6-9. ſeqvuntur, optime convenit. Εἰς τὸ καταξιωθῆναι — θεοῦ pro ἐν τῷ καταξιωθῆναι, (atqve illud eveniet) eo tempore, qvo vos accepturi eſtis felicitatem in regno Meſſiae olim inaugurando, i. q. infra v. 10. ὅταν ἔλθῃ ἐνδοξασθῆναι ἐν τοῖς ἁγίοις. Καταξιοῦσθαί τινος, dignum iudicari

iudicari aliqva re, deinde ſimpliciter, nulla τȣ̃ ἀξίως ratione habita, ſignificat: *nanciſci aliqvid.* Sententia haec eſt: quod vos iam infelices eſtis, et viciſſim adverſarii veſtri, qvi vos cruciant et affligunt, felices, ex eo argumentum firmum peti poteſt vitae alterius, vobis melioris, iſtis deterioris futurae.

6. Ἔιπερ δίκαιον pro δίκαιον γάρ ἐςι, ex perpetua Apoſtoli conſvetudine periodos periodis iungendi ope particularum ὡς, καθὼς, ὥςε, ἔιπερ.

7. Ἄνεσις, reqvies ab aerumnis, ſumma felicitas. Ἐν τῇ ἀποκαλύψει τȣ̃ Κυρίȣ μετὰ τῶν ἀγγέλων, praepoſitio μετὰ poſcit ſubſtitui, ὅταν ἀποκαλυφθῇ. B. Ph. 5. Δύναμις, exercitus. J. Μετ᾽ ἀγγέλων δυνάμεως αὐτȣ̃, ſtipatus angelorum exercitu.

8. Ἐν πυρὶ φλογὸς, cum igne flammante, i. e. inter fulmina et tonitrua. Cf. Pſ. 104, 4. Eſ. 4, 5. Διδόντος ad Κυρίȣ Ἰησȣ̃ referendum. Διδόναι ἐκδίκησιν, נָתַן נְקָמָה Ezech. 25, 14. i. q. ποιεῖσθαι ἐκδίκησιν, ulciſci. Οἱ μὴ εἰδότες θεὸν, periphraſis Ethnicorum. Οἱ μὴ ὑπακȣ́οντες — Χριςȣ̃, periphraſis Iudaeorum, qvi partim ipſi Chriſtianos perſeqvebantur, partim Ethnicos ad ſimile eorum odium inflammabant. Ὑπακȣ́ειν τῷ ἐυαγγελίῳ, recipere doctrinam de Ieſu Meſſia, et ſecundum eam vitae rationem inſtituere.

9. Τίω, pendo, ſolvo, luo. Δίκη, poena, ſupplicium. Δίκην τίσȣσι, poenas iniuriarum Chriſtianis illatarum luent. Ἀπὸ προσώπȣ τȣ̃ Κυρίȣ, a Domino. Πρόσωπον redundat. O. 34. Ἀπὸ dupliciter accipi poteſt, vel ſenſu hoc a) procul a Domino noſtro regniqve eius maieſtate remoti, qvi ſenſus eſt etiam loci apud Eſaiam 2, 10. 19. fere iisdem verbis expreſſi. Cf. Gen. 4, 14. b) vel ſic, ut vis divina ipſa, quae poenas infliget, exprimatur, tum ἀπὸ accipiendum eſt pro ὑπὸ, παρὰ, διὰ, et ſententia conſtituenda ſic: poenas

dabunt

dabunt a Domino ipso eiusqve divina vi infligendas. Cum ἀπὸ alibi etiam caussam efficientem notet v. c. Act. 3, 19. Rom. 1, 7. Matth. 11, 19. 2 Cor. 7, 13. posteriorem explicationem utpote simpliciorem praefero.

10. Ἐνδοξασθῆναι ἔν τινι et θαυμασθῆναι ἔν τινι sunt membra prorsus parallela, alterumqve ex altero interpretandum; significant vero ex alterius vel felicitate, vel miseria, qvia utriusqve ipsi auctores sumus, laudem nobis et gloriam parare. Cf. Exod. 14, 4. Ὅταν ἔλθῃ — θαυμασθῆναι ἐν πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν, ὅτι ἐπιστεύθη — ὑμᾶς, a) qvomodo haec cohaerent: Christus veniet, ut illustretur apud credentes; qvia vos credidistis doctrinae nostrae? sed supplenda enunciatio; ergo et apud vos illustrabitur, qvia sc. vos et ipsi credidistis. B. Ph. 193. b) Ἐπιστεύθη, Aor. pro Fut. πιστευθήσεται. Verbum ipsum vero πιστεύεσθαι positum pro πιστοῦσθαι, vel πιστὸν εἶναι, confirmari, ratum fieri. Nempe est hebr. נֶאֱמַן, qvod LXX triplici illa ratione exprimere solent. Cf. Gen. 42, 20. Ps. 19, 8. 95, 5. Μαρτύριον ἐφ᾽ ὑμᾶς sunt iungenda. Μαρτύριον omnem institutionem Christianam exprimit, tamen potissimum ad promissum Apostoli de Christo aliqvando redituro est restringendum. V. Koppe. c) in editionibus vulgaribus referuntur verba ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ad ὅταν ἔλθῃ, durissime, ut V. Koppio videtur; verbaqve ὅτι — ὑμᾶς parenthesi includuntur sensu hoc: siqvidem fidem habuistis doctrinae meae vobis traditae, i. e. qvandoqvidem ea, qvae de venturo Christo dixi, credidistis, ideoqve etiam solatia ex eius reditu repetita spernere non potestis.

11. Εἰς

Cap. 1, 10. Loco πιστεύουσιν Bengelius in textum recepit πιστεύσασιν.

11. Ἐις ὃ, itaqve. Eſt mera particula tranſeundi. Κλῆσις, omnis felicitas Chriſtianis, maxime in regno Chriſti futuro, promiſſa et parata. Πληρόω, perficio. Πᾶσα ἀγαθωσύνη, omne virtutis genus. Ἐυδοκία ἀγαθωσύνης pro ἀγαθωσύνη, ἐν ᾗ ἐυδοκεῖ ὁ θεός. Ἔργον πίςεως pro πίςιν. O. 34. Ἐν δυνάμει, potenter, ad πληρώσῃ referendum.

12. Τὸ ὄνομα τῦ Κυρίϐ, i. q. κύριος ſimpliciter. O. 34. Ἐν ὑμῖν, laus contingat Ieſu Chriſto ex veſtra, qva ornandis eſti, felicitate, καὶ ὑμεῖς ἐν αὐτῷ, vobisque viciſſim ex ipſo, ſc. ex eius erga vos benignitate et favore.

CAP. II.

1. Ἐρωτῶμεν, rogo, obſecro vos. Ὑπὲρ, i. q. περὶ, qvod attinet. Ἐπισυναγωγὴ, congregatio. Ἐπ' αὐτὸν pro πρὸς αὐτόν. Καὶ ἡμῶν — αὐτὸν, et qvod attinet ad tempus, qvo nos adducemur ad eum, ut perpetuo vivamus cum ipſo.

2. Ταχέως redundat, neqve enim non *celeriter*, modo, ſed *omnino* mutari non debebant, aut turbari. Sed ſolemus talia et nos addere in monendo: v. c. non *temere* credas fallaci, i. e. nunqvam. B. Ph. 207. Σαλευθῆναι, mentis ſtatu deturbari, h. e. animo cadere; muthlos gemacht werden. Θροεῖσθαι, perterrefieri. Πνεῦμα, h. l. falſus propheta. Μήτε διὰ πνεύματος — ἡμῶν, neque falſi prophetae eloqviis, neqve traditione aut epiſtola, qvales, ex utroque genere, meo nomine falſo circumferri inter vos audio. Διὰ λόγϐ (λαληθέντος,) per doctrinam ore traditam.

3. (Ὁρᾶτε) μήτις. Ὅτι (ϐ δύναται ἐλθεῖν Κύριος) ἐὰν μή. Ἀποςασία, (praedicta) illa impietas et defectio a Dei cultu. Πρῶτον pro πρότερον.

Ὁ

Ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, homo ille valde ſceleratus. J. Ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, homo perditus et alios perdens, ut מַשְׁחִיתִים Eſ. 1, 4. Vid. J. in voce υἱός.

4. Ἀντίκειμαι, oppono me. Ὑπεραίρομαι, efffero me. Σέβασμα, numen, cultus divinus. Cf. Dan. 11, 36., in qvo qvidem loco tanta eſt noſtri ſimilitudo, vt omnem, quae ſeqvitur, impietatis deſcriptionem ex eo repetitam eſſe vix dubitari poſſit. Ex collato Danielis oraculo apparet vocabulum ἀντικείμενος non eſſe per ſe interpretandum, qvaſi eſſet hebraicum שָׂטָן, Deiqve adverſarium per ſe ſignificaret, ſed qvoad ſenſum ſimiliter ad ἐπὶ πάντα θεὸν pertinere qvemadmodum ὑπεραιρόμενον; cui rationi ne conſtructio qvidem grammatica repugnat, cum ἐπὶ accuſativo iunctum, etiam *contra*, *adverſus*, ſaepius, maxime in N. T. ſignificet. Λεγόμενον a) pro ὄντα. J. in voce καλεῖσθαι. b) vel quod probabilius eſt, λεγόμενον eo conſilio addidit, ut praeter Deum unum ſc. Iehovam neminem alium vere Deum eſſe ſignificaret. Ὁ ἀντικείμενος — σέβασμα, Deorum omnium omnisqve divini cultus ſuperbus contemtor. Ἀποδείκνυμι, oſtento, prae me fero.

5. Οὐ, nonne? annon?

6. Τὸ κατέχον pro τὸν κατέχοντα ex verſ. 7. a) Κατέχειν autem hic notat, *officere* potentiae incrementis, ne erumpat et invaleſcat; plane ut Thucyd. 1, 17. ἡ Ἑλλὰς κατείχετο, μήτε κοινῇ φανερόν τι κατεργάζεσθαι — κατὰ πόλεις δὲ ἀτολμωτέρα εἶναι. Vides de impedimentis bellorum ſuſcipiendorum et gloriae augendae dici, plane ut de Antichriſto, cuius erupturam inſolentiam et gliſcentem potentiam aliqvamdiu reprimebant Imperatores Romani. B. Ph. pag. 63. b) Ὁ κατέχων eſt Apoſtolus ipſe, qui tantae apud Chriſtianos fuit auctoritatis, ut eius vita atqve ſtu-

ſtudio vis impietatis inter Chriſtianos iam tum erumpere minantis aliqvo modo cohiberi poſſet. Eum autem, ne poſt obitum ſuum impii et flagitioſi homines eccleſias Chriſtianorum magis perturbarent et ad deſerendam religionem ſollicitarent, magnopere veritum fuiſſe, ut ex pluribus epiſtolarum locis, ſic maxime ex Phil. 1, 23-25. et Act. 20, 28-30. luculenter apparet. Qvod vero Apoſtolus ita de ſe ſcripſit, ut ex verborum contextu non *ipſe* ſed *alius* qvis intelligendus videri poſſet; eius rei rationes ut plures eſſe potuerunt, ita una graviſſima in inſigni qvodam pudore, cui ſolet indulgere Paullus, qvotiescunqve de ſe ſuisqve in Chriſtianos meritis loqvi cogitur, fuiſſe videtur.

7. Τὸ μυστήριον τῆς ἀνομίας pro ἡ ἀνομία ἐν μυστηρίῳ h. e. ἐν κρυπτῷ. In voce μυστηρίου non eſt argutandum; eſt ſimpliciter, *qvicquid alios latet*, *arcanum.* Ἐκ μέσου γίνεσθαι, e medio tolli, proprium vocabulum de morte hominis, Eſ. 57, 2. in primis de morte violenta, qvam qvidem Paullum qvovis die ab adverſariorum crudelitate metuere debuiſſe atqve vere metuiſſe, ex pluribus epiſtolarum locis abunde conſtat. V. Koppe.

8. Ἀποκαλυφθήσεται, prodet ſe, nihil amplius veritus, ingenio qvali utatur, declarabit. Ἄνομος, h. l. ſceleratus; a) utrum Apoſtolus ſibi perſvaſerit, fore *unum certum qvendam in primis impium hominem*, eumque Chriſtianorum pietati et virtuti inſidiantem; an vero, ut Ioannes, Ep. 2, 18. coll. 4, 3. et 2 Ep. 7. ἀντιχρίστου voce utitur, ἄνομον collective de *hominum impietate invicem ſimilium genere* intelligi voluerit; ex verbis ipſis vix effici poterit; cum prior tamen ratio, qvantum qvidem ex hiſtoriae monumentis conſtat, eventu confirmata non ſit, nec erraſſe Apoſtolus cogitari aut dici poſſit, rationem poſteriorem

rem maxime, cum usui loqvendi, locis Ioanneis comparandis satis firmato, haud dubie conveniat, utiqve praefero. V. Koppe. Qvae sententia mihi maxime probanda videtur. b) Grotius de Caio Caligula explicavit, qvi statuam suam in templo Hierosolymitano poni voluerit, sed v. 9. & 10. repugnat. c) Qvidam Mahumedem indigitari putant d) vel Pontifices Romanos. Zanchii sententia nostra aetate a multis Theologis probatur, qvae haec est: inter Pontifices Romanos aliqvando venturum esse aliqvem, in qvo hae notae coniunctae sint. Cf. Dan. II, 36. Apoc. 13. et 17. Ἀναλίσκω, penitus perdo. Τὸ πνεῦμα τȣ̃ ςόματος, periphrasis potentiae divinae hebraica. Ἡ ἐπιφάνεια τῆς παρȣσίας pro παρȣσία ἐπιφανὴς, adventus Messiae, splendore et maiestate insignis.

9. Οὗ ad τὸν ἄνομον est referendum. Κατ' ἐνέργειαν τȣ̃ Σατανᾶ, coniunctus cum effectis per Satanam. Κατὰ h. l. adiectivi circumscribendi vim habet. Πᾶσα δύναμις, varia miraculorum genera. Τέρατα ψεύδȣς, miracula falsa. Ψεῦδος non tam mendacium, qvam vanitatem et in primis fraudem exprimit. Ψεύδȣς pro ψευδέσι ex hebraismo. O. 5. Οὗ ἐςιν — δυνάμει, iam patrat, et mox apertius maioreqve cum vi patrabit varia miraculorum genera. Ἐςὶ de praesenti et futuro tempore accipi potest. Extitisse enim etiam Apostoli tempore inter Iudaeos et Ethnicos eiusmodi homines, qvi miraculis falsis adstupentem populum a doctrina Apostoli avertere studerent, exemplum Elymae praestigiatoris Act. 13. commemoratum luculenter confirmat. Cf. Matth. 24, 11. 24.

10. Ἀπάτη τῆς ἀδικίας pro ἀπάτη ἄδικος, fraus impia. Ἐν, inter. Ἀπολλυμένοι, improbi et perditi homines. Ἀνθ' ὧν, תַּחַת אֲשֶׁר, propterea qvod.

11. Ἀλήθεια, doctrina evangelica. Ἀγάπην τινὸς δέχεσθαι, ſtudium alicuius rei ſuſcipere pro *ſtudere*, operam dare alicui rei. Ἐνέργεια πλάνης, i. q. πλάνη ἐνεργὴς, ſpecioſa fraus. Πέμψει — ψεύδει, permittet Deus, ut ſpecioſis graviſſimisqve pſeudoprophetarum fraudibus decipiantur.

12. Ἵνα, ita fiet, ut. O. 29. Κρίνω pro κατακρίνω, poenis adficio.

13. Αἱρέομαι, eligo. Ἀπ' ἀρχῆς, מֵעוֹלָם, ad aeterna Dei conſilia in adducendis ad religionem Chriſtianam Theſſalonicenſibus eſt referendum. Poteſt etiam tota formula εἵλετο — ἀρχῆς ſic verti: eſtis vos inter primos, qvos Deum per Chriſtum felices reddere voluit; nam reſpondet ἀπ' ἀρχῆς qvandoqve etiam hebraico בָּרִאשֹׁנָה 2 Sam. 7, 10. Ἁγιασμὸς πνεύματος, ipſum virtutis ſtudium a Spiritu Sancto excitatum. Πίςις ἀληθείας pro πίςις ἀληθής.

14. Εἰς ὃ, ad hanc virtutem et fidem. Ἐκάλεσεν — ἡμῶν, provocavit vos Deus mea inſtitutione. Εἰς περιποίησιν a) pro τὸ περιποιεῖσθαι, h. e. κτᾶσθαι. Δόξα Ἰησοῦ, ſalus a Chriſto parta. Δόξα et σωτηρία ſunt h. l. ſynonyma. V. Koppe. b) Aliter explicari non poteſt, qvam liberatio, quae fiat ad gloriam Ieſu Chriſti, eo conſilio, vt Ieſus celebretur. Genitivus indicat conſilium ſeu cauſſam finalem. B. Ph. 37.

15. Κρατεῖν, i. q. κατέχειν, obſeqvium praeſtare praeceptis. Λόγος, inſtitutio Chriſtianis coram, cum viveret inter eos, tradita.

16. Ἐλπὶς ἀγαθὴ, felicitas magna ſpe et deſiderio hominum non indigna. Ἐν χάριτι, nullo merito noſtro.

17. Ἐν παντὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, in doctrina et vita ſanctiore.

CAP.

CAP. III.

1. Λόγος τρέχει, יָרוּץ דְּבָר, Ps. 147, 15. doctrina Christi ab una urbe, regione, provincia in alteram cito dimanat. Δοξάζεται, approbatur.

2. Ἄτοποι, i. q. πονηροὶ, homines flagitiosi. Πίστις, a) fidelitas. Ὀυ γὰρ — Κύριος, non omnes homines nobis fidi sunt, Deus vero talis semper manet. b) Fides, doctrina Christiana, non omnes sicuti vos promti sunt ad Christianam religionem recipiendam, sed manent Evangelio infensi atque ἄτοποι καὶ πονηροὶ nos insectantur. In πιστὸς est potius paronomasia, qvam oppositio.

4. Ἐν Κυρίῳ, Deo adiuvante. Εἰς τὴν ἀγάπην — Χριστοῦ, ut intentis animis et Dei ipsius exemplum in amandis beandisqve suis hominibus, et Christi exemplum in tolerandis gravissimis calamitatibus constanter respiciatis.

6. Ἐν ὀνόματι Κυρίου, i. q. ἐν Κυρίῳ, h. l. ex auctoritate Domini. Στέλλομαι, caveo. Ἀδελφὸς, Christianus. J. Ἀτάκτως περιπατεῖν, disciplina neglecta vivere incontinenter.

7. Πῶς δεῖ μιμεῖσθαι ἡμᾶς, qvomodo vivendum sit, ita videlicet, ut nos imitemini. B.

8. Ἀτακτέω, inordinate vitam gero. Ἐν κόπῳ — ἐργαζόμενοι, inter varias molestias operam meam textoriam assidue inter vos tractavi.

9. Ὀυχ — ἐξουσίαν, non qvod a vobis nutriri nefas existimassem.

Cap. 3, 6. Pro παρέλαβε Beng. recepit in textum παρέλαβον et V. Griesb. παρελάβοσαν.

10. Ἔι τις — ἐσθιέτω, proverbialis locutio, cujus ſententia h. l. huiusmodi eſt: ſi qvis munere ſuo defungi detrectat, eum liberalitate veſtra nutrire et ſuſtentare non opus habetis.

11. Ἀκέομεν γὰρ, et tamen audio. Ἐργάζεσθαι h. l. aliqvid ſeriae et utilis rei agere, cum vera emphaſi, qva Socrates apud Xen. M. S. I. 2, 57. negabat aleae luſum et has nugas eſſe ἔργον, opus ſerium et utile. B. Ph. 166. Περιεργάζομαι, ſupervacanea ago.

12. Τὸν ἑαυτῶν ἄρτον ἐσθίειν, ſibi ipſi, ſua opera, victum parare.

13. Ἐκκακεῖν καλοποιεῦντα, in beneficiis conferendis laſſum et ſegnem fieri.

14. Διὰ τῆς — σημειεῦσθε, per litteras hunc hominem mihi indicate. Συναμίγνυμαί τινι, rem cum aliqvo habeo. Καὶ, enimvero, attamen.

15. Νεθετεῖν, admonendo corrigere.

16. Ὁ Κύριος τῆς εἰρήνης, Dominus benigniſſimus et omnis felicitatis auctor. Ἐιρήνη, felicitas. J.

17. Ὁ ἀσπασμὸς — γράφω, mea ipſius manu ſalutandi formulam litteris his aliena manu ſcriptis adſcribo, ut certi eſſe poſſitis, a me eas eſſe profectas, en litterarum mearum, qvibus ipſe in ſcribendo adſvevi, ductus hac ſalutandi formula expreſſos!

HYPOMNEMATA
IN
EPISTOL. I. ET II.
AD
TIMOTHEUM.

HYPOMNEMATA
IN
EPISTOL. I. AD TIMOTHEUM.

CAP. I.

1. Κατ' ἐπιταγὴν, ex decreto i. q. κατὰ θέλημα. Σωτὴρ h. l. vocatur pater, qvia destinavit et misit servatorem, deinde et actu nos salvat et liberat a peccatis. Cf. Tit. 1, 3. Ἐλπὶς, qvi est spei nostrae auctor. Ἐλπὶς est *qvandoqve* felicitas ipsa, qvam speramus. Cf. Col. 1, 5. 1 Petr. 1, 3.

2. Τέκνον, discipulus. J. Vocat discipulum γνήσιον i. e. genuinum, qvi retinet similem doctrinae puritatem, nec degenerat, videlicet qvia nec aliena docet, nec corrumpit doctrinam. Ἐν πίστει, in religione Christiana sc. propaganda. Post verba ἐν πίστει subaudi: ἐπιστέλλει ταῦτα. Χάρις — εἰρήνη (γένηται,) favor, benignitas et omnis generis felicitas obtingat.

3. Καθὼς — ἑτεροδιδασκαλεῖν, sicut te monui manere Ephesi, cum irem in Macedoniam, ut denuntiares qvibusdam, ne aliter docerent. a) Deest apodosis

Cap. 1, 1. Lectionis varietatem notavit et Κυρίε omisit V. Griesb.

dosis eiusmodi: ita et nunc moneo, ut illic maneas, et, qvod iussi, diligenter exseqvaris, vel: ita eandem meam admonitionem iam repeto. Gl. b) Apodosis seqvitur v. 18. Apostolus orationem v. 3. inceptam v. 18. continuat, et versus 4—17. sunt in parenthesi accipiendi, ut observavit post Melanchthonem T. IV. Opp. p. 380. Illustr. Michaelis ad h. l.

4. Προσέχειν μύθοις, denotat: assensum praebere disputationibus argutis, iisqve delectari atqve earum studio teneri; hic enim est significatus phraseos: *προσέχειν τινὶ*, ut multis Iosephi locis confirmavit Cel. Krebsius in Obs. Flav. ad Act. 8, 6. p. 203 seq. Igitur *μὴ προσέχειν μύθοις* est: eas non curare, fugere, repudiare. Μῦθοι non, ut vulgo existimatur, *fabulas* denotant, qvi significatus huius vocis neqve proprius est apud Graecos, neqve unus; sed proprie significant: sermones, disputationes, narrationes; hinc *μῦθοι σεσοφισμένοι* 2 Petr. 1, 16. sunt ratiunculae subtiles et artificiosae s. disputationes, argute callideqve excogitatae, ad capiendos hominum animos aptae, (Diod. Sic. I, 93. *μύθους πεπλασμένους* vocat,) qvibus negat Apostolus se usum esse in demonstranda Christianis maiestate Iesu Christi praesentissima, h. e. efficacissima, sed ea tantum tradidisse simplici narratione, qvae suis ipsius oculis auribusqve perceperit. Μῦθοι h. l. dogmata iudaizantium doctorum. Cf. Tit. 1, 14. *Γενεαλογίαι*, h. l. studium stemmatum. *Ἀπέραντος, ὁ, ἡ*, infinitus, nunqvam finiendus, longissime repetitus. *Αἵτινες — οἰκοδομὴν*, qvae controversias magis excitant, qvam profectus in fide Deo probatos. Si malis *οἰκονομίαν* legere, sententia haec erit: qvae praebent qvae-

Cap. 1, 4. Pro lectione vulgata *οἰκοδομίαν* V. Griesb. legi vult vel *οἰκοδομὴν*, vel *οἰκονομίαν*.

qvaeſtiones potius, qvam adminiſtrationem muneris a Deo mandati veram. Accipi nimirum poteſt ἐν πίϛει pro πιϛήν.

5. Τέλος τῆς παραγγελίας, ſumma ſ. praecipua pars religionis ſ. inſtitutionis in religione. Ἀγάπη ἐκ καθαρᾶς καρδίας, amor integerrimus. Συνείδησις, animus ipſe recti conſcius, ſc. ut mihi conſcius ſim me eum recte amare, non lucri cauſſa. Itaqve συνείδησις h. l. non univerſe iudicium illud internum de moralitate factorum denotat. Ἀνυπόκριτος, ὁ, ἡ, infucatus.

6. Ὧν τινες — ματαιολογίαν, a qvibus, a qva inſtitutione qvidam aberrarunt et deflexerunt ad diſputationes vaniſſimas. Ματαιολογία, vaniloqvium.

7. Θέλοντες — νομοδιδάσκαλοι, qvi iactitant ſe eſſe legis doctores et defenſores. Μὴ νοοῦντες — διαβεβαιοῦνται, neqve ipſi ſatis intelligunt, qvae docent, neqve aliis ea explicare et evidenter demonſtrare poſſunt.

8. Οἴδαμεν — χρῆται, ſcimus autem legem habere ſuam utilitatem, ſi qvis ea legitime utatur.

9. Εἰδὼς τοῦτο — κεῖται, a) ſcito hoc; legem non latam eſſe ideo, ut apud homines ſanctos uſurpetur a doctore, ſed potiſſimum apud ſceleratos. E. Addo et hoc: κεῖσθαι etiam alibi adiunctam habere notionem *conſilii* et *deſtinationis*. Cf. 1 Theſſ. 3, 3. Luc. 2, 34. ubi κεῖσθαι εἴς τι eſt: *conſtitutum*, *deſtinatum eſſe ad aliqvid*. b) S. R. Walchius in diſput. Gött. 1776. habita ex Athenagora locum laudat, in qvo κεῖται notat, *premit*, qvem ſignificatum etiam voci κεῖσθαι h. l. tribuit. Ἀνυπότακτος, ὁ, ἡ, refractarius. Ἁμαρτωλὸς, facinoroſus. Ἀνόσιος, ὁ, ἡ, ſanctitatis expers, qvi officia negligit, qvae debet vel Deo, vel hominibus. Βέβηλος, ὁ, ἡ, profanus. Πατραλῴης,

vel *πατϱαλοίας*, parricida. *Μητϱαλῴης* vel *μητϱαλοίας*, matricida. *Ἀνδϱοφόνος*, homicida.

10. **Ἀϱσενοκοίτης**, qvi cum maribus concumbit. *Ἀνδϱαποδιςὴς*, qvi aliqvem in ſervitutem redigit, plagiarius. *Ἐπίοϱκος, ὁ, ἡ*, periurus. *Ὑγιαίνουσα διδασκαλία*, doctrina ſana, incorrupta, nullo vitio laborans.

11. **Κατὰ τὸ εὐαγγέλιον**, qvalis tradita eſt in Evangelio. *Τῆς δόξης* pro *ἔνδοξον*. O. 5. *Μακάϱιος*, h. l. qvi aliorum felicitatem vult effectam et adiutam. *Ὃ ἐπιςεύθην ἐγὼ* pro *ὃ ἐπιςεύθη μοι*, cuius docendi munus mihi eſt mandatum.

12. **Καὶ χάϱιν ἔχω**, qvo qvidem nomine gratias ago. *Ὅτι πιςόν με — διακονίαν*, qvod me fidum fore duxit, me praeficiendo muneri, i. e. oſtendit, me ſibi fidelem iudicatum, qvia praefecit me muneri. B. Ph. 103.

13. **Ὅτι ἀγνοῶν — ἀπιςίᾳ**, qvoniam per ignorantiam feci a fide alienus.

14. **Ὑπεϱεπλεόνασε — Ἰησοῦ**, copioſe mihi contigit beneficium, qvod cum fide et amore erga I. C. eſt coniunctum.

15. **Πιςὸς — ἄξιος**, omni aſſenſu et approbatione digna eſt oratio.

16. **Ἀλλὰ διὰ τοῦτο — αἰώνιον**, ſed propterea mihi condonata ſunt illa peccata, ut in me peccatore illo praecipuo Chriſtus oſtenderet lenitatem ſuam, ad exemplum eorum, qvi in ipſum ſunt credituri, ut vitam aeternam conſeqvantur.

17. **Τῷ βασιλεῖ τῶν αἰώνων** pro *αἰωνίῳ*. *Ἄφθαϱτος, ὁ, ἡ*, immortalis. *Ἀόϱατος, ὁ, ἡ*, inadſpectabilis. *Δόξα* (*ἔςω*).

18. Ταύ-

Cap. 1, 17. Vocem *μόνῳ* V. Griesb. omittit.

18. Ταύτην — σοὶ, mando fidei tuae hanc, de qva antea dixi, doctrinam. Redit nimirum ad Timotheum oratio. Κατὰ τὰς — ϛρατείαν, a) ut commotus praedictionibus olim de te doctore qvondam praeclaro factis (sc. a presbyteris et aliis, qvi Timotheum inauguraverant,) munere tuo fungaris strenue. E. b) Ἐν αὐταῖς (προφητείαις,) ut secundum doctrinam bene rem geras, vel, pro ea strenue pugnes. B. Ph. 150. Cf. infra Cap. 4, 14. ex qvo loco apparet priorem sententiam esse praeferendam, et προφητείας illas esse de Timotheo accipiendas. Ἐν, i. q. κατά. Στρατεύω, h. l. assiduus, strenuus sum in aliqva re. Στρατεία, militia, h. l. munus doctoris. Cultus V. T. Iudaicus saepe vocatur צָבָא. Cf. Ies. 40, 2. J.

19. Ἔχω pro κατέχω, retineo. O. 43. Ἔχων — ἐναυάγησαν, retinenda nimirum fide et recte factorum conscientia, qva abiecta, nonnulli fidem amiserunt. Ἀπωθέομαι, abiicio. Ναυαγέω, naufragium facio, *metaph.* amitto aliqvam rem. Περὶ τὴν πίϛιν ἐναυάγησαν, amiserunt fidem et in errores inciderunt.

20. Ὧν — Ἀλέξανδρος, in qvorum numero sunt Hymenaeus et Alexander. Οὓς — βλασφημεῖν, qvos tradidi Satanae potestati ad castigandum eos, ut fiant prudentiores, ne errores spargant amplius. Cf. 1 Cor. 5, 5.

CAP. II.

1. Δέησις, preces eius, qvi rogat sibi aliqvid tribui. Προσευχὴ, preces, qvae insunt in meditatione rerum divinarum et in exercitio pietatis. Εντευξις, interpositio precum pro aliis, intercessio. Πρῶτον πάντων, ante omnia.

2. Οἱ

2. Οἱ ἐν ὑπεροχῇ ὄντες, omnes, qvi prae aliis eminent, dicuntur h. l. magiſtratus. Ἤρεμος, η, ον, placidus, qvietus. Ἡσύχιος, ὁ, ἡ, tranqvillus. Ἐν, cum. Σεμνότης, dignitas, decus.

3. Ἀπόδεκτος, ὁ, ἡ, acceptus, probatus.

5. Μεσίτης, ſeqveſter, internuntius, interpres.

6. Ἀντίλυτρον, pretium redemtionis. Μαρτύριον, doctrina. J. in voce μαρτυρεῖν. (Κατὰ) τὸ μαρτύριον — ἰδίοις, ſecundum doctrinam, qvae ſuo tempore doceri debuit. Ἀποκαλυφθησόμενον addi debebat. Verſ. 3—6. Apoſtolus explicat rationem, qvare pro omnibus orare debeamus.

7. Εἰς ὃ (μαρτύριον,) cuius praedicationis cauſſa. Ἐτέθην, conſtitutus ſum. Ἀλήθειαν — Χριςῷ, iuro per Chriſtum. Talia loca pertinent ad argumenta pro divinitate Chriſti. (Ἐτέθην) διδάσκαλος — ἀληθείᾳ, conſtitutus ſum, inqvam, doctor gentium in docenda vera religione. Πίςις καὶ ἀλήθεια pro πίςις ἀληθὴς, vera religio. O. 5.

8. Βέλομαι, iubeo. Ὁσί[?]ς (ἄνδρας.) Διαλογισμὸς, a) haeſitatio; b) contentio, poſterior ſignificatus contextui magis convenit. Cf. Luc. 9, 46.

9. Καταςολὴ, veſtitus. Κόσμιος, α, ον, decorus. Ἡ αἰδὼς, όος, ῦς, verecundia. Σωφροσύνη, modeſtia. Πλέγμα, omne id, qvod nexum aut contextum eſt, h. l. cincinni, plexi capilli. Πολυτελὴς, pretioſus. Talis ornatus tum indicabat mentem et vitam impuram.

10. Ἀλλ᾽ ὃ πρέπει — ἀγαθῶν, ſed potius, ut decet mulieres profitentes pietatem, ſe ornent recte factis. Δι᾽ ἔργων ἀγαθῶν pro ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς.

11. Ἐν

Cap. 2, 7. Ἐν Χριςῷ V. Griesb. omittit.

11. Ἐν ἡσυχίᾳ, a) qviete i. e. modeste, b) cum silentio sc. in conventibus publicis. Cf. 1 Cor. 14, 34. Ἐν πάσῃ ὑποταγῇ, conservata erga maritum obedientia.

12. Διδάσκειν, h. l. publice in ecclesia docere; nam institutio liberorum privata mulieribus non erat interdicta, sed potius praecepta. Αὐθεντέω, impero, dominor. Εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ dicuntur ii, qvi abstinent a munere publico, neqve se publicis rebus immiscent, qvi significatus contextui apte convenit.

13. Πλάσσω, fingo, figuli more formo.

14. Ἐν παραβάσει γέγονε pro παραβαίνουσα γέγονε. Ex hebraismo substantivum cum praepositione saepe est pro adiectivo vel participio positum. Sic ἐν βάρει εἶναι, 1 Thess. 2, 6. Gl. Nisi malis periphrasin verbi appellare, cum ἐν παραβάσει γέγονε, per παρέβη simplicissime explicari possit. Ἐν παραβάσει γέγονε, peccavit, delictum commisit.

15. Τεκνογονία, liberorum procreatio eorumqve bona educatio. Διὰ accipiendum est pro ἐν, et statum vel conditionem denotat. Σωθήσεται — πίστει, servabitur per liberorum procreationem, explicari potest, a) *in procreandis liberis*, qvamvis non modo ipsa fuerit ἐν παραβάσει, sed et liberos sui similes ac pravos procrearit (Ps. 51.) tamen et ipsa peccatrix, et liberi, peccatores nati, servabuntur, siqvidem et mater et liberi, qvod seqvitur, veram fidem pietate monstrarint. Ita nihil impediti habet hic locus. B. Ph. 132. b) Fortasse respicitur ad illud: *cum dolore paries* hoc sensu: etsi, qvae parturientibus Deus denunciavit, experietur, nihil tamen saluti officiet. Ἐὰν μείνωσι, a) sc. τὰ τέκνα, qvod ex substantivo relato est supplendum. B. Ph. 183. b) Strigelius ἐὰν μείνωσι ad mulierem refert, atqve totam phrasin sic explicat: mulier

h. l.

h. l. totum ſexum ſeu totam ſpeciem ſignificat, cui recte qvoad ſenſum reſpondet verbum plurale, ut in illo: *turba ruunt.* Apoſtolus apte virtutes maxime neceſſarias complectitur, *fidem*, qvae eſt fons veri cultus Dei et verae invocationis; *dilectionem* i. e. honeſta officia erga maritum, liberos, et caeteros gradus; *ſanctificationem* i. e. pudicitiam ſeu caſtitatem, ſeu fidem coniugalem. Huic addit deniqve σωφροσύνην i. e. moderationem in omnibus voluptatibus, cibo, potu, geſtu etc. Eqvidem putarem, propter commemoratas has ab Apoſtolo virtutes, e qvibus in primis σωφροσύνην etiam in aliis locis ſexui muliebri ſolet commendare, poſſe ἐὰν μείνωσι rectius ad mulieres, qvam ad earum liberos referri.

CAP. III.

1. Πιςὸς, h. l. fide dignus. Πιςὸς (ἐςι) ὁ λόγος, profecto. Ἐπισκοπὴ, epiſcopatus. Ὀρέγομαι, appeto. Καλȣ̃ ἔργȣ ἐπιθυμεĩ, praeclaram rem appetit. Nominatur autem epiſcopatus καλὸν ἔργον, non ſolum, qvia Deo placet et aliis ſalutare eſt, ſed etiam, qvia arduum eſt, et non ſine multis virtutibus ſuſtineri poteſt. Etenim καλὸν, ut Ariſtoteles de Poëtica inqvit, ἐν τῇ τάξει καὶ ἐν τῷ μεγέθει conſiſtit.

2. Ἀνεπίληπτος, ὁ, ἡ, purus a gravibus vitiis, cui nihil vitii obiici poteſt. Vox haec proprie notat *pugilem*, qvi ita corpus ſuum undiqve munitum habet, ut ab omnibus adverſarii petitionibus et ictibus tutus ſit. Νηφάλεος et νηφάλιος, vigilans, prudens. Σώφρων, tem-

Cap. 3, 2. Lectio νηφάλιον lectioni νηφάλεον praeferenda eſt. V. Griesb.

temperans. Κόσμιος, α, ον, bene moratus. Φιλόξενος, ὁ, ἡ, hospitalis. Διδακτικὸς, ἡ, ὸν, aptus et promtus ad bene docendum.

3. Πάροινος, ὁ, ἡ, vinolentus, propter ebrietatem ad insultandum aliis procax. Πλήκτης, ferox litigator. Αἰσχροκερδὴς, ὁ, ἡ, turpis lucri cupidus. Ἄμαχος, ὁ, ἡ, non litigiosus. Alias a Graecis is dici solet ἄμαχος, qvi non potest vinci pugnando. Ἀφιλάργυρος, ὁ, ἡ, alienus ab avaritia.

4. Προΐσαμαι, h. l. curo. Ἐν ὑποταγῇ pro ὑποταγέντα. Periphrasis adiectivi seu participii. Μετὰ πάσης σεμνότητος, cum summa gravitate.

5. Particula adversativa δὲ h. l. posita pro caussali γάρ. Προςῆναι, regere. Ἐπιμέλομαι, curam gero.

6. Νεόφυτος, ὁ, ἡ, *proprie* recens plantatus, h. l. qvi recens Christianus factus est. Τυφόω, *proprie* fumo infesto, metaph. insolentem me reddo. Τυφωθεὶς, inflatus superbia. Κρίμα, a) iudicium et qvidem tale, qvod de aliqvo dicimus vel statuimus. Ἵνα μὴ εἰς κρίμα — διαβόλε, ne in iudicia calumniatoris incidat, h. e. ne homines perversi occasionem habeant male de vobis sentiendi. Kr. b) poena, ἵνα — διαβόλε, ne eiusmodi novitius propter superbiam incidat in illam poenam, in qvam Diabolus incidit propter superbiam.

7. Ἀπὸ τῶν ἔξωθεν (ὄντων,) ab iis, qvi sunt extra ecclesiam, a gentilibus et Iudaeis. Ὀνειδισμὸς, cavillatio. Παγὶς, tendicula, *metaph.* insidiae. Ἵνα μὴ εἰς ὀνειδισμὸν — διαβόλε, a) ne in reprehensionem incidat apud Iudaeos et Gentiles et maledici occasionem calumniandi nanciscantur; b) ne in criminationes ignominiosas incidat atqve in insidias diaboli.

8. Δίλογος, ὁ, ἡ, bilingvis, qvi aliud loqvitur, aliud mente clausum gerit, homo duplex. Σεμνὸς, gravis.

gravis. Προσέχω, h. l. delector aliqva re. Cf. notata ad Cap. 1, 4.

9. Ἐν, cum. Ἔχοντας — συνειδήσει, qvi coniungit veram Evangelii scientiam cum sanctitate vitae, ita ut nullius culpae sibi sint conscii. Μυστήριον τῆς πίστεως, periphrasis doctrinae evangelicae.

10. Πρῶτον, prius, antea. Δοκιμάζω, exploro. Ἀνέγκλητοι ὄντες, si inculpati sint reperti.

11. Διάβολος, ὁ, ἡ, calumniator, calumniatrix. Πιστὸς, fide dignus. Ἐν πᾶσι (πράγμασι.)

12. Ἀνὴρ, maritus. Προΐσταμαι, curo. Οἶκος, familia.

13. Διακονέω, munere diaconi fungor. Βαθμὸς h. l. gradus honoris et dignitatis. Καλὸς pro καλλίων. Πίστις ἡ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ (οὖσα,) religio Christiana. Βαθμὸν — Ἰησοῦ, comparat sibi facultatem ascendendi ad episcopatum, et firmatur in profitenda et defendenda religione Christiana (tempore persecutionis.) Παῤῥησία, fiducia.

14. Ἐλπίζων, qvamvis sperarem. O. 22. Τάχιον, cito, propediem.

15. Ἐὰν δὲ βραδύνω, si tamen moratus fuero. Ἀναστρέφομαι, me gero. J. Ἥτις, pronomen relativum genere refertur ad seqvens vocabulum ἐκκλησία. Στύλος, columna. Ἑδραίωμα, firmamentum pro στύλος ἑδραῖος. O. 5. Tres potissimum sunt verborum istorum: στύλος — ἀληθείας, explicationes, a) alii interpretes referunt ea ad *ecclesiam*, sed admodum dissentiunt in explicandis vocabulis tropicis, qvo nimirum Paullus respexerit, utrum ad columnas templorum gen-

Cap. 3, 15. Schoettg. Beng. et V. Griesb. post ζῶντος interpungunt. Alii vero interpunctionem post ἀληθείας praeferendam esse censent.

gentilium, qvibus vel fulta et ſuſtentata vel ornata *fuerint*, an ad columnas ſive pilas, qvibus leges olim et decreta affigebantur. His qvoqve Glaſſii ſententia annumeranda eſt. b) Altera interpretum huius loci claſſis verba citata initium eſſe vult verſus ſexti decimi, ideoqve ea de myſterio pietatis h. e. de doctrina Evangelii explicat, qvae columna et firmamentum veritatis dicatur. Facilior videtur ſecundum hanc ſententiam tropicorum iſtorum verborum explicatio, ſi de doctrina Evangelii, qvam ſi de eccleſia exponuntur. Sed adverſatur novae huic interpunctioni verborum ſtructura, quae tunc eſſe deberet, ὁ ςύλος καὶ ἑδραίωμα — ἐςὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυςήριον. Articulus τὸ manifeſte novum ſubiectum indicat. In his Krebſius, Vir doctiſſimus, haud dubie nomen ſuum profitetur, qvamvis vox ςύλος in Lexico Schoettg. de eccleſia ſit explicata, ſed confer, qvae in illo ipſo libro ad ἑδραίωμα notavit. c) Omnium facillima mihi qvidem videtur eorum interpretum ſententia, qui verba illa, de quibus diſputatur, ad Timotheum referunt, quem Paullus hortetur, *ut* inſtar columnae firmum et immotum ſe in munere ſuo exhibeat. Sic enim Apoſtolus eundem illum tropum de aliis eccleſiae proceribus adhibuit, Gal. 2, 9. Nec operoſa illa vel diligentia vel circumſpectione opus eſt, qvam illi adhibere debent, qvi verba haec de eccleſia explicant. Ellipſis tantum ſupplenda eſt vel particulae comparativae ὡς, vel participii ὢν, qvae nemini durior aut inuſitata videri poteſt. D. ad Gl. 1232.

16. Ὁμολογȣμένως, manifeſte, qvod apud omnes in confeſſo eſt. Ὁμολογȣμένως — μυςήριον, eſt

Cap. 3, 16. V. Griesb. lectioni θεὸς lectionem ὃς praefert. Cf. E. I. p. 147. Edit. 3: meliorem caeteris dicimus lectionem θεὸς, non tam qvia dat argumentum pro divinitate

est vero haud dubie praeter modum insignis doctrina illa ad pietatem excitandam et alendam efficacissima. Θεὸς — σαρκὶ, Deus se conspiciendum praebuit assumta humana natura. Πνεῦμα, divina natura. Ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, a) declaratus est talis esse sc. Deus per opera divinae naturae. Σὰρξ et πνεῦμα etiam in aliis locis sibi invicem ita opponi solent, ut prius humanam, posterius divinam I. C. naturam indicet. b) Iustificatus est per Spiritum Sanctum, qvod factum est per effusionem suam et donum lingvarum, qvibus rebus divinitas Christi eiusque legitima missio vindicata et asserta est. Deylingius vertit: iusto elogio a Spiritu S. decoratus est, quod sit verus Deus. Vid. Observatt. P. III. in verbo δικαιῦν. Ὤφθη ἀγγέλοις, apparuit Apostolis. Ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσι, praedicatus est inter gentes. Ἀνελήφθη ἐν δόξῃ, a) fide receptus ab hominibus. Ἐν δόξῃ, auf die herrlichste Art. V. Moldenhawer. E. dissentit et docet perperam ad Io. 1, 12. et Col. 2, 6. provocari, prorsus aliam enim his locis in esse sermonis structuram; b) evectus est ad illustrissimam felicitatem. E. B. VIII. 766. Ἐν, ad. Kr.

CAP. IV.

1. Πνεῦμα λέγει, Spiritus S. dicit sc. mihi et reliquis Apostolis. Ῥητῶς, diserte. Ὑστέροις καιροῖς, posthaec, temporibus sequentibus, hebraicum אַחֲרֵי־כֵן, qvod LXX. verterunt ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις. Προσέχειν τινι, seqvi aliqvem. Πνεῦμα, h. l. doctor. Διδασκαλίαι δαιμονίων, opiniones diabolicae.

2. Ψευ-

tate I. C. sed qvia cum contextu melius, sola satis consentit, et est grammatice rectior.

2. Ψευδολόγος, qui verba falſa profert, mendax. Καυτηριάζω, cautere inuro. (Καυτὴρ, inſtrumentum, qvo infamiae notae et ſtigmata inuruntur.) Κεκαυτηριασμένων — συνείδησιν, quorum conſcientiae qvaſi notae inuſtae ſunt, h. e. qui vehementiſſimis conſcientiae morſibus excruciantur, ſeu, qvi ſtigmatis loco habent conſcientiam inuſtam. Non Gnoſtici intelligendi ſunt, ſed doctores iudaizantes, qvod apparet ex ſeqventibus. Apoſtolus enim τοὺς βεβήλους καὶ γραώδεις μύθους v. 7 et 8. ipſe explicat de σωματικῇ γυμνασίᾳ, hanc vero abſolvi dicit abſtinentia a cibis, potu et id genus aliis. Qvae qvorſum commodius poſſunt, vel debent potius referri, qvam ad legem ritualem Iudaicam, qvam tantopere conſtat homines illius aetatis etiam Chriſtianos urſiſſe atqve verbis exemplisque commendaſſe. Cf. S. V. Tittmanni Tract. de Veſt. Gnoſtic. in N. T. fruſtra qvaeſitis p. 149.

3. Κωλυόντων γαμεῖν (κελευόντων, e poſitis enim contraria interdum ſunt ſupplenda. Cf. 1 Cor. 7, 19.) ἀπέχεσθαι. B. Ph. 191. Tale eſt illud Phaedri. *non veto dimitti, ſed fame cruciari.* Μετάληψις, perceptio. Τοῖς πιστοῖς — ἀλήθειαν, a credentibus et amantibus veritatem.

4. Ἀπόβλητος, ὁ, ἡ, abiiciendus, reiectaneus.

5. Ἁγιάζω, conſecro. Ἁγιάζεται — ἐντεύξεως, cibus enim ſanctitatem accipit per deſtinationem divinam et preces noſtras.

6. Ὑποτίθεμαι, doceo, alicuius artis iuſta diſciplina peritus intelligensqve fio. Καλὸς, probus. Ἐντρέφω, innutrio; ἐντρέφομαι, a prima aetate recte cognoſco. Ὑποτιθέμενος refer. ad v. 16. Cap. praecedentis. Qvae ſeqvuntur Cap. 4, 1-5. parentheſi includantur. Inſeritur ſcilicet reprehenſio eorum, qvi fidem Chriſtianam corrumpere conantur. Λόγος τῆς πίστεως, doctrina evange-

lica. Καλὴ διδασκαλία, praeclara diſciplina. Παρακολȣθέω, ſector, diligenter perſcrutor.

7. Γραώδης, ὁ, ἡ, anilis. Βέβηλος, ſuperſtitioſus. Παραιτέομαι, reiicio. Γυμνάζω, proprie, me nudum exerceo in palaeſtra, *metaph.* exerceo me in rebus ad animam ſpectantibus.

8. Ἡ σωματικὴ γυμνασία, exercitatio et caſtigatio corporis v. c. abſtinentia a cibis, ſomno etc. Πρὸς ὀλίγον — μελλȣ́σης, parum utilis eſt, pietas autem cum ſumma utilitate eſt coniuncta, cui etiam propoſita eſt ſpes huius et futurae vitae.

9. Πιςὸς — ἄξιος, veriſſimum eſt, qvod dico, et approbatione digniſſimum.

10. Ἐις τȣ̃το, hoc conſilio, refer ad ἐπαγγελίαν ζωῆς.

11. Παράγγελλε ταῦτα καὶ δίδασκε, hoc in primis ſc. de vi pietatis, eiqve propoſita ſpe huius et futurae vitae doce et praecipe.

12. Μήδεις — καταφρονείτω, cave, ne qvis te propter iuventutem contemnere poſſit, nemini occaſionem praebe tui contemnendi. O 12. ς. Ἀλλὰ — ἀναςροφῇ, ſed tu fac potius, ut ſis exemplum Chriſtianis, dictis tuis, factis. Ἀναςροφὴ, vitae gerendae ratio. J.

13. Ἕως ἔρχομαι — ἀναγνώσει, donec ipſe venero, vaca lectioni. Non hoc ita intelligendum eſt, qvaſi Timotheo poſt adventum Paulli ceſſare liceret; ſed ex hebraismo particulae terminantes ita uſurpantur, ut ſeqvens tempus omne includatur: ac proinde per *ſemper* vel *nunqvam* ſint explicandae. B. Ph. 125.

14. Μὴ

Cap. 4, 12. Pro ἐν πνεύματι V. Griesb. ἐν πίςει in textum recepit.

14. Μὴ ἀμέλει — πρεσβυτερίȣ, noli negligere donum tuum, qvod tibi datum eſt, ſeu, qvod tu habes ſecundum praedictiones, quae de te factae ſunt, cum a presbyteris tibi imponerentur manus. Διὰ pro κατά.

15. Μελετάω, meditor, curo. Ἐῖναι ἔν τινι, totum eſſe in aliqva re. Προκοπὴ, profectus. Ἐν πᾶσι, a) inter omnes. K. b) in omni genere virtutum et rerum ſpiritualium.

16. Ἐπέχω (νȣ̃ν,) attendo.

CAP. V.

1. Πρεσβύτερος, ſenior, homo aetate provectior. Ἐπιπλήττω, vel ἥσσω, gravius obiurgo.

2. Πρεσβυτέρα, matrona aetate gravis. Ἐν πάσῃ ἁγνίᾳ, cum ſumma caſtitate.

3. Τιμᾶν non tantum eſt *colere*, ſed etiam *benefacere*, alimenta alicui danda curare. Cf. notata ad Eph. 6, 2. Latini qvoqve *honorare* pro *beneficiis adiuvare* interdum uſurpant. Vid. Sveton. in Auguſto Cap. 45. Ὄντως, vere. Τὰς ὄντως (ἔσας) χήρας, viduas, quae ſunt hoc nomine dignae.

4. Ἔκγονα, nepotes. Ἐυσεβέω, pius ſum in homines, amore eos proſeqvor. Ἀμοιβὴ, *proprie*, mutatio, deinde, retributio, compenſatio. Πρόγονοι, maiores, parentes. Ἐνώπιον h. l. ex hebraismo redundat.

5. Μονόω, ſolum relinqvo. Μεμονωμένη, ſolitaria, i. e. cognatis et auxiliis humanis deſtituta. Νυκτὸς καὶ ἡμέρας, aſſidue.

Cap. 5, 4. Verba: καλὸν καὶ omittit V. Griesb.

6. **Σπαταλάω**, luxuriae indulgeo. *Ζῶσα τέθνηκε*, ea viva, qvaſi mortua eſt, ea eſt improba, aliena a vera pietate erga Deum.

8. **Προνοέω**, praevideo, h. l. proſpicio, curam ago. *Ἐι δέ τις — χείρων*, qvi ſuos non curat, is eſt non melior iis, qvi fidem abnegent, qvin eſt deterior gentilibus et Iudaeis. *Καταλέγω*, deligo.

9. **Ἐλάσσων, ττων, ον**, minor aetate. *Χήρα — γυνὴ*, vidua legatur in numerum miniſtrarum eccleſiae, qvae non ſit citra annos ſexaginta, ac habuerit unum tantum maritum. *Χήρα*, h. l. i. q. *ἡ διάκονος* Rom. 16, 1. eſſe videtur. *Χήρα* enim eſt interdum *honoris* potius, qvam *conditionis* nomen; etiam virginibus tribuitur Diaconiſſis, ut ex Ignatii Epiſt. ad Smyr. Cap. 13. diſcimus, ubi haec verba extant: *ἀσπάζομαι τὰς παρθένυς τὰς λεγομένας χήρας.*

10. **Ἐν**, propter. *Μαρτυρέομαι*, h. l. teſtimonio praeclaro ornor. *Ἐι*, h. l. quod. In primis poſt verba admirandi et declarandi idem ſignificat qvod *ὅτι*. Cf. Act. 26, 8. 23. *Τεκνοτροφέω*, liberos educo. *Ξενοδοχέω*, hoſpites excipio, hoſpitalis ſum. *Ἐπαρκέω*, ſufficienter do, neceſſaria ſuppedito. *Ἐν ἔργοις — ἐπηκολέθησε*, porro omnis generis recte factorum laudem habeat, quod educaverit liberos, (qvia iſtae ſunt patientes laboris) quod fuerit hoſpitalis, quod Chriſtianorum pedes laverit, qvod ſuppeditaverit afflictis neceſſaria, verbo, quod omnium bonorum operum ſtudioſa fuerit.

11. **Παραιτε͂**, reiice, declara eas ad hoc munus obeundum haud idoneas eſſe, noli legere. *Καταστρηνιάω*, h. l. libidinoſus ſum in alterius damnum. Hoc verbum vi praepoſitionis *κατὰ* regit genitivum. *Οταν — θέλωσι*, ubi libidinoſae factae ſunt, neglectis

ctis officiis, qvae Chriſtianae religioni debent, nubere volunt.

12. Κρίμα, i. q. κατάκριμα, poena. Ἔχουσαι — ἠθέτησαν, eaqve re ſibi culpam contrahunt, qvod fidem prius datam non ſervaverint. Πρώτην, i. e. προτέραν, qvod priorem conſtantiam, qvam ante promiſerant et coeperant, non praeſtiterint.

13. Μανθάνουσι περιερχόμεναι pro περιέρχεσθαι. O. 22. Μανθάνω denotat hoc loco: exerceo, ſoleo, conſveſco, ut לָמַד Ieſ. 2, 4. לֹא יִלְמְדוּ מִלְחָמָה, non amplius diſcent, i. e. exercebunt bellum. B. Ph. 100. Οὐ μόνον δὲ ἀργαὶ (εἰσι.) Φλυαρὸς, ὁ, ἡ, curioſus. Δεῖ, decet, partic. δέων, ουσα, δέον. Ἅμα δὲ — δέοντα, deinde fieri ſolent ignavae, et circumeunt domos, non tantum autem ignavae, ſed et garrulae, curioſae rerum, qvarum cura ad eas non pertinet, et magis, qvam decet, loqvaces

14. Βούλομαι, malo. Τεκνογονέω, liberos pario. Οἰκοδεσποτέω, rem familiarem adminiſtro. Λοιδορία, criminatio. Μηδεμίαν — χάριν, qvo facto cavebitur, ne adverſariis detur occaſio criminandi.

15. Ἐκτρέπω, deflecto. Ἤδη — Σατανᾶ, nam iam nonnullae tales feminae deſeruerunt munus ſuum et ſecutae ſunt inſtinctum Satanae.

16. Πιστὸς, vir Chriſtianus. Πιστὴ (γυνὴ,) mulier Chriſtiana. Ἐπαρκείτω (τὴν χρείαν) αὐταῖς, ſuppeditet ipſis neceſſaria. Ἐπαρκεῖν, ſufficienter dare.

17. Οἱ καλῶς — πρεσβύτεροι, ii, qvi presbyterio bene funguntur. Τιμὴ, h. l. praemium. Ἀξιόω, orno. Κοπιῶντες — διδασκαλία, qvi docent. Λόγος, praedicatio Evangelii. Διδασκαλία, inſtitutio.

18. Ἀλοάω, trituro. Φιμόω, capiſtro os obturo. Καὶ (λέγει,) iterum dicit ſcriptura.

19. Παραδέχομαι, admitto. Ἐπὶ, propter.

21. Διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τȣ̃ Θεȣ̃, obtestor te per Deum. Χωρὶς προκρίματος, a) ne qvem cui praeferas. F. Προκρίνειν τινὰ, τινὶ, praeferre aliqvem alicui. Πρόκριμα eſt verbum plane novum et mere Paullinum. b) Sine praeconcepta opinione, ſine praeiudicio, (ut tu de re nunqvam iudices, anteqvam eam cognoveris.) Πρόσκλισις, partium ſtudium. Προσκλίνειν, favere alicui, ut cupiamus eum eſſe innocentem, qvando accuſatur.

22. Χεῖρας — ἐπιτίθει, noli feſtinare in eligendo et deſignando aliqvo ad munus doctoris. Μηδὲ explicandi vim habet: quod ſi faceres, particeps fores alienae culpae. B. Ph. 154.

23. Ὑδροποτέω, aqvam bibo. Μηκέτι — ἀσθενείας, noli amplius aqvam bibere, ſed paullulum vini adhibe propter ſtomachum et freqventem imbecillitatem.

24. Hoc verſu redit ad illud, qvod v. 22. dixerat, et moniti ſui rationem reddit. Τινῶν — ἐπακολȣθȣ̃σι, qvorundam peccata ſunt manifeſta, ut ſtatim de iis iudicare poſſimus; alii tam callide poſſunt occultare malitiam, ut tum demum, cum munus iis eſt delatum, appareat, nos eſſe deceptos. Προαγȣ̃σαι εἰς κρίσιν, i. e. δοκιμασίαν, praecedunt ſcrutinium creandorum verbi divini miniſtrorum.

25. Πρόδηλος, ὁ, ἡ, manifeſtus, ante cognitus. Τὰ ἄλλως ἔχοντα, quae aliter ſe habent, qvorum alia eſt ratio.

CAP. VI.

1. Ὅσοι — δȣ̃λοι, qvotqvot ſervili iugo premuntur. Πᾶσα τιμὴ, ſummus honor. Ἵνα μὴ — βλασφημεῖται, ne gloria Dei et doctrina Chriſtiana afficiatur calumnia.

2. Δε-

2. Δεσπότης, dominus, herus. Μὴ καταφρονείτωσαν, non minus revereantur. Ὅτι ἀδελφοί εἰσι, qvoniam et ipsi Christiani sunt. Ἀλλὰ μᾶλλον δουλευέτωσαν, sed eo magis iis operam navent et obediant. Ἀντιλαμβάνομαι, rem aliqvam in me suscipio, operam do. Οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι, qvi beneficentiae se addicunt, et tanto magis assidue iis beneficia tribuunt.

3. Προσέρχομαι, h. l. consentio, accedo ad partes alicuius. Ὑγιαίνοντες λόγοι, sana doctrina. Ἡ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλία, doctrina pia.

4. Τυφοῦσθαι est vel stolidum esse, vel inflari superbia; prior significatus h. l. contextui magis convenit. Νοσέω, aegroto, *metaph.* alicui rei nimium sum deditus. Τετύφωται — ζητήσεις, stultus est, et nihil intelligens, vitio qvodam animi indulget qvaestionibus inanibus. Νοσῶν, aegrotus, circa qvaestiones et verborum pugnas eleganter opponitur sanis sermonibus I. C. Λογομαχία, pugna, qvae fit de verbis.

5. Ὑπόνοια, suscipio. Διαπαρατριβὴ, praeposterum studium, disputatio et exercitatio inutilis et noxia. Διεφθαρμένων ἀνθρώπων τὸν νοῦν pro ἀνθρώπων διεφθαρμένων τὸν νοῦν, hominum, qvi intellectu corrupti et erroribus imbuti sunt. Ἀποστερέω, privo, ἀποστεροῦμαι, destituor. Νομιζόντων — εὐσέβειαν, qui putant religionem qvaestus caussa esse tractandam. Πορισμὸς, qvaestus.

6. Αὐτάρκεια, h. l. animus sorte sua contentus.

7. Εἰσφέρω, infero. Δῆλον (ἐστι), evidens est. Relatae propositiones e positis interdum sunt supplendae, qvod et hoc loco fieri debet. Apostolus cum dixisset,

Cap. 6, 5. Παραδιατριβαί. Vera lectio est διαπαρατριβαί. E. B. V. 841. Consentit V. Griesb.

xiſſet, *ἐυσέβειαν* cum *αὐταρκεία* eſſe magnum vecti-gal; ſubiicit cauſſam: nihil enim attulimus; ergo et nihil auferemus. Qvae cum vix cohaerere videantur ſuppleri poſſit: et haec virtus valde eſt neceſſaria, valde commendanda. B. Ph. 196.

8. Διατροφὴ, alimentum. *Σκέπασμα*, veſtis tenuis. *Ἀρκέομαι*, contentus ſum.

9. Πλϐτεῖν non eſt *diteſcere* ſimpliciter, ſed praeter modum. Βλαβερὸς, ὰ, ὸν, noxius. Βυθίζω, demergo.

10. Φιλαργυρία, avaritia. *Ἧς τινες ὀρεγόμενοι*, cuius ſtudio ducti. Περιπείρω, transfigo, crucio. *Ἑαυτὲς — πολλαῖς*, multis et acutiſſimis doloribus ſe afflixerunt.

11. Ἄνθρωπος Θεϐ, miniſter Dei. J. *Πρᾳότης*, lenitas.

12. Ἐπιλαμβάνομαι, arripio, capeſſo. *Ἀγωνίζϐ — μαρτύρων*, decerta praeclarum certamen fidei, capeſſe vitam aeternam, qvae tibi oblata eſt, tibi, qvi profeſſus es pulchram profeſſionem multis audientibus.

13. Παραγγέλλω σοι — Θεϐ, obteſtor te per Deum. *Τϐ ζωοποιϐντος* pro *ζωοποιήσοντος*, qvi in vitam revocabit. Videtur enim communis ille reditus in vitam, cum iudicio coniunctus extremo, v. 14. 15. reſpici. *Τὰ πάντα*, i. e. omnes homines, Neutrum pro maſculino poſitum eſt. *Ἐπὶ* ſignificat *ſub*: qvando perſonae additur et tempus innuitur. *Μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίϐ — ὁμολογίαν*, qvi teſtificatus eſt ſub Pontio Pilato bonam confeſſionem. Teſtimonium hoc congrue intelligi poteſt de omnibus, qvae dixit fecitqve Chriſtus toto paſſionis tempore ſub Pontio Pilato, ſeu eius tempore eoqve praeſide Iudaeae. Cum enim

Cap. 6, 13. Lectio *ζωογονϐντος* eſt receptae *ζωοποιϐντος* aeqvalis. V. Gr.

enim *teſtis* vocatur, non tantum qvi verbis, ſed etiam qvi factis aliqvid confirmat (unde martyrum ſive teſtium nomen iis tribuitur, qvi ſangvine fuſo Chriſti doctrinam confirmant,) Chriſtus praecipua ratione vocari teſtis divinae veritatis poteſt, qvia ſcilicet omnia vaticinia patris coeleſtis in prophetis edita, cumulatiſſime implevit, praeſertim in paſſione ac morte. Ad huius ergo imitationem hortatur Paullus Timotheum, ut qvemadmodum patris ſui verbis admirabili conſtantia, obedientia, immo ipſo mortis ſupplicio; ſic ipſe vitae exemplo morumque ſanctitate teſtimonium reddat Evangelio. Gl. Ph. 499.

14. **Τηρῆσαί σε** conſtruendum cum *ἄσπιλον*, *ἀνεπίληπτον*, atqve ad *τὴν ἐντολὴν* ſupplendum eſt *κατά*.

15. **Βασιλεὺς — κυριευόντων**, periphraſis ſuperlativi. Rex regum, et Dominus dominantium, h. e. ſummus rex et dominus.

16. **Ἀθανασία**, immortalitas. Ὁ *μόνος ἔχων ἀθανασίαν*, habens immortalitatem pro *ὢν ἀθάνατος*. *Φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον*, habitans lucem, i. e. qvi ipſe eſt lux. Ἔχειν et *οἰκεῖν*, cognata maxime, et permutabilia inter ſeſe pro *εἶναι* qvodammodo hic ambo videntur poſita. Ὀικεῖν pro *εἶναι* poſitum certam conditionem hominum notat. Thucyd. de ſtatu et conditione reipublicae *οἰκεῖν* ſaepius adhibet 3, (10) 37. Democratia dicitur *ἐκ εἰς ὀλίγες, ἀλλ' εἰς πλείονας οἰκεῖν*, i. e. ita comparatam eſſe, ut non per paucos, ſed per plures regatur, plurium eſſe non paucorum et n. ſq. C. 63. Ἐπὶ *σφῶν αὐτονόμοι οἰκεῖν* dicuntur liberi homines. Similiter *φῶς οἰκῶν*, h. l. ſignificat; ipſe eſt lux, ita comparatus Deus eſt ut lumen. B. Ph. pag. 249 et 299. Ἀπρόσιτος, ὁ, ἡ, inacceſſus. Ὁ *μόνος — δύναται*, haec continent periphraſin ſummae perfectionis, quae eſt in eſſentia Dei. Ὧι (ἔςω,) cui ſit. Κράτος, poteſtas.

17. Αἰών,

17. Ἀιὼν, h. l. saeculum. Ὑψηλοφρονέω, altos spiritus gero, animo efferor. Μὴ ὑψηλοφρονεῖν (δεῖ.) Ἀδηλότης, inconstantia. Πλȣ̃τος ἀδηλότητος, sunt divitiae interiturae pro πλȣ̃τος ἄδηλος per Hebraismum. F. Ἀπόλαυσις, fruitio.

16. Ἀγαθοεργέω, benefacio. Ἐυμετάδοτος, ὁ, ἡ, facilis ad impertiendum. Κοινωνικὸς, ὴ, ὸν, liberalis. Latini qvoqve voce *communis* hoc sensu utuntur. Vid. Loesn. Obs. e Philone.

19. Ἀποθησαυρίζω, thesaurum congero, pro thesauro congero et asservo.

20. Παρακαταθήκη, depositum, h. l. doctrina Evangelii, qvam Paullus tradiderat Timotheo. E. Ἐκτρέπομαι, declino, h. l. aversor, vito. Κενοφωνία, clamor de rebus inanibus. Ἀντίθεσις, oppositio. Κενοφωνίαι καὶ ἀντιθέσεις ψευδωνύμȣ γνώσεως, inanes atqve ex ementita sapientia profectae disputationes, qvae contra fiunt. Γνῶσις, hebraicum בִּינָה et דַעַת significat qvamcunqve rerum scientiam, speciatim vero rerum ad religionem pertinentium notitiam et doctrinam; ψευδώνυμος, id qvod mentitur alicuius rei nomen, ψευδώνυμος γνῶσις, h. l. non alia est, qvam qvae in epistola ad Coloss. φιλοσοφία dicitur, doctrina nempe Iudaica, multis modis depravata atqve corrupta, qvae adeo non amplius digna sit doctrinae divinae nomine. Ἀντιθέσεις autem sunt qvaestiones et disputationes de hac doctrina, verae doctrinae evangelicae oppositae. Βέβηλοι — γνώσεως idem significant qvod μῦθοι καὶ γενεαλογίαι ἀπέραντοι supra Cap. 1, 4. Cap. 4, 7. Vestigia Gnosticorum hic frustra qvaeri evicit S. R. Tittmannus in tractatu peculiari p. 137-145.

Cap. 6, 19. Pro τῆς αἰωνίȣ ζωῆς V. Griesb. in textum recepit: τῆς ὄντως ζωῆς.

Cap. 6, 20. Pro παρακαταθήκην V. Griesb. παραθήκην in textum recepit.

HYPO-

HYPOMNEMATA
IN
EPISTOL. II. AD TIMOTHEUM.

CAP. I.

1. Κατ᾽ ἐπαγγελίαν — Ἰησοῦ, ad docendam promissionem salutis, qvae contingit propter Christum. Κατὰ, qvod attinet ad, *vel simpliciter*, ad. Ζωὴ, salus felicitas. J. Ἐν, per.

2. Τέκνῳ (ἐπιστέλλει ταῦτα.) Εἰρήνη (ἔστω.) Cf. 1 Tim. 1, 2.

3. Λατρεύω, colo. Πρόγονοι, maiores. Ἐν καθαρᾷ συνειδήσει, intégro animo. A verbo ὡς usqve ad πληρωθῶ parenthesis est constituenda, et v. 3. cum versu 5. coniungendus est: gratias ago Deo, qvem colo, ex more et institutione maiorum, animo integro, qvoties mihi in mentem venit fides tua, qvae prima fuit in avia tua, deinde et in matre, et qvam spero et fore in te. E. Bauerus V. C. ὡς pro coniunctione caussali accipit, et versum 3. et 4., nulla parenthesi adhibita, sic παραφράζει: gratias ago Deo, *qvoniam* tui recordor cum laetitia scilicet et amore, qvod beneficium Dei, et signum Spiritus S. animum regentis gratissime agnoscitur a Paullo; cum et indicaret, talem esse, Dei favore, Timotheum, qvi dignus amore Apostoli et memoria esset. B. Ph. 119.

4. Μνάσ-

4. Μνάομαι, recordor. Μεμνημένος, memor. Ἵνα (ἐκ) χαρᾶς πληρωθῶ.

5. Ἐνοικέω, i. q. ἔνειμι. Μάμμη, avia. Ὅτι καὶ ἐν σοὶ (ἐνοικήσει.)

6. Ἀναμιμνήσκω, moneo. Ἀναζωπυρέω, proprie: ignem ſopitum et carbones cineribus obrutos ſuſcito. Metaph. de excitandis et augendis animi dotibus uſurpatur. Ἀναζωπυρεῖν — Θεῦ, ut acceptum donum miniſterii ſacri precibus aliisqve exercitiis pietatis magis magisqve excites, alas et foveas. Dona divina qvorundam ſocordia in abſcondito latent, igitur opera Spiritus S. per preces et laborem ſunt excitanda. Sic 1 Macc. 13, 7. καὶ ἀνεζωπύρησε τὸ πνεῦμα τοῦ λαοῦ. Kr. Ὅ ἐστιν — μου, qvod tibi datum eſt impoſitis manibus meis.

7. Πνεῦμα, h. l. animus. Δειλία, timiditas. Πνεῦμα δειλίας, animus timidus. O. 5. Δύναμις, h. l. fiducia. O. 1. Σωφρονισμὸς, a) temperantia, ſi animi motus habemus in poteſtate. E. b) prudentia. Kr. Οὐ γὰρ — σωφρονισμοῦ, non enim dedit nobis Deus animum timidum, ſed fiduciae, amoris et temperantiae plenum.

8. Ἐπαισχύνω, pudefacio. Ἐπαισχύνομαι, pudet me. Μαρτύριον, doctrina. J. Δέσμιον αὐτοῦ pro ὑπὲρ αὐτοῦ, neqve te pudeat mei, qvi propter ipſam (ſc. praedicationem Evangelii) in vinculis ſum. Sic 2 Cor, 5. Παθήματα Χριστοῦ, aerumnae, qvas propter Chriſtum ſuſtinemus. Notandus hic Genitivi uſus. Sic apud Lyſiam p. 110. Τιμωρίαι τῶν Θεῶν, poenae ob violatos Deos, *neqve aliter* poenae parentum apud Cicer. pro Roſc. Amerin. C. 24. Συγκακοπαθέω, una patior. Τῷ εὐαγγελίῳ, Evangelii cauſſa pro διʼ εὐαγγέλιον. Κατὰ δύναμιν Θεοῦ, pro viribus a Deo datis.

9. Καλέ-

9. Καλέσαντος ἡμᾶς κλήσει ἁγίᾳ, i. e. εἰς κλῆσιν ἁγίαν, a) qvi vocavit nos ad munus et vitam ſanctam. Metonymice ſimul *vocatio* pro eo dicitur, ad qvod vocati ſint Chriſtiani, pro ſtatu, in qvo eſſe debeant. Dativus cauſſam reddit finalem, ſeu conſilium. B. Ph. 55. b) Eqvidem putarem, contextui magis convenire, ſi κλῆσις ἅγια h. l. per κλῆσιν ἔνδοξον explicetur, qvem ſignificatum ἅγιος ad imitationem hebraici קָדוֹשׁ qvandoqve habet. Κατ' ἰδίαν πρόθεσιν, ſua ſponte et beneficio ſuo. Ἐν, propter.

10. Ἐπιφάνεια, apparitio, h. l. apparitio in carne. Καταργέω, abſorbeo, aboleo. Θάνατος, h. l. eſt omnis pernicies humana, in primis ſtatus peccati et mors aeterna. Φωτίζω, in lucem produco. Ζωὴ καὶ ἀφθαρσία, vita immortalis per Hendiadyn.

11. Εἰς ὃ (εὐαγγέλιον) ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ καὶ ἀπόστολος, ad qvod tradendum ego conſtitutus ſum legatus.

12. Οἶδα γὰρ — φυλάξαι, ego enim ſcio, cui credidi, et mihi perſvaſum eſt, eum poſſe mihi vires dare, ut in munere illo rite adminiſtrando poſſim conſtanter permanere. Παραθήκη, depoſitum, h. l. munus apoſtolicum.

13. Ὑποτύπωσις ὑγιαινόντων λόγων, delineatio, ſeu ſumma verae doctrinae. Ἔχε pro κατέχε, retine, diligenter ante oculos habe, tuere. O. 43. Ὧν pro ἅ. O. 11.

14. Παρακαταθήκη, munus doctrinae evangelicae annunciandae.

15. Ἀπο-

Cap. I, 14. Pro παρακαταθήκην V. Griesb. παραθήκην in textum recepit.

15. Ἀποστρέφομαι, averſor. Οἶδας — Ἀσίᾳ, noſti me deſertum eſſe ab omnibus, qvi ſunt in Aſia minori. (Ἐξ) ὧν ἐστὶ, qvorum e numero eſt.

16. Ἔλεος, beneficium. Notent ſacrarum litterarum ſtudioſi, τὸ ἐλεεῖν, ubi de Deo dicitur, notare, *libere, pro arbitrio hominibus beneficia retribuere, benigne facere.* Cf. Rom. 9, 15. 16. Unde ἔλεος eſt beneficium, et ἐλεημένος 1 Cor. 7, 25. beneficio divino dignus iudicatus. Δώη ἔλεος, benefaciat. Ἀναψύχω, recreo. Καὶ τὴν — ἐπῃσχύνθη, et catenam meam non erubuit, h. e. non me deſeruit, propterea qvod eram in carcere.

17. Ἀλλὰ γενόμενος ἐν Ῥώμῃ, cum eſſet Romae, cum Romam veniſſet. Σπουδαιότερον — εὗρε, diligentius qvaeſivit me, donec reperit.

18. Ὁ Κύριος παρὰ Κυρίου pro παρ᾽ αὐτοῦ, dominus vero ſuam ipſius benignitatem ipſi retribuat, pro iis, qvae mihi fecit. Loco pronominis ex hebraiſmo interdum repetitur ipſum nomen, ſive ſubiectum orationis. Notum eſt Theologos qvosdam haec intelligere de Chriſti deprecatione; qvae tamen firmiori et evidentiori fundamento nititur Rom. 8, 34. 1 Ioh. 2, 1. Ioh. 17, rel. qvam ut ex eiusmodi figuris, cum invidia diſſentientium exſculpenda ſit, qvae per redundantiam et diſtractionem explicari, citra doctrinae iacturam, poſſint ac debeant; non ut, qvi commentitias emphaſes ut arcana fidei adorare dedignetur ipſam illico doctrinam, clarioribus nixam locis, infirmare credatur; qvod qvid aliud eſt, qvam lubrico fundamento ſuperſtructa ſacra adverſariorum ludibrio exponere? B. Ph. 295. Καὶ ὅσα — γινώσκεις, nam qvae mihi praeſtiterit Epheſi, tu bene ſcis. Βελτίων, melior; βέλτιον, optime.

CAP.

CAP. II.

1. Ἐνδυναμοῦμαι, vires maiores capio, fortem me praesto. Respondet voce Media hebraico הִתְחַזֵּק. Χάρις h. l. munus doctoris. Ἐν, per. Τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, qvod accepisti a Iesu Christo.

2. Διὰ, coram. Praesentiam h. l. indicat. Cf. Gal. 3, 19. Νόμος διαταγεὶς δι᾽ ἀγγέλων, lex lata et promulgata est praesentibus angelis, non ut vulgo reddunt, *per angelos.* Kr. Παρατίθεμαι, concredo, committo aliqvid. Πιστὸς, probus, integer. Οἵτινες — διδάξαι, qvi facultate polleant etiam alios docendi.

3. Κακοπαθέω, tolero, de laboribus bellicis et athleticis proprie dicitur. Σὺ — Χριστοῦ, tu igitur sustine incommoda, (qvae sunt in docendo,) ut praeclarus miles I. C.

4. Στρατευόμενος, miles. Ex hebraismo participia pro substantivis solent adhiberi. Ἐμπλέκω, implico. Στρατολογέω, milites deligo. Οὐδεὶς — ἀρέσῃ, nullus miles implicatur aliis vitae negotiis, ut ei, a qvo lectus est miles, placeat. Πραγματεία, negotiatio.

5. Ἀθλέω, *proprie* more athletarum certamen ineo, certo. Νομίμως, ex praescriptis legibus palaestrae. Sententia haec est: miles nihil agit, nisi qvod sit miles, ergo et tu nihil debes agere, nisi ut doceas.

6. Γεωρ-

Cap. 2, 3. Pro κακοπάθησον rectius legitur συγκακοπάθησον. V. Griesb.

6. Γεωργὸς, agricola. Μεταλαμβάνω, percipio. Τὸν — *μεταλαμβάνειν*, a) similiter ubi agricola laborarit, dum demum percipere debet fructum laboris; b) ut agricola ipse fructus laboris primus percipit, sic tu percipias fructum doctrinae, qvam praedicas, i. e. sis ipse exemplum virtutis omnis.

7. Νοέω, intelligo. Γὰρ est h. l. particula adversativa pro *δέ*. Δώῃ γὰρ — *πᾶσι*, contribuat autem tibi Deus omnino intelligentiam.

8. Μνημόνευε, a) memento. Verbum recordandi in Scriptura S. metaleptice passim accipitur pro eo, qvod est non solum mente, sed etiam animo totisqve viribus ferri in Dei cogitationem, abiecta caeterarum rerum cogitatione. Cf. Es. 44, 21. Gl. Ph. 831. b) Doce. Μνημονεύειν qvandoqve transitivam habet significationem et notat *commemorare*, aliis in mentem revocare, alios admonere, v. c. 1 Thess. 1, 3. Hebr. 11, 22. Iudicent alii, annon hic significatus h. l. sit praeferendus. Κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, in qvo est summa Evangelii a me traditi.

9. Ἐν, propter. Ἐν ᾧ, cuius caussa. Κακοπαθῶ — *κακοῦργος*, cuius caussa et ipse perfero summas molestias, adeo, ut sim in vinculis, ut maleficus. Λόγος, praedicatio Evangelii. Ἀλλ' ὁ λόγος — *δέδεται*, sed haec vincula mea nullo modo impediunt cursum Evangelii.

10. Διὰ τοῦτο, qvapropter. Ἐκλεκτοὶ, electi ad ecclesiam, i. q. *πιστοὶ*, Christiani. Σωτηρία, salus et *δόξα*, felicitas hoc modo differunt, ut *δόξα* sit in usu bonorum, *σωτηρία* in liberatione a malis. Ἐν, per.

11. Πιςός (ἐςι) ὁ λόγος, doctrina haec eſt vera et fide digna. Συναποθνήσκω, una cum aliqvo morior, in ſocietatem mortis alicuius venio. Per hebraiſmum denotat h. l. ſummam miſeriam experior, ut olim Chriſtus. Ζυζάω, in ſocietatem felicitatis Chriſti venio. J. in voce ζῆν. Γὰρ, h. l. ſcilicet, nempe.

12. Ὑπομένω, moleſtias tolero.

13. Ἀπιςέω, infidus ſum; πιςὸς, fidelis.

14. Ὑπομιμνήσκω, admoneo. Διαμαρτύρομαι, obteſtor. Ἐνώπιον τȣ Κυρίȣ, per Chriſtum. Λογομαχέω, de verbis pugno. Ἐις ȣ̓δὲν χρήσιμον, i. e. ὃ ἐςι χρήσιμον εἰς ȣ̓δέν. (Ἀλλὰ μόνον) ἐπὶ καταςροφῇ. B. Ph. 169. Ταῦτα — ἀκȣόντων, haec igitur admone obteſtans homines per Chriſtum, ne pugnent de verbis, qvae pugnae nullam plane habent utilitatem, qvin potius imperitos, qvi eas audiant, avertant a veritate. Καταςροφὴ, ſubverſio.

15. Σπȣδάζω, do operam. Δόκιμος, ὁ, ἡ, probatus. Παραςῆσαι *proprie* de victimis dicitur, qvae ſiſti ſolebant, ut explorarentur, an eſſent bonae. Ἐργάτης, miniſter. Ἀνεπαίσχυντος, ὁ, ἡ, qvi non habet, cur erubeſcat, integer. Ὀρθοτομέω, Evangelii ſenſum recte teneo et aliis trado. E. I. p. 64. Nullam vim neqve rationem τȣ τέμνειν, ſecandi, dividendi eſſe in verbo ὀρθοτομεῖν, monent ſapientiores interpretes. B. Σπȣ́δασον — ἀληθείας, da operam, ut te praeſtes Deo probatum atqve integrum miniſtrum, qvi Evangelium recte praedicet.

16. Κενοφωνία, nugae. Περιΐςαμαι, vito. Ἐπὶ πλεῖον ἀσεβείας, eiusmodi enim nugatores in dies magis proficiunt profanitate.

17. Λόγος, doctrina. Γάγγραινα, gangraena. Νομὴν ἕξει, paſtum habet i. e. doctrina eorum latius ſerpit. (Ἐξ) ὧν, qvorum e numero eſt. Ἀνατρέπω, labefacto, proverto.

19. Στερεὸς, ὰ, ὸν, firmus, ſolidus. Σφραγὶς, ſi de verbis dicitur, eſt *titulus, inſcriptio*, h. l. formula, qvae tradit ſummam religionis. Γινώσκω, curo, amo. J. Ὁ μὲν — αὐτȣ͂, ſumma autem religionis eſt in hoc: Deus curat et amat ſuos. (Ergo non ſinet eſſe mortuos in aeternum.) E. B. VIII. 768. B. N. II. 796. Καὶ, igitur. Ὀνομάζειν τὸ ὄνομα Χριςȣ͂, Chriſtianum eſſe.

20. Δὲ, atqvi. Ἐις τιμὴν, ad uſum honeſtiorem. Ἐις ἀτιμίαν, ad uſum inhoneſtiorem. Deeſt apodoſis: ſic in eccleſia, qvae domus Dei eſt, non ſolum ſunt homines pii et electi, qvae ſunt vaſa gratiae, ſed et homines impii et reprobi, qvae ſunt vaſa ignominiae. Seqvitur v. 21. ſi qvis emundaverit ſe ab iſtis ſcilicet hominibus improbis, etc. Gl. Ph. 623. χρύσεος, η, ον, aureus. Ξύλινος, η, ον, ligneus.

21. Ὀςράκινος, η, ον, teſtaceus, fictilis. Καθάρῃ, i. q. χωρίσῃ, ſi qvis ab illis (ſc. vaſis contemtis ſe ſeparaverit, ut ſcilicet deinde ſit purus. Ἔυχρηςος, ὁ, ἡ, utilis. Ἡτοιμασμένον, aptum.

22. Νεωτερικὸς, ὴ, ὸν, iuvenilis, *metaph.* effrenis, vehementior. Ἐπικαλεῖσθαι τὸν Κύριον ἐκ καθαρᾶς καρδίας, verum Chriſtianum eſſe.

23. Ἀπαίδευτος, ὁ, ἡ, indoctus, ineptus, nihil conferens ad diſciplinam.

24. Δȣ-

24. Δȣλος, minister. J. Μάχομαι, sum litigiosus. Ἤπιος, ὁ, ἡ, lenis, placidus. Διδακτικὸς, ὁ, ἡ, ad docendum aptus, docendi studiosus. Ἀνεξίκακος, ὁ, ἡ, tolerans malorum, qvi insolenti adversario non reddit convicia.

25. Ἀντιδιατίθημι, contrarias partes sector. Μήποτε pro ἵνα, ut. Hebraicum exprimit אוּלַי, qvam particulam LXX. reddunt ἵνα. Μήποτε — ἀληθείας, ut Deus eos mutatis opinionibus ad cognitionem verae doctrinae adducat.

26. Ἀνανήφω, ad sobrietatem redeo, deinde etiam *me recipio* et colligo ex qvacunqve animi perturbatione. Ad praepositionum brevitatem pertinet ἀνανήψωσιν — παγίδος, crapulam edormiant ex laqveo diaboli i. e. qvasi edormita crapula, redeuntes ad se, intelligant, qvo versentur in periculo, qvibus impediti sint laqveis, ex iisqve se expediri patiantur. B. Ph. 293. Ζωγρέω, vivum capio. Ἐζωγρημένοι ὑπὸ τȣ̃ διαβόλȣ, capti a diabolo. Qvemadmodum in bello capti cogebantur esse mancipia, sic et illi, qvi a diabolo capti sunt.

CAP. III.

1. Ἐν ἐσχάταις ἡμέραις, postea. Ἐνίςημι, insto. Ὅτι ἐνςήσονται, fore ut immineant. Καιροὶ χαλεποὶ, tempora difficillima.

2. Φίλαυτος, ὁ, ἡ, sibi nimis placens, qvi se ipsum et qvidem perverso amore diligit. Ἀχάριςος, a) beneficii immemor; b) invenustus, qvi nullam habet gratiam. Βλάσφημος, obtrectator. Ἀλαζὼν, iactator.

3. Ἀνήμερος, ὁ, ἡ, ferox. Ἀκρατὴς, ὁ, ἡ, intemperans, qvi ſe non continet. Ἀφιλάγαθος, ὁ, ἡ, minime amans bonorum, vel boni. R.

4. Τετυφωμένοι, ſtolido faſtu turgentes. Φιλήδονος, ὁ, ἡ, amans voluptatis. Φιλόθεος, ὁ, ἡ, amans Dei.

5. Μόρφωσις, ſpecies. Ἔχοντες — εὐσεβείας, ſimulatores probitatis. Τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι, qvamvis efficaciam eius repudiaverint, atqve adeo illius ſint expertes. O. 22. Ἀποτρέπω, averto. Ἀποτρέπομαι, averſor, caveo.

6. Ἐνδύνω, irrepo. Γυναικάριον, mulier. Σωρεύω, cumulo, obruo. Ἄγομαι, circumagor, impellor. Ἐκ τούτων — ποικίλαις, ex horum enim numero nonnulli ſe in familias inſinuant, et capiunt mulierculas peccatis obrutas et variis pravis cupiditatibus indulgentes.

8. (Καθ᾽) ὃν τρόπον, qvemadmodum. Κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν, qvorum intellectus corruptus eſt. Ἀδόκιμος, reprobus.

9. Ἀλλ᾽ οὐ — πλεῖον, ſed non longe progredietur eorum improbitas, ita ut ab aliis applaudatur ei. Ἄνοια, ſtultitia. Ἔκδηλος, ὁ, ἡ, evidens. Ὡς καὶ, perinde. Ἡ ἐκείνων (ἄνοια.)

10. Παρακολουθέω, ſubſeqvor, aſſeqvor. Ἀγωγὴ, diſciplina. Πρόθεσις, propoſitum, h. l. conſilium.

12. Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, adiuvante Ieſu Chriſto.

13. Γόης

13. Γόης, ητος, praeſtigiator, impoſtor qvivis. Προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον, proficiunt in deteriorem.

14. Ἐν οἷς pro ἐν αὐτοῖς, ἃ ἔμαθες. Ἐν οἷς ἐπιςώθη pro πιςὸς ἐγένου, in qvibus adhuc fidelem te praeſtitiſti. B. Ph. 79.

15. Ἀπὸ βρέφους, a) parvulo, a tenera aetate. Σοφίζω, ſapientem reddo.

16. Πᾶσα γραφὴ (ἐςι) θεόπνευςος, omnis ſcriptura ſacra eſt divinitus inſpirata. Διδασκαλία, inſtitutio. Ἔλεγχος, ὁ, redargutio, refutatio errorum. Ἐπανόρθωσις, reprehenſio vitiorum. Παιδεία, adhortatio. Ἐν pro εἰς. Δικαιοσύνη, virtus.

17. Ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος, doctor eccleſiae. Ἄρτιος, perfectus. Ἐξαρτίζω, perfecte inſtruo, praeparo. Πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος, ad omnes muneris partes bene inſtructus.

CAP. IV.

1. Διαμαρτύρομαι — θεοῦ, obteſtor igitur te per Deum. Μέλλων κρίνειν, iudicaturus. O. 26. β. Κατὰ τὴν — αὐτοῦ, eo tempore, qvo regnum ipſius eluceſcet. Κατὰ habet notam temporis.

2. Ἐφίςημι, inſto, urgeo. Εὐκαίρως, ἀκαίρως, ſive opportunum ſit hominibus ſive parum opportunum. Ἐν πάσῃ — διδαχῇ, cum ſumma in docendo tolerantia, et conſtantia.

3. Ἀνέχομαι, fero. Ἐπισωρεύω, coacervo, adſciſco. Κνήθομαι, prurio. Κνηθόμενοι (κατὰ τὴν) ἀκοὴν, prurientes auditu, i. e. appetitu erroneó falſa et blanda audiendi laborantes.

4. Ἀποςρέψεσι pro *ἀποςρέψονται*, ſuas aures avertent. B. Activum pro Medio poſitum eſt.

5. Νήφω, h. l. prudens ſum. Κακοπαθέω, mala tolero. Ἔργον ποίησον εὐαγγελιςȣ̃, fac, qvae conveniunt doctori. Πληροφορέω, *proprie*, plenam menſuram reddo, h. l. id ago, ut omnibus muneris partibus ſatisfaciam.

6. Ἐγὼ ἤδη σπένδομαι, ego iam libor. Σπένδειν, *proprie* ſignificat: guttatim aliqvem liqvorem effundere. Qvod Glaſſius adfert qvaſi *σπένδομαι* futuri ſignificatum teneat, malim proprie accipi, tum ob ἤδη, tum qvia *σπένδομαι* non tam *immolari* notat, qvam *libari*, ut paullulum ac ſubinde aliqvid carpatur; (ineſt nempe voci *σπένδομαι* notio *ſenſim paullatimqve minuendi*) ſicuti ſetae inter ſumma victimarum cornua libabantur, cum iam eſſent immolandae, non ut *mortem* Paullus hoc verbo, ſed *praeparationes* mortis, vulnera, plagas, iactationes, alias calamitates indicet, qvibus ſenſim morti admoveretur. B. Ph. p. III. Ἀνάλυσις, diſſolutio, *metaph.* mors.

7. Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, pulchrum, honeſtum certamen certavi. Reſpicit Apoſtolus non ſolum vitae, ſed muneris maxime decurſum. Τὸν ἀγῶνα — ἠγώνισμαι propius accedere ad Graeciſmum, neqve hanc phraſin hebraiſmis eſſe annumerandam docet Vorſtius Cap. 35. Δρόμος, curſus. Metaphora a curſoribus veterum Graecorum gymnicis eſt petita. Τὸν δρόμον τετέλεκα, metam attigi, curſum abſolvi, h. e. tota vita mea et miniſterium meum poſt breve tempus finem habebit.

8. Λοιπὸν, iam. Ἀπόκειμαι, ſeponor, reponor, deſtinor. Vox eſt exqviſitiſſima, petita e ratione certaminum veterum. Proprie enim dicuntur *ἀποκεῖσθαι*

κεῖσθαι τὰ ἆθλα f. praemia certaminis, qvae publice proponuntur, ut eorum adſpectus, certaqve conſeqvendorum ſpes certaturos alacriores redderet, ad certamen ineundum victoriamqve reportandam. Inde uſurpatur de omnibus rebus, qvarum conſeqvendarum ſpes, tanqvam praemium certiſſime reportandum, nos ad aliqvid ſuſcipiendum incitare et debet et poteſt. Senſus igitur eſt: me, ut bonum athletam, certiſſime manet aeterna illa felicitas, tanqvam praemium victoriae reportatae. Ὁ τῆς δικαιοσύνης ϛέφανος pro ὁ ϛέφανος δίκαιος, iuſta i. e. vera corona. O. 5. Ἀποδίδωμι ponitur pro ſimplici δίδωμι, reſpondet hac notione hebraico נָתַן. J.

10. Ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα, a) vitam conſervare voluit, qvam in religionis miniſterio de ea periclitari. Rarior qvidem ſignificatio, ſed certa et uſu etiam loqvendi graeco in eadem voce αἰὼν confirmata. (Cf. Il. δ. 478. αἰὼν μινυνδάδιος, ſaepiſſime alibi) eſt haec, ut vitam ipſam hominis ſignificet. Ven. Koppe. b) redamatis rebus humanis. Senſus eſt, qvod Demas noluerit eſſe conſors παθημάτων, ſed hoc qvaeſierit et ſectatus fuerit, ut dies in hoc ſaeculo bonos haberet. Gl. Ph. 832.

11. Μάρκον ἀναλαβὼν, Marcum adiunge tibi.

13. Φελόνης, penula: vox origine Latina. Qvidam Heſychium auctorem ſeqventes, putant, intelligi oportere apud Paullum, *loculum:* alii penulam vulgarem fuiſſe contendunt. Scribitur etiam φαιλόνης et φαινόλης. F. Μεμβράνα, membrana, chartae pergamenae, qvibus antiqvi utebantur ad ſcribendas epiſtolas. Ἐρχόμενος φέρε, cum veneris affer.

14. Χαλκεὺς, faber aerarius. Ἀποδῴη pro Futuro eſt accipiendum: reddet ipſi Dominus poenas meritas.

15. Φυλάσσομαι, caveo.

16. Συμπαραγίνομαι, in ſocietate alicuius ſum, adſum, adſiſto. Μὴ αὐτοῖς λογιϑείη, qvam culpam a Deo velim iis condonari. Πληροφορέομαι, plena fide certus reddor. Λέων, οντος, ὁ Leo, metaph. tyrannus.

18. Ἀπὸ παντὸς ἔργȣ πονηρȣ̃, ab omni re noxia. Καὶ σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτȣ̃, ſervabit in regnum ſuum i. e. ſervatum perducet eo; vel contra: perductum eo ſervabit. Praepoſitio εἰς cum arguta brevitate eſt adhibita. B. Ph. 128.

21. Πȣ́δης, Pudens, nomen viri.

HYPO

HYPOMNEMATA
IN
EPISTOLAM
AD TITUM
ET
AD PHILEMONEM.

HYPOMNEMATA
IN
EPISTOL. AD TITUM.

CAP. I.

1. Δ8λος, minister. J. Δὲ, h. l. et, ut Iud. v. 8. Gaza libr. 2. Grammatices de hac particula sic scribit: δὲ, ὁ σύνδεσμος, καὶ συμπλεκτικῶς, καὶ συλλογιςικῶς καὶ περιγραφικῶς λέγεται, h. e. δὲ coniunctio et copulative et ratiocinative et circumscriptive accipitur. Copulative accipi observavi Iliad. χ. v. 550. Ἀπόςολος — εὐσέβειαν, Apostolus qva fidem et agnitionem veri i. e. cuius ministerio fides et agnitio veri, qvae ad pietatem adducit, producatur. Effectum pro instrumento vel praesidio rei efficiendae per metonymiam positum est. B. Ph. 237.

2. Ἐπ' ἐλπίδι — αἰωνίων, qvod Evangelium prae se fert spem vitae aeternae, qvam Deus mentiri nesciens ante tempora antiqvissima promisit. Ἐπὶ exprimit conditionem et caussam, propter qvam aliqvid fit. Χρόνοι αἰώνων dicuntur tempora antiqvissima. Respicitur scilicet h. l. ad promissionem statim post lapsum primis parentibus datam.

3. Φανερόω, declaro. Ἐν κηρύγματι, per munus Evangelii docendi. Κήρυγμα habet notionem παῤῥη-

παῤῥησίας adiunctam. Ἐν *κηρύγματι* Chryſoſtomus ſic exponit: *τȣτέςι φανερῶς καὶ μετὰ παῤῥησίας.* Ὁ *ἐπιςεύθην ἐγὼ*, quod mihi concreditum eſt.

4. Τίτῳ — πίςιν (ἐπιςέλλει ταῦτα.) Τέκνον, diſcipulus. Paullus duos habuit diſcipulos, qvos praecipuo qvodam amore complexus eſt, Timotheum et Titum. Hos enim appellat *τέκνα γνήσια*, i. e. filios non degeneres, ſed proxime ad imaginem praeceptoris accedentes. Ut autem Timotheus praefuit eccleſiae in urbe Epheſo, ſic Titus gubernavit eccleſias in inſula Creta, qvae hodie Candia nominatur. Ex Paulli narratione apparet, magnam fuiſſe apud Cretenſes corruptelam morum, et diſciplinae laxationem. Plerumque enim hoc uſu venit, ut optimam terram peſſimi homines incolant, abutentes donis Dei ad omne genus flagitii. Haec cauſſa Paullum impulit, ut ad Titum ſcribens non tam doctrinae articulos inculcaret, qvam *παραίνεσιν* de bonis operibus urgeret. Norat enim Paullus, ut ſapiens medicus, quae remedia morbis Cretenſium praecipue adhibenda eſſent. Ἐιρήνη (ἔςω) ἀπὸ Θεȣ̃.

5. Τὰ λείποντα (πράγματα,) quae reſtant, quae deſunt. Ἐπιδιορθόω, corrigo, tollo qvidqvid eſt vitii in aliqva re, vel qvod in ea deeſt, ſuppleo. Κατίςημι, ordino, conſtituo. Κατὰ πόλιν (ἑκάςην,) in ſingulis civitatibus. Πρεσβύτεροι, Presbyteri, iidem v. 7. appellantur *ἐπίσκοποι*, nihil igitur diſcriminis ex conſtitutione Apoſtolica eſt inter presbyteros et epiſcopos. Qvod contra Pontificios notandum eſt.

6. Ἔι τις ἐςὶν ἀνέγκλητος, ſi qvis eſt bona fama. Ἀνὴρ, maritus. Τέκνα ἔχων πιςὰ, liberos habens Chriſtianos. Μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας (ὄντα), qvibus non obiici poteſt crimen luxuriae. Ἀνυπότακτος, ὁ, ἡ, indomitus.

7. Ὁ

7. Ὁ ἐπίσκοπος, curator ecclesiae. Αὐθάδης, ὁ, ἡ, a) superbus. K. b) praefractus, αὐθάδης dicitur qvasi αὐτοάδος, i. e. sibi canens, sibi placens. Sophocles in tyranno: si putas αὐθάδειαν, i. e. pertinaciam sine mente rem praeclaram esse, non recte sentis. Virtus necessaria est docilitas, qva fraenantur animi, ne arroganter de se sentiant, nec admiratione propriae sapientiae contemnant aliena iudicia, sed audiant et convicti veris argumentis cedant. Strigel. Ὀργίλος, η, ον, iracundus, ad iram praeceps. Ὁ πλήκτης, litigator. Πάροινος, inter compotationes insolens.

8. Φιλάγαθος, ὁ, ἡ, amans boni. Σώφρων, temperans. Ὅσιος, integer. Ἐγκρατὴς, ὁ, ἡ, continens. Ἐγκράτειά ἐστι τὸ μηδενὶ ὑποσύρεσθαι πάθει. Chrysost.

9. Ἀντέχομαι, a) firmiter adhaereo. *K*r. b) Propugno, defendo. Demosth. περὶ στεφάνου Παρακαλέσαι αὐτοὺς ἀντέχεσθαι, hortare ipsos, ut patriam suam defendant.

10. Ἀνυπότακτος, refractarius. Ματαιολόγος, ὁ, ἡ, vaniloqvus. Φρεναπάτης, ὁ, ἡ, qvi ipse se decipit. Οἱ ἐκ περιτομῆς (ὄντες,) Iudaei.

11. Ἐπιστομίζω, *proprie* operculum ori addo, aliqvem ita redarguo, ut nihil possit contradicere. Οἶκος, familia. Ἀνατρέπω, everto. Ἃ μὴ δεῖ (διδάσκειν.) Isti Iudaici doctores, qvos Paullus integras domus pervertere dixit, erant nati Cretenses. Nam Creta semper plena fuit Iudaeis, qvoniam erat apta mercaturae exercendae, qvi assumserant mores Cretensium. Scriptor, cuius verba laudat, est Epimenides, qvi putabatur habere facultatem prophetandi. Non autem hinc seqvitur, Paullum legisse ipsum Epimenidis librum, sed hic versiculus videtur vulgo notus fuisse, et occurrit etiam apud alios Scriptores v. c. Callimachum.

Fere-

Ferebantur ſermones in Creta, de Iovis ſepulchro, qvos refutant Epimenides et Callimachus

> Κρῆτες ἀεὶ ψευσαὶ καὶ τάφον ὦ ἄνα σεῖο
> Κρῆτες ἐτεκτήναντο, σὺ δ' ὀ θάνες, ἐσσὶ γὰρ ἀεί.

Cretenſes ſemper mendaces, qvia ſepulchrum, o rex, tuum Cretenſes fabricarunt, tu vero non es morti obnoxius, ſed ſemper vivis. Vide de eruditione Paulli Iudaica non graeca diſputationem b. Thalemanni, Anno 1769. editam. Θηρίον, haec vox uſurpari ſolet de ſerpentibus aliisqve animalibus venenatis. Γαστὴρ, h. l. helluo, ventri gulaeqve deditus. Ἀργὸς, ἡ, ὸν, deſidiae amans.

13. Μαρτυρία, h. l. reprehenſio, vituperatio. Ἀποτόμως, ſevere. Proprie de medicis dicitur ſecando curantibus, h. l. de ſumma gravitate in refutandis falſis doctoribus. Ὑγιαίνω, ſanus ſum, h. l. nihil ſtatuo, niſi qvod Scripturae Sacrae ſit conſentaneum.

14. Προσέχειν τινὶ, aliqva re delectari atqve eius ſtudio teneri. Ἰουδαϊκοὶ μῦθοι, opiniones iudaizantes. Cf. notata ad 1 Tim. 1, 4. et ad Cap. 4, 7. Ἀποστρέφομαι, averſor.

15. Πάντα ſc. qvae ſua natura ſunt ἀδιάφορα, ut cibi, dies feſti. Καθαροὶ, veri Chriſtiani. Μιαίνω, polluo. Πάντα μὲν — καθαρὸν, qvi ſunt veri Chriſtiani, iis omnis cibus eſt purus, qvi autem veram fidem non habent, iis omnia ſunt impura, qvia iis nullum eſt ius in has res. Οὐδὲν καθαρὸν, eos, qvi mente ſunt impura, nil iuvant luſtrationes quaecunqve aut purgationes externae. Ἀλλὰ — συνείδησις, ſiqvidem mens eorum et tota voluntas eſt polluta.

16. Εἰδέναι (αὐτοὺς.) Βδελυκτὸς, ἡ, ὸν, deteſtabilis. Βδελυκτοὶ — ἀδόκιμοι, deteſtabiles ſunt et contumaces et ad omne recte factum inepti, h. l. inepti ad docendum.

CAP.

CAP. II.

1. Λαλέω, praecipio, doceo. Ἃ πρέπει, qvae conveniunt. Ὑγιαίνω, integer ſum, nihil vitii habeo.

2. Πρεσβύτης, ſenex. Νηφάλιος, ὁ, ἡ, ſobrius. Σεμνὸς, gravis. Apoſtolus commendat ſenibus gravitatem, ut abſtineant a iocis, qvi non decent ſenectutem. Σώφρων, modeſtus. Ὑγιαίνειν τῇ πίστει, integrum eſſe fide, i. e. veram fidem habere. Ὑγιαίνειν τῇ ἀγάπῃ, τῇ ὑπομονῇ, candidum amorem erga Deum et homines et veram patientiam habere.

3. Πρεσβύτις, mulier ſenex. Κατάστημα, habitus, qvi cernitur in tota externa hominis figura, in ore, ſermone, et inceſſu. Ignat. in epiſt. ad Trall. p. 48. edit. Voſſ. ſcribit: epiſcopi facies externa debet eſſe egregia qvaedam diſciplina. Ἱεροπρεπὴς, ὁ, ἡ, qvi, vel quod ſanctum docet, conveniens ſacris et religioni. Haec vox de ſacerdotibus ſolet uſurpari. Ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς pro ἱεροπρεπεῖ. Per hypallagen enim interdum tribuitur aliqvid ei, cui tribuendum non erat, ut ad alterum revocari debeat, tanqvam ad verum dominum, cui ablatum erat. B. Ph. 263. Μὴ διαβόλους (εἶναι,) non indulgere criminationibus. Δουλόω, in ſervitutem redigo. Οἴνῳ δεδουλωμένος, vino obnoxius. Καλοδιδάσκαλος, ὁ, ἡ, honeſtatis praeceptrix.

4. Σωφρονίζω, ad modeſtiam erudio. Νέος, α, ον, novus, h. l. iunior, natu minor. Φίλανδρος, ὁ, ἡ, amans mariti. Φιλότεκνος, ὁ, ἡ, amans liberorum.

5. Ἁγνὸς, ἡ, ὸν, caſtus. Οἰκουρὸς, ὁ, ἡ, domi manens, rem familiarem adminiſtrans et provide procurans, negotia vero alia ſubterfugiens. Proprie eſt *domus cuſtos*. Ἀγαθὸς, a) liberalis. b) Iis, qvi

comma tolli volunt et *οἰκȣρȣ̀ς ἀγαθὰς* coniungunt, *ἀγαθὸς* eſt *bonus* et vertunt *οἰκȣρȣ̀ς ἀγαθὰς*, rem familiarem bene adminiſtrantes, gute Wirthinnen. *Ἵνα μὴ — βλασφημῆται*, ne Evangelium aliqvid infamiae capiat, ne homines impii inde arripiant occaſionem, nos, qvi ſumus Chriſtiani, criminandi.

6. Οἱ νεώτεροι, iuvenes, adoleſcentes. *Σωφρονέω*, ſobrius, bene moratus ſum.

7. Παρέχομαι, exhibeo, praebeo me. *Παρεχόμενος* eſt pro *παρέχων*, qvia additum eſt *σεαυτόν*. Sed et medio hic freqventer utuntur Graeci. B. *Ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ἀδιαφθορίαν* (*πάρεχε.*) *Ἀδιαφθορία*, integritas. Eſt vox graecis auctoribus ignota, *ἀδιάφθορος* eſt apud Demoſthenem. E.

8. Λόγος ὑγιὴς, doctrina incorrupta. *Ἀκατάγνωστος*, *ὁ*, *ἡ*, qvi damnari ſeu reprehendi neqvit. *Ὁ ἐξ ἐναντίας* (*χώρας ὢν*) pro *ὁ ἐναντίος*, eſt periphraſis ipſius adiectivi per adiectivum, adverſarius. *Περὶ πάντα — φαῦλον*, qvoniam tu es ipſe iuvenis, praebe te exemplar virtutis, in primis in doctrina tua per integram gravitatem, doctrinam incorruptam, ut non poſſis reprehendi, ut, qvi ſe ex adverſo opponit, erubeſcat.

9. Δȣ́λȣς (παρακάλει.) Ἐν πᾶσι — ἀντιλέγοντας, ut in omnibus gratos ſe praeſtent, ne ſint pertinaces. *Ἀντιλέγω* per hebraismum notat *oppono me*, rebellis ſum. J.

10. Νοσφίζομαι, interverto, furax ſum, et in uſus proprios aliena converto. *Ἐνδείκνυμαι*, praeſto, probo. *Πίστις*, a) animi integritas, ſingularis loqvendi uſus eſt, ex hebraicorum vocabulorum אמת et אמונה uſu diiudicandus, ut virtus omnis, ambitu illa qvidem, pro variis temporibus, varia etiam hominum, qvibus tribuitur, conditione, vario mox latiore, mox arctiore

re comprehensa, sed virtus tamen hactenus universa, nostrum: Rechtschaffenheit, voce πίϛεως exprimatur. Sic אֱמוּנָה et אֱמֶת haud dubie occurrunt Ier. 5, 1. 3. Ps. 119, 137. Iud. 9, 16. 19. Similiterque πίϛις h. l. de officiis quibusvis servi erga herum, Cap. 3, 10. de animi integritate et candore, 1 Tim. 2, 7. de officiis singulis boni religionis doctoris. Posse quidem locis his fere omnibus nostrum Treue substitui bene intelligo; sed idem hoc nostrae lingvae vocabulum, non semper Latinorum *fidei*, vel Graecorum πίϛει, qvae tantum est in promissis servandis virtus, respondere, verum potius de ampliore qvodam officiorum virtutumqve ambitu usurpari solere, inter omnes constat. Vid. Ven. Koppe Exc. VI. ad Epist. ad Gal. p. 112. b) Fidelitas. Est sermo de officio servi, qvi fidus sit in primis. Cf. 1 Cor. 4, 2. Κοσμέω, orno; διδασκαλίαν κοσμεῖν, doctrinam evangelicam ornare, i. e. illi satisfacere.

11. Ἐπιφαίνομαι, conspicuus reddor. Σωτήριος (ἐστὶ) πᾶσι, referendum est πᾶσιν non ad ἐπιφάνη sed ad σωτήριος, gratia enim Dei pertinet qvidem ad universum genus humanum, sed tum Evangelium nondum omnibus erat traditum.

12. Παιδεύειν vix uno latino verbo exprimi potest. Exprimit vero Latinorum *disciplinam*, ut itaqve Evangelium sit παιδεία εὐσεβείας, quae cernitur in eo, qvod praecepta pietatis et sanctitatis det nobis, atqve praescribat instituta et media, per qvae facilius et rectius ad id pervenire possimus, qvod in Evangelio praecipiatur. Ἀρνεῖσθαι, aversari, a se removere. Κοσμικὸς, ἡ, ὸν, mundanus. Ἐν τῷ νῦν (ὄντι) αἰῶνι, praesenti saeculo. Ἐπεφάνη — αἰῶνι, nam conspicua facta est benignitas, qvae est salutaris omnibus hominibus, qvae admonet nos, ut impietatem in Deum mundanasqve cupiditates a nobis amoveamus, ac modeste, iuste ac pie vivamus in hac vita.

13. Μακαρία ἐλπὶς, ſpes dicitur beata, qvia, qvi hanc ſpem habet, felix eſt, eiqve propoſita eſt vita aeterna, h. l. *μακαρία ἐλπὶς* idem eſt qvod *ἐλπὶς ἀποκειμένη* Col. 1, 5. Interdum enim ἐλπὶς id ipſum notat, qvod ſperatur. Ἐπιφάνεια τῆς δόξης pro ἐνδοξος, O. 5. Μέγας Θεὸς eſt Chriſtus, καὶ ut ſaepius ἐξηγητικῶς poſitum eſt. Προσδεχόμενοι — Χριϛȣ̃, exſpectantes aeternam felicitatem ſperatam et illuſtrem apparitionem magni Dei eiusdemque Servatoris noſtri Ieſu Chriſti. Hic locus contra adverſarios divinitatis Ieſu Chriſti praecipue eſt notandus, qvoniam hic lectionis veritatem nullo modo ſuſpectam reddere conati ſunt.

14. Λυτρȣ̃σθαι, redimere dato aliqvo pretio. Λαὸς περιȣ́σιος, עַם סְגֻלָּה, populus peculiaris. Ζηλωτὴς, qvi aliqvid ſtudioſe facit, et in qvo eſt verum, laetum, liberale et conſtans ſtudium recte faciendi.

15. Ἐπιταγὴ, imperium, h. l. auctoritas. Περιφρονέω, *proprie* diligenter conſidero, circumqvaqve mentem verto, contemplor, h. l. contemno, deſpicio. Ταῦτα λάλει — περιφρονείτω, hoc igitur praecipe, ad hoc cohortare, et hoc nomine redargue homines cum omni auctoritate, nemo debet te contemnere (propter iuventutem, coll. 1 Tim. 4, 12.)

CAP. III.

1. Ὑποτάσσομαι, me ſubmitto. Πειθαρχέω, pareo. Πρὸς πᾶν — εἶναι, ut faciant omnia, qvae ſunt recta, non ſolum erga magiſtratus, ſed etiam univerſe. Continent haec verba novum praeceptum, qvo homines ad omnis generis virtutes legibus praeſcriptas exercendas incitantur.

2. Βλα-

2. Βλασφημεῖν, maledicum esse. Ἄμαχος, ὁ, ἡ, non litigiosus, non contentiosus.

3. Ἀπειθὴς, pertinax, h. l. ἀπειθὴς (τῷ λόγῳ θεȣ̃,) qvi non agnoscit, sed repudiat fidem Christianam. Ἀνόητοι, ἀπειθεῖς, πλανώμενοι, pertinent ad vitia intellectus, seqventia ad vitia voluntatis. Κακία, malignitas. Διάγοντες (βίον) ϛυγητοὶ, vitam agentes odiosi, i. e. certantes odio et superbia, non sancientes ἀμνηϛίαν κακῶν, oblivionem iniuriarum. Στυγητὸς, ἡ, ὸν, odiosus. Δȣλεύοντες — ἀλλήλȣς, inservientes cupiditatibus et omnis generis voluptatibus, malignitati et invidiae indulgentes, invisi et infesti invicem.

4. Χρηϛότης, benignitas, bonitas, quando qvis se alteri utilem exhibet. Φιλανθρωπία, humanitas. Ὅτε — θεȣ̃, cum vero benignitas et amor Dei servatoris nostri erga homines se conspiciendam praebuisset. Σωτὴρ, h. l. est pater.

5. Ἐκ, propter. Ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ pro δικαίων. O. 5. Ὧν pro ἅ. O. 11. Κατὰ, propter. Λȣτρὸν, lavacrum. Παλιγγενεσία, regeneratio. Ἀνακαίνωσις, renovatio, restauratio. Ἀνακαίνωσις πνεύματος ἁγίȣ, instauratio effecta a Spiritu Sancto. Genitivus indicat caussam efficientem. O. 8. B. Παλλιγγενεσία et ἀνακαίνωϛις h. l. sunt synonyma, vtraqve vox significat *iustitiam* a Christo partam et nobis collatam, qvod apparet ex v. 6. et 7. Οὐκ ἐξ ἔργων — ἁγίȣ, qvod non factum est propter virtutes nostras, sed propter meram eius benignitatem servavit nos per baptismum ac restaurationem factam per Spiritum Sanctum.

6. Οὗ pro ὅ. O. 11. Trinitatis h. l. mentio fit, patris v. 4. Spiritus S. v. 5. et filii v. 6.

8. Πιϛὸς ὁ λόγος, veriſſima haec omnia ſunt. Διαβεβαιοῦμαι, certus ſum de aliqva re. Φροντίζω, curo. Προΐϛαμαι, h. l. ago, ſtudeo. B. Ph. 258.

9. Μωρὰς δὲ — περιΐϛασο, contra vero ineptas illas quaeſtiones, ſtudium genealogicum, contentiones et diſputationes de ſenſu legis et de circumciſione devita. Νομικὸς, ὴ, ὸν, ad legem pertinens.

10. Αἱρετικὸς, haereticus, falſae doctrinae ſectator. Νουθεσία, admonitio.

11. Ἐκϛρέφω, perverto. Αὐτοκατάκριτος, ὁ, ἡ, Suopte iudicio condemnatus. Εἰδὼς — αὐτοκατάκριτος, a) ſcitote enim, eiusmodi hominem ſe ipſum pervertere atqve peccare graviſſime, qvia ſuo ipſius iudicio condemnatus; b) ſi intelligas eum eſſe plane perverſum, et peccare contra conſcientiam propriam, qvae ipſa eum accuſet ac condemnet.

12. Νικόπολις, Nicopolis alia eſt urbs Epiri ad Actium, quae habet nomen a victoria Auguſti, alia Thraciae; quae intelligenda ſit, certo dici non poteſt, veriſimilius eſt de Nicopoli Thraciae h. l. ſermonem eſſe.

13. Νομικὸς, legis interpres. Προπέμπειν, viatico inſtruere.

14. Προΐϛασθαι, agere, ſtudere. Cf. v. 8. Ἄκαρπος, ὁ, ἡ, ſterilis.

15. Ἐν, propter; ἐν πίϛει, religionis cauſſa.

HYPO-

HYPOMNEMATA
IN
EPISTOL. AD PHILEMONEM.

1. Δέσμιος (ὑπὲρ) Χριϛȣ̃ Ἰησȣ̃, ob Iesum Chriſtum et eius doctrinam vinctus. Cf. 1 Cor. 1, 5. et Col. 1, 24. Ἀδελφὸς (ἐπιϛέλλȣσι ταῦτα) Φιλήμονι. Συνεργὸς, adiutor, collega.

2. Συϛρατιώτης, commilito. Καὶ τῇ κατ' οἶκόν σȣ (ȣ̓́σῃ) ἐκκλησίᾳ, et coetibus Chriſtianorum, qvi in domo tua congregari ſolent.

5. Ἀκȣ́ων, cum audiam. Τὴν ἀγάπην καὶ τὴν πίϛιν, Syriaca verſio *fidem* priori loco ponit, *caritatem* poſteriori, ut deinde eodem ordine fides ad Chriſtum, caritas vero ad Chriſtianos pertineat. Per Synchyſin haec dicta atqve ſic intelligenda ſunt: cum audiam fidem tuam, qvam habes in Ieſum Chriſtum, et caritatem, qvam habes in Chriſtianos.

6. Ἡ κοινωνία τῆς πίϛεως pro κοινὴ πίϛις. O. 5. ut Tit. 1, 4. κατὰ κοινὴν πίϛιν. Ἐν, per. Τȣ̃ ἐν ἡμῖν (ὄντος.) Εἰς, propter. Ὅπως — Ἰησȣ̃ν, ut fides, qvae tibi nobiscum communis eſt, efficacem ſe prae-

 beat

V. 6. Pro ὑμῖν Ven. Griesb. ἡμῖν in textum recepit.

beat per agnitionem omnium bonorum, qvae nobis obtingunt propter Iesum Christum.

7. Σπλάγχνα, viscera. Per Synecdochen *viscera* notant *cor* seu *animum*, per metonymiam porro intelligitur per *cor* seu *animum* affectus eius, nempe *amor* et misericordia. F. Τὰ σπλάγχνα — σȣ̃, a) effectus misericordiae sanctorum reqvievit per te. Kr. b) Viscera, i. e. desideria, vel sensus animi interiores Christianorum per te recreata, seu recreati sunt. K. J. in voce ἅγιος.

8. Παῤῥησία, fiducia. Ἐν Χριςῷ, Christi caussa. Ἔχων, qvamvis habeam, 22. Τὸ ἀνῆκον, qvod conveniens, qvod rectum est. Partic. Praes. ab ἀνήκω.

9. Ὡς, particula comparativa ὡς pro re vera et certa h. l. ponitur, in versione vel a) omitti potest, et sic vertitur: τοιȣ̃τος ὢν ὡς Παῦλος, cum sim Paullus. B. Ph. 161. vel b) reddi potest, *utpote*, *nempe:* cum eiusmodi sim, utpote senex ille Paullus. Glass. Δεσμιὸς (ὑπὲρ) Χριςȣ̃, cum in vinculis sim pro doctrina et gloria Christi, ob Evangelium.

10. Ἐγέννησα, ad Christianae doctrinae fidem adduxi. Ὀνήσιμον pro Ὀνησίμȣ, ad τέκνȣ referendi; sed retulit ad propius ὃν ἐγέννησα, ad qvod non pertinebat. B. Ph. 59.

11. Ἄχρηςος, ὁ, ἡ, inutilis. Εὔχρηςος, utilis, bene accommodatus. Ἀναπέμπω, remitto.

12. Τὰ ἐμὰ σπλάγχνα, mea viscera, meum cor i. e. me ipsum, dimidium animae meae, ut Horatius inqvit. Προσλαμβάνομαι, suscipio, recipio.

13. Ὑπὲρ,

13. Ὑπὲρ, pro; ὑπὲρ σοῦ, tuo loco. Ἐν τοῖς δεσμοῖς (ὑπὲρ) τοῦ εὐαγγελίου, cum in vinculis sim ob Evangelium.

14. Γνώμη, sententia, h. l. voluntas. Κατὰ ἀνάγκην, ex necessitate coactum. Ἀγαθὸν, beneficium. Ἑκούσιος, ὁ, ἡ, spontaneus. Ὡς κατὰ ἀνάγκην, opposita structura docet ὡς redundare. B.

15. Τάχα, forsitan. Ἀπέχω, recipio. Πρὸς ὥραν, ad tempus.

16. Ὑπὲρ δοῦλον, supra servum. Σάρξ, conditio externa opponitur τῷ εἶναι ἐν Κυρίῳ, i. e. Christianismo. (Ἔχε) οὐκέτι ὡς — Κυρίῳ, tracta eum non tanqvam servum, sed qvasi amplius qvidqvam servo, ut fratrem dilectum maxime mihi, qvanto magis etiam tibi, tum in rebus externis, tum ratione Christianismi. Κοινωνὸς, socius.

17. Ἀδικέω, iniuria adficio, damnum infero.

18. Ἐλλογέω, imputo.

19. Ἀποτίω, persolvo, reddo. Ἵνα μὴ, ut ne. Προσοφείλω, debeo.

20. Ὄνημι et ὀνίημι, utilitatem adfero. Ὄνημαι, utilitatem et fructum percipio. Ὀναίμην, praes. Optat. M. Ναὶ ἐγὼ (ἐκ) σοῦ ὀναίμην, fac qvaeso, ut te fruar, aliqvam utilitatem ex te percipiam. Apostolus ad nomen Onesimi alludit. Gl. Ph. 1338. Ἐν Κυρίῳ, religionis caussa, qvoniam nempe Apostolus adduxerat Philemonem ad doctrinae Christianae fidem. Ἀνάπαυσόν μου τὰ σπλάγχνα, a) refice me, qvi mul-

tam commiserationem tecum habui. Kr. b) Mentem meam metuentem, ne qvid acerbius in eum consulas, tranqvilla. K. c) Rectius fortasse per τὰ σπλάγχνα h. l. ut supra v. 12. Onesimus intelligitur.

22. Ξενία, hospitium. Διὰ τῶν προσευχῶν ὑμῶν, ob preces vestras. Διὰ iungitur interdum genitivo, ubi significatio *propter* accusativum reqvirebat. B. Ph. 130.

23. Ἐν Χριστῷ, propter Christum et eius doctrinam.

HYPOMNEMATA

IN

EPISTOLAM

AD

HEBRAEOS.

HYPOMNEMATA
IN
EPISTOL. AD HEBRAEOS.

PROLEGOMENA.

I.

B. Lutherus in verſione ſua germanica epiſtolam ad Hebraeos omnibus canonicis Paulli, Petri et Iohannis epiſtolis poſtpoſuit. In Can. LIX. conc. Laod. in can. XLVII. conc. Carth. III. et in codd. graecis eſt inter epiſtolas Paulli decima qvarta; fuerunt autem exemplaria, in qvibus ordine decima fuit, locata ante epiſtolas ad Timotheum, Titum et Philemonem, teſte Epiphanio haer. XLII. contra Marcionem.

II. Auctorem eius Paullum eſſe, liqvet; 1) ex mentione *Timothei* fratris Cap. 13, 23. Nam Timotheus individuus Paulli comes fuit, et a Paullo frater appellatur Col. 1, 1. 1 Theſſ. 3, 2. 2) Ex convenientia cum reliqvis epiſtolis Paulli. Nam eandem deprehendimus loca V. T. myſtice interpretandi rationem. Sermo, ut in reliqvis Paulli epiſtolis, eſt implexus et involutus. Idem eſt modus tractandi; theoreticis enim poſtponit practica, ſ. incipit a myſterio ſalutis et pergit ad exhortationes ad ſtudium pietatis. Sunt porro in ipſa

epiſtola

epiſtola formulae loqvendi Paullo familiares permultae. Ad Hebraeos orationis exordium facit eo, ut dicat, Deum loqvutum eſſe priſcis temporibus *τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις* Hebr. 1, 1. Sic pariter Rom. 9, 4. 5. *οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται — ὧν οἱ πατέρες* etc. *αἰῶνες*, mundus, Hebr. 1, 2. Cap. 11, 3.; uti 1 Cor. 2, 7.

Collatio docet ineſſe Paulli idiotiſmum:

ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος, Hebr. 2, 2. coll. Gal. 3, 19.
τὰ πάντα, Hebr. 1, 3. coll. Col. 1, 16. 17. Eph. 4, 10.
πρὸς, de, Hebr. 1, 7. uti Rom. 10, 21.
ἐκφευξόμεθα, Hebr. 2, 3. coll. Rom. 2, 3.
τὰ πρὸς τὸν θεὸν, Hebr. 2, 17. Cap. 5, 1. coll. Rom. 15, 17.
ἀδελφοὶ ἅγιοι, Hebr. 3, 1. coll. Rom. 1, 7. 1 Cor. 1, 2.
ὑπόστασις, fiducia, Hebr. 13, 14. Cap. 11, 1. coll. 2 Cor. 9, 4. 2 Cor. 11, 17.
μάχαιρα, de verbo Dei, Hebr. 4, 12. coll. Eph. 6, 17.
integer verſiculus, Hebr. 6, 10. coll. 1 Theſſ. 1 3.
ἐπὶ, cum, Hebr. 8, 6. coll. 2 Timoth. 2, 14.
ἀγνόημα, peccatum, Hebr. 9, 7. coll. Eph. 4, 18.
integer verſiculus, Hebr. 10, 30. coll. Rom. 12, 19.
Vinculorum toleratorum meminit Hebr. 10, 34. Conf. Eph. 3, 1. Eph. 4, 1. Col. 4, 18. 2 Timoth. 2, 19.
duo verſiculi, Hebr. 11, 11. 12. coll. Rom. 4, 17. 21.
ἐκ νεκρῶν ἐγείρειν, Hebr. 11, 19. coll. Rom. 4, 17. 21.
μένειν, de amore perpetuo, Hebr. 13, 1. coll. 1 Cor. 3, 13.
integer verſiculus, Hebr. 13, 10. coll. Gal. 5, 2. etc.
conſcientiam teſtem appellat Hebr. 13, 18. Cf. Actor. 23, 1. 2. 2 Cor. 1, 1. 2.
Hebraeorum preces implorat, Hebr. 13, 18. 19. Cf. Rom. 15, 23. Eph. 6, 18. 19. Col. 4, 3. 1 Theſſ. 5, 25. 2 Theſſ. 3, 1.
θεὸς τῆς εἰρήνης, Hebr. 13, 20. coll. Rom. 15, 33.
καταρτίζειν, Hebr. 13, 21. coll. 1 Cor. 1, 10.
Tandem *precandi et ſalutandi formulae* in fine adhibitae prorſus Paullinae ſunt.

3) Ex

3) Ex teſtimenio Petri, qvod legitur in epiſtola eius poſteriori Cap. 3, 15. 4) Ex conſenſu Patrum, qvi prioribus ſaeculis vixerunt. Nam adſcribunt hanc epiſtolam Paullo ex Saec. II. Iuſtinus, Irenaeus, Clemens Alex. ex Saec. III. Origenes, Cyprianus, Dionyſius, et auctor Canonum Apoſtolicorum; ex Saec. IV. Arnobius, Lactantius, Marius Victorinus Afer, Euſebius, Alexander, Patres Conc. Laod. Athanaſius, Cyrillus, Hilarius, Lucifer, Didymus, Epiphanius, Optatus Milevitanus, Ephraem Syrus, Baſilius M., Gregorius Nyſſenus et Nazianzenus, Amphilochius, Gaudentius, Macarius, Ambroſius, Hieronymus, Philaſtrius, et Chromatius, et ex Saec. V. Cyrillus Alexandrinus, Fauſtinus, Ruffinus, Auguſtinus, Chryſoſtomus, Theodoretus, Sedulius, Photius, Patres conc. Carthag. III. etc.

Obiicitur qvidem auctorem ſe profiteri *Apoſtolorum diſcipulum* Cap. 2, 3. Dici vero poteſt, Paullum per *communicationem* loqvi, reſpectu habito ad auditores et lectores, et hac loqvendi ratione utitur v. 1 et 3. Cap. 10, 26. 1 Cor. 10, 8. 9. ut et Iacobus Cap. 3, 9. aut etiam concedi poteſt, Paullum multa, qvae ad hiſtoriam Chriſti pertinent, ab aliis Apoſtolis accepiſſe, cf. Act. 9, 28. licet ab ipſo Chriſto immediate ad Evangelium praedicandum vocatus fuerit, Gal. 1, 11. 13.

Obiicitur qvoqve differentia ſtili; at haec non evincit, Paullum non eſſe auctorem. Nam ipſae epiſtolae Paulli, qvae exſtant, non eodem fluunt ſtilo, e. g. Ep. I. et II. ad Corinthios, et epiſtola ad Epheſios, et qvis neſcit unius eiusdemqve hominis ſtilum variis temporibus varium eſſe, qvod cum ex aliis cauſſis, tum vero praecipue ex argumenti, qvod tractatur, varietate accidere ſolet? Hinc qvoqve illa, qvam deprehendimus in Threnis et prophetia Ieremiae, diverſitas. Immo obiicitur, hanc epiſtolam nomen Paulli, ut reliqvas,

liqvas, non praefixum habere; at qvamvis Paullus ſoleat nomen ſuum praeponere, nuſpiam tamen illud ſignum epiſtolarum ſuarum facit, ſicut clauſulam illam 2 Theſſ. 3, 17.

III. Priſcis temporibus de divina huius epiſtolae origine dubitatum fuiſſe, tradidere patres nonnulli, qvi eam propterea ad *ἀντιλεγόμενα* referunt. Sed nobis qvidem praeter *haereticos*, ſectae furore correptos, deliberato conſilio dubitaſſe videtur nemo; immo qvicqvid de hac re ſtatuerint patres, id omne ab *auctoris obſcuritate*, ipſiusqve libri *raritate* repetendum exiſtimamus, vel a ſermonis graeci inſolentia, qvo offenderentur, qvi ad Hebraeos hebraice ſcribendum fuiſſe arbitrarentur, vel deniqve *a genere dicendi, formulisqve divinae Apoſtoli auctoritati non conſentaneis.* At eccleſia Orientis perpetuo conſenſu hanc epiſtolam canonicam eſſe exiſtimavit, et qvanqvam in eccleſia Latina a qvibusdam de auctoritate canonica huius epiſtolae dubitatum fuerit, tamen ſaeculo qvinto publice pro canonica agnita eſt. Nam Synodus Carthag. III. illam Paullo tribuit, et inter canonicos libros retulit, cui Synodo Auguſtinus interfuit. Praeterea etiam ante hanc Synodum inter veteres Latinos non defuerunt, qvi eam tuerentur. Vide S. R. Moldenhaweri Introductionem in libros Canonicos N. T. p. 333 ſeqv. et B. C. F. Schmidii Prolegom. in Epiſt. ad Hebraeos.

IV. Scripta eſt haec epiſtola a Paullo lingva non hebraica, ſed graeca. Nam 1) loca V. T. in ea citantur non tam ex fontibus hebraicis, qvam verſione LXX Interpretum Cap. 10, 5. ſeqv. Hebr. 10, 38. coll. Hab. 2, 4. Cap. 11, 21. Cap. 12, 6. 2) Auctor nomina hebraica Melchiſedech et Salem interpretatus eſt, et tranſtulit in lingvam graecam. 3) Stilus ſapit eloqventiam graecam; nam elegantiſſimis graecae lingvae formulis et paronomaſiis abundat, paronomaſiae autem ex alia

lingva

lingva in aliam, qvam interpres adhibet, nunc prorſus non, nunc difficulter transferri imitando poſſunt. 4) Cap. 9, 16. 17, tale nectit argumentum, qvod qvidem ex ſignificatione τῆς διαθήκης, at non ex notione hebraici verbi בְּרִית fluit. Scripſit qvidem Paullus ad Hebraeos, inter omnes autem conſtat, lingvam graecam illo tempore Iudaeis notiſſimam fuiſſe, et qvis neſcit Iacobum, Petrum et Iohannem lingva non hebraica, ſed graeca ad Hebraeos ſcripſiſſe? Referunt qvidem Clemens Alexandrinus apud Euſebium Hiſt. Eccl. Libr. VI. Cap. 14. Theodoretus praefatione commentarii in epiſtolam ad Hebraeos Tom. II. p. 179. Paullum hebraice ſcripſiſſe, at nullus illorum teſtatur, textum hebraeum a ſe viſum eſſe, et Hieronymus praefatione in IV. Evangeliſtas ad Damaſum, Tom. III. p. 21. de novo, inqvit, teſtamento loqvor, qvod graecum eſſe non dubium eſt, excepto Matthaeo.

V. Qvaeritur porro, qvando ſcripta et unde?

a) B. C. F. Schmidius in prolegom. in Epiſt. ad Hebraeos reſpondet: Scripta eſt anno Dion. 58. in parte Italiae Siciliae finitima, in qvam Paullus, cum e vinculis prioribus Romae dimiſſus eſſet, ſe contulerat. Nam in ipſa, inqvit, epiſtola meminit vinculorum, in qvae coniectus fuerat Cap. 10, 34. et certe Cap. 13, 19. ubi hortatur Hebraeos ad preces faciendas, hoc uſus argumento: ἵνα τάχιον ἀποκαταςαθῶ ὑμῖν, ut citius vobis reſtituar; non qvod etiam tum vinculis detineretur, (Paullus enim, qvum eſſet in carcere, non pro libertate recuperanda, ſed pro fiducia in Deo collocanda et παῤῥησίᾳ orare iuſſit fideles, Eph. 6, 19.) iisqve liberari cuperet, ſed qvod, qvamvis e vinculis dimiſſus, variis impedimentis prohiberetur, qvo minus ad eccleſias Aſiae minoris ſatis cito rediret. Meminit porro τῶν ἀπὸ τῆς Ἰταλίας Hebr. 13, 24. apud qvos tunc commorabatur; et ſic qvoqve ὑπογραφὴ,

qvam Patribus debemus, recte qvidem asserit de epistola nostra, qvod πρὸς Ἑβραίους ἐγράφη ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. At falsum est, qvod additur: διὰ Τιμοθέου, cui opinioni repugnant verba Paulli Hebr. 13, 23. Timotheus tunc sine dubio a Paullo fuerat in Macedoniam missus; nam id promiserat Apostolus Philippensibus, Phil. 2, 19. Eandem sententiam S. R. Moldenhawerus in introductione in Libr. Can. N. T. p. 338. defendit. „Scripta est, inqvit, haec epistola post vincula priora, cum Paullus, Roma egressus, in Italia commoretur, Cap. 13, 23. 24. Nam non loqvitur de vinculis, tanqvam de re adhuc praesenti, sed de iam praeterita Cap. 10, 34. et cuilibet notum est, eum vinculis posterioribus non solutum fuisse; spem qvoqve facit adventus sui Cap. 13, 23. meminit l. c. Timothei, qvi in vinculis posterioribus neutiqvam a latere Paulli fuit; et mentionem facit tabernaculi et cultus Levitici, tanqvam tunc adhuc subsistentis Cap. 8, 4. 13. Cap. 9, 25. Cap. 10, 11. Cap. 13, 10. 11. Sane, si Hierosolymorum urbs iam vastata fuisset, et exercitium cultus Levitici desiisset, Paullus id non praeteriturus fuisset, siqvidem toties de abrogatione cultus Levitici perorat, Cap. 8, 7. 13. Cap. 9, 10. Cap. 10, 1. 9. et scopus eius fuit, Iudaeos adversus relapsum ad cultum Leviticum praemunire Cap. 10, 38. 39. Cap. 12, 3. Cap. 13, 9. 13. Qvae cum ita sint, scripta est haec epistola anno aerae vulgaris LXIII.“

b) S. R. Noesseltus anno 1769. disputationem edidit eruditissimam, de tempore, qvo scripta fuerit Epistola Paulli ad Hebraeos, deqve Hebraeis, qvibus scripserit; in qva Vir Doctissimus ostendit, epistolam hanc probabiliter scriptam esse non in *Italia*, sed *Corinthi*, non post vincula, in qvibus *Romae*, sed in qvibus *Philippis* fuerit, et qvidem brevi tempore post discessum Paulli ex Athenis, cum Corinthum se contulisset, ibiqve τοὺς ἀπὸ Ἰταλίας ἐληλυθότας, scilicet Aqvilam et alios

alios Iudaeos, imperante Claudio, ex urbe Roma eiectos inveniſſet, Act. 18, 1. 2. Horum deinde meminit in fine epiſtolae Cap. 13, 24. Nam planum eſt, per τὲς ἀπὸ Ἰταλίας non eos, qvi in Italia degerent, ſed eiusmodi homines, qvi ex Italia in Graeciam veniſſent, eſſe intelligendos. Inde etiam probabilis ratio repeti poteſt, cur haec epiſtola ſerius a Latina, qvam a Graeca eccleſia publice agnita et inter libros canonicos relata fuerit. Non enim auſim dicere, Novatianam haereſin, qvae dicto Hebr. 6, 3. abuteretur, eccleſiam Latinam impediviſſe, qvo minus hanc epiſtolam Canonicam vocaret, ſed vera cauſſa latuit ſine dubio in ipſius libri raritate, inter Latinos a loco ſcriptionis remotiores ſerius ceſſante, atqve in auctoris obſcuritate.

VI. Miſit Paullus hanc epiſtolam

a) ex mente S. R. Moldenhaweri et B. C. F. Schmidii ad eccleſiam, qvae illo tempore ex Iudaeis Ieſu Chriſto collecta fuit, Cap. 1, 1. Cap. 3, 1. et qvidem ex Iudaeis in Syria, Ponto, Galatia, Cappadocia, Aſia, et Bithynia degentibus, ceu patet ex 2 Petr. 3, 15. coll. 1 Petr. 1, 1. 2 Petr. 3, 1. Sunt, qvi putant, Paullum ad Iudaeos Hieroſolymitanos hanc epiſtolam miſiſſe, obſtat autem laudatum dictum Petri, obſtat qvoqve Hebr. 6, 10. 11. Nam inter omnes conſtat, res illorum, qvi Palaeſtinam incoluerunt, adeo afflictas fuiſſe, ut illi, qvi extra hanc regionem degerent, neceſſe habuerint inopiam illorum ſublevare. Act. 11, 29. Gal. 2, 10. Rom. 15, 25. 26. Qvod autem ad ſtatum externum et internum huius eccleſiae attinet, ex ipſa epiſtola patet, 1) qvod graviſſimis afflictionibus preſſa fuerit; nam permittentibus Romanis praeſidibus Iudaei converſos ceu apoſtatas perſecuti ſunt, et bonis ſuis ſpoliarunt, Cap. 10, 32—34. 36. Cap. 13, 13. 2) qvod non pauci iſtius eccleſiae cives in animum induxerint, Chri-

ſtum deſerendo, cultum Leviticum amplecti Cap. 3, 6. Cap. 5, 12. Cap. 6, 11. Cap. 10, 23. 25. Cap. 12, 1. 12. Cap. 13, 9. procul dubio, qvia cultui Levitico a teneris adſveti fuerunt, ob fidem in Chriſtum duriſſima qvaeqve paſſi ſunt, obſervantia cultus Levitici ſevere a Deo mandata fuit, Iudaei increduli invicta pertinacia fidei in Ieſum reſtiterunt, et cultus Leviticus adhuc Hieroſolymis viguit. Qvodſi conferas inter ſe epiſtolas ad Hebraeos et Galatas, tanta apparebit argumenti ſimilitudo, ut mox tibi in mentem veniat Galatas ipſos in iis eſſe, ad qvos pertineat epiſtola ad Hebraeos. Poſtqvam enim Apoſtolus novem, et qvod excurrit, annis eos haud viderat, urget eorum inſcitiam, qvi tanto temporis intervallo haud melius ſapere didicerint, Hebr. 5, 12. etc. adeo, ut nonnulli Chriſtum angelis inferiorem credant, et ad legem veterem redeant, eo praetextu uſi, qvod per angelos data ſit lex, Hebr. 2, 2. coll. Gal. 3, 19. Oſtendit itaqve Chriſtum angelis, Moſe et Aarone longe praeſtare, qvum ipſe ſit Dominus, exprobratqve Hebraeis profanam levitatem in religione negligenda, *ἥτις ἀρχὴν λαβȣ̃σα λαλεῖσϑαι διὰ τȣ̃ Κυρίȣ, ὑπὸ τῶν ἀκȣσάντων εἰς ὑμᾶς ἐβεβαιώϑη*, qvae religio ab ipſo Domino in Iudaea primum tradita, deinde per eos, qvi illum coram audiviſſent, ipſis qvoqve Paulli popularibus, i. e. Hebraeis Aſiae minoris, ad haec usqve tempora confirmata fuerit, Hebr. 2, 3. Cf. Gal. 3, 1. 2. 3. Controverſiam de apoſtolica ſua dignitate Gal. 1, 1. vitat in epiſtola ad Hebraeos, ita, ut nec inſcriptionem, nec nomen ſuum libro praefigat; ſed in univerſa epiſtola id agit, ut Iudaiſmum prorſus antiqvet, et *κήρυγμα* N. T. ad *ἀκμὴν* et ſummum faſtigium perducat, demonſtranda divina Chriſti maieſtate, qva munera omnia, et explicandis typis, qvibus reſpondit Chriſtus, ita, ut appareret, nullam fuiſſe ſub lege expiationem per-

perfectam, ſed umbram futuri, ipſeqve eſſet ſacerdos aeternus, per Melchiſedecum typice praefiguratus.

b) S. R. Noeſſeltus in diſputatione ſupra laudata docuit, hanc epiſtolam ſcriptam eſſe ad Chriſtianos ex Iudaeis in Macedonia et in primis Theſſalonicae degentes. Provocat ad magnam ſimilitudinem, qvae intercedat inter primam ad Theſſalonicenſes, et inter hanc ad Hebraeos epiſtolam, atqve oſtendit multa ſingularia, qvae in epiſtola ad Hebraeos deprehendantur, his Iudaeis optime convenire. Qvae ſententia a S. V. Erneſtio probatur, totaqve haec Viri Doctiſſimi diſputatio praeclaris elogiis ab illo ornata de meliore nota commendatur. Vid. Bibl. X. p. 671. ſeqv.

CAP. I.

1. Πολυμερῶς, multifariam. Πολυτρόπως, multis modis. Prius vocabulum *varias doctrinae partes* antiqviſſimis temporibus revelatas, poſterius *diverſas ſpecies revelationis divinae*, qvae contigit per *viſa*, *ſomnia*, *ſpecies obiectas et ſenſus qvosdam in animo*, exprimere videtur. Caeterum ſolent Graeci iſta adverbia coniungere, ſi de arte muſica ſermo ſit. Πάλαι, olim, h. l. denotat univerſum tempus V. T. Πατέρες, maiores. Ἐν, per. Reſpondet praefixo ב. Προφήτης, h. l. denotat qvemlibet *doctorem divinum, qvi afflatu Spiritus S. loqvitur*. Ἔσχαται ἡμέραι, poſthaec. J. h. l. initia N. T. Υἱὸς Θεοῦ, filius Dei. Nemo, niſi cupiditati nimium indulſerit, legenda epiſtola ad Hebraeos Cap. 1, 2. 5. et 4, 14. de eminentiore vocis υἱὸς Θεοῦ (ſecundum qvam Χριστὸς et υἱὸς Θεοῦ non ſunt

 mera

Cap. 1, 1. Ἐσχάτων eſt gloſſema lectionis difficilioris ἐσχάτου, qvae a V. Griesb. in textum recepta eſt.

mera ſynonyma) ſignificatione dubitare poterit. Inde vero ſimul efficitur hoc, cum mutatae ab Apoſtolo in aliqvam partem ſententiae nec veſtigia ulla ſint, nec ratio fere cogitari poſſit, caeteris locis Paullinis, qvibus idem nomen, etſi nude nullaqve addita explicandi formula, occurrit, ut in noſtra epiſtola ſaepius Cap. 2, 20. Cap. 4, 4. 6. eodem eminentiore ſenſu *de divina qvadam Servatoris natura* eſſe interpretandum. Cf. V. Koppii Exc. III. poſt. Epiſt. ad Gal. p. 94.

2. Τίθημι, facio, conſtituo. Heſychius ἔθηκεν, ἐποίησεν. J. Κληρονόμος, dominus. J. in voce κληρονομεῖν. Πάντων, univerſi. Αἰῶνες, mundus. O. 2. δ. J.

3. Ἀπαύγασμα, ſplendor. Heſychius ἀπαύγασμα, ἡλίου φέγγος. Exprimit enim perfectiſſimum Iridis aut ſolis repercuſſi ſplendorem, unde ducitur haec metaphora Paulli. Ἀπαύγασμα τῆς δόξης, qvi maieſtatem divinam perfectiſſime refert. Χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, ſimillimus naturae patris ſ. eius imago. Ὑπόστασις eſt *natura* ſ. *perſona*. Χαρακτὴρ Heſychius explicat ὁμοίωσις. Eſt proprie nota nummo impreſſa. E. Qvibusdam metaphora deſumta videtur ab imagine ſigillo expreſſa, prototypon per omnia referente; ab Eraſmo χαρακτὴρ vertitur forma expreſſa ex alio. Gl. Ph. 983. Φέρω, guberno. Neqve tamen φέρειν h. l. tantummodo denotat *regere*, *praeeſſe*, immo ad ipſam qvoqve conſervationem pertinet, debetqve verti *ſuſtinere*, ſuſtentare. Hanc notionem habet ex hebraiſmo. Nam populus carnes poſtulaverat, qvum Moſes diceret: οὐ δυνήσομαι ἐγὼ μόνος φέρειν τὸν λαὸν τοῦτον, Num. 11, 14. Cf. Eſ. 46, 4. J. Τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως pro τῷ ῥήματι δυνατῷ. O. 5. Φέρων — αὐτοῦ, der alles durch kraeftige Befehle verwaltet. M. Δι' ἑαυτοῦ — ὑψηλοῖς, poſtqvam ipſe remiſſionem

pecca-

peccatorum nobis acqvisiverat, evectus est ad maiestatem summam. Καθαρισμὸς, purgatio, expiatio. Ἐκάθισεν — γενόμενος, est participiorum hypallage pro *καθίσας ἐν ὑψηλοῖς*. Ἐγένετο κρείττων, cum sederit in coelo, factus est (qva humanam naturam) vel declaratus est, esse maior angelis. B. Δεξιᾶ τῆς μεγαλωσύνης, dextra magnitudinis, i. e. Dei excelsi et magni. Adiunctum positum est pro subiecto. B. J. in voce *δύναμις*. Ἐν ὑψηλοῖς (τόποις,) in summo coelo, infra Cap. 8, 1. *ἐν τοῖς ἐρανοῖς*. Ἐκάθισεν (ἑαυτὸν) — ὑψηλοῖς, mit Gott herrschet. M.

4. Κρείττων, i. e. *μείζων*. Διάφορος, ὁ, ἡ, excellens. Παρὰ, uti מִן praefixum comparativum usurpatur, h. l. denotat *prae*. Κληρονομέω, adipiscor. J. Ὄνομα, de summa maiestate et dignitate filii dictum. Cf. Phil. 2, 9. 10.

5. Υἱός — σε, his verbis pater Christo, futuro homini, (ὄντι ἐν τῇ ὀσφύϊ τȣ͂ Δαβὶδ, Hebr. 7, 10.) pollicetur regnum aeternum, propterea qvod maiestatis suae substantialis et aeternae per naturam divinam (vid. infra Cap. 3, 6.) particeps sit. Utitur enim Paullus Act. 13, 33. his ipsis verbis ad demonstrandam summam filii Dei auctoritatem, et regnum aeternum ipsi promissum, cuius capessendi caussa non potuerit non resuscitari. Nec alia de caussa haec verba affert infra Paullus Hebr. 5, 5. nisi, ut doceat eundem filium, cui summum a Patre imperium sit tributum, ab eodem patre etiam Pontificem aeternum constitutum fuisse. Et sic qvoqve Ps. 2, 7. unde petita sunt, ubi verba hebraica non possunt secundum lingvae indolem aliter verti nisi sic: Ego Messias docebo qvod res est: Iehova pater dixit mihi humanam naturam assumturo: tu es filius meus, ego aeternum te genero, et propter hanc coniunctionem humanae et divinae naturae tribuam

tibi regnum perpetuum. In phrasi בְּנִי אַתָּה consentiunt veteres Iudaei omnes proprie sumendum; esse *de filio ex ipsa patris natura genito*, ut frustra sint, qvi hic afferant exempla de angelis Iob. 1, 6. Cap. 2, 2. qvibus pariter *filiorum Dei* nomen tribuatur, sed, qvod boni omnes fatentur, non propter *generationem*. Σήμερον in Psalmo denotat *aeternitatem perpetuam*. Sic Iudic. 11, 27. dicitur Deus iudicare הַיּוֹם. J. Ἔσομαι εἰς πατέρα, Grotius qvum haec proprie de Salomone dicta crederet, ל praefixum vertit *vice* contra lingvae indolem, est enim ἔσομαι εἰς πατέρα pro ἔσομαι πατήρ. O. 39. Cf. 2 Sam. 7, 14. qvae verba Paullus de sententia omnium Iudaeorum proprie de Christo, nullo modo de Salomone interpretari potuit. Qvicqvid enim in personis V. T. non evenerat proprie, id ad Messiam pertinere, omnes intellexerunt Iudaei. Nec aliter se res habet Ps. 89, 27. 28.

6. Εἰσαγάγῃ, introduceret, h. e. introducendo prophetaret. Vox autem πάλιν arguit, in duobus praecedentibus locis contineri prophetias de inducendo Christo in orbem terrarum, seu de ipso exhibendo. O. 14. Gl. 218. Wenn er im 97 Psalm erklaert, dass es einen Herrn der Welt gebe, und wer dieser sey. M. Πρωτότοκος, filius summus. J.

7. Πρὸς, de. Sic qvoqve אֶל in usu est Hebraeis, vertiturqve περὶ Gen. 20, 2. Ὁ ποιῶν — φλόγα, utitur angelis suis ut ventis, et ministris suis ut fulguribus. Ad πνεύματα et φλόγα supple ὡς, uti in procemio Charact. Theophrasti: Οἷς (ὡς) παραδείγμασι χρώμενοι. F.

8. Πρὸς, de. Ὁ θεὸς, o Deus. (Ἐστὶ) εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, imperium tuum est aeternum. Ῥάβδος, sceptrum, h. l. administratio regni. Ῥάβδος

εὐθύ-

εὐθύτητος, ſceptrum rectum. O. 5. Exprimit iuſtiſſimam regni adminiſtrationem.

9. Ἀνομία, iniqvitas, iniuſtitia. Δικαιοσύνη, aeqvitas, iuſtitia. O. 1. Χρίω, regem conſtituo. J. בְּשֶׁמֶן שָׂשׂוֹן, lautis ungventis, i. e. ſplendore et gloria, qvalis decet regem ſummum, Deus te conſtituit regem ſummum, ut prae omnibus aliis regibus de tua maieſtate gaudere poſſis. Μέτοχος, ὁ, ἡ, particeps, h. l. μέτοχοι ſunt *amici*, qvi ſplendore et dignitate eminent, et hoc qvidem loco *reges* et *ſacerdotes*, qvi pariter uncti fuerunt, ob muneris umbram. Qvare Symmachus h. l. iſtam vocem non male interpretatur per ἑταίρους, uti etiam LXX. Cantic. 1, 7. Sic ipſe Iohannes propheta ſe vocat φίλον τοῦ νυμφίου, Ioh. 3, 29. Intelligendi itaqve ſunt amici ſplendore et dignitate aeterna inſignes, inter qvos infinita gloria eminet Chriſtus. Veniunt in ſocietatem regni et ſacerdotii Chriſti, per imperium, et ius Deum adeundi ipſoqve fruendi. Cf. Apoc. 5, 10.

10. Κατ' ἀρχὰς, ſic optime לְפָנִים οἱ ὁ vertꝫerunt, in principio omnium rerum. Θεμελιόω, exſtruo. Sic hebraicum יָסַד uſurpatur. Τῶν χειρῶν ex hebraiſmo redundat. O. 34.

11. Παλαιοῦμαι, veteraſco ut veſtis detrita, aboleor. Eadem metaphora occurrit Eſ. 51, 6. Coeli, eorumqve lux ſunt qvaſi veſtis Dei Pſ. 104, 2.

12. Περιβόλαιον, veſtimentum. Ἑλίσσω, complico, eademqve metaphora recurrit Apoc. 6, 14. Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, tua vero natura eſt omnis mutationis expers. Cf. infra Cap. 13, 8. Τὰ ἔτη, h. l. denotat *vitam*. Τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι, vita tua nunqvam abſol-

Cap. 1, 12. Ἑλίξεις eſt vera lectio. Ἀλλάξεις in paucis Codd. per gloſſema videtur expreſſum. E.

abſolvetur. Sic Prov. 5, 9. ita verti debet: ne tradat (meretrix) aliis gloriam tuam et שְׁנָתֶךָ vitam tuam crudelibus. Caeterum ἐκλείπειν ſimili modo occurrit in formula ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐν αὐτοῖς ἐξέλιπε. Pſ. 107, 5. et de hominibus dictum denotat *mori* Luc. 16, 9.

13. Πρὸς τίνα — ποτε, cui tandem. Κάθȣ ἐκ δεξιῶν μȣ — ποδῶν σȣ, ſede, rex, in throno meo in aeternum; eqvidem poteſtati tuae ſubiiciam hoſtes tuos usqve. Du ſollſt mit mir herrſchen. M. Cf. infra Cap. 10, 11. 12. Ἕως, a) usqve ad. Cf. 1 Cor. 15, 24. 25. 26. M. b) h. l. non limites temporis definit, ſed ex hebraiſmo *continuationem rei* denotat, uti Gen. 28, 15. B. Schmid.

14. Λειτȣργικὸς, ὴ, ὸν, ad miniſterium pertinens. Μέλλειν. O. 26. Σωτηρίαν κληρονομεῖν, a) felices fieri. M. b) liberari. Διὰ σωτηρίαν, eorum cauſſa, qvibus liberatio contingere debet, ut Danieli in fovea.

CAP. II.

1. Διὰ τȣ̃το — ἡμᾶς προσέχειν, per κοίνωσιν Paullus ſemet ipſum amice accenſuit illis, ad qvos dedit epiſtolam. Παραῤῥυῶμεν, a) pereamus. Παραῤῥυῆναι (non παραῤῥύειν, ut Vir qvidam doctus in commentario ſuo in epiſt. ad Hebr. habet) tropice ut διαῤῥυῆναι *perire* notat. Chryſoſtomus explicat: ἀπολώμεθα, ἐκπέσωμεν. E. B. IV. p. 916. b) ne praeterfluamus, poteſt eſſe: *ne audita praeterfluant* ac fruſtra audiantur. Sed et ſine Hypallage, *ne praetereamus*, excidamus et privemur felicitate, qvam nobis affert. B. Ph. 266. Legitur hoc verbum Prov. 3, 21. eodem ſenſu: בְּנִי אַל־יָלֻזוּ מֵעֵינֶיךָ, ne recedant ab oculis tuis praecepta mea (metaphora ab aqvis ducta, qvas tum in vas ingerere velis, ob inadvertentiam praeterlabi ſinas,)

LXX.

LXX. *υἱὲ μὴ παραῤῥυῇς*· ad qvem locum pertinet glossema Hesychii: *παραῤῥυῇς, μετεωρισθῇς, παραπέσῃς*. Eandem formulam hebraicam Prov. 4, 21. Symmachus reddit: *μὴ παραῤῥυησάτωσαν ἐξ ὀφθαλμῶν σου*. Hunc sensum etiam exprimit Auctor Cel. elegantissimae versionis Germanicae qvae an. 1776. edita est Lipsiae: Damit wir nicht darüber hingleiten, i. e. nicht leichtsinnigen Gebrauch davon machen.

2. Δι᾽ ἀγγέλων, non prophetas, doctores, et sacerdotes, sed proprie angelos esse intelligendos, docet contextus. Adfuit sc. Deo legislatori comitatus angelorum in monte Sina Deut. 33, 2. eorumqve ministerium continebatur tubae clangore, tempestate subito effecta, editisqve vocibus, qvae verba legis pronuntiarent in aëre. Cf. Act. 7, 53. Gal. 3, 19. *Λόγος*, lex, opposita doctrinae N. T. *Βέβαιος*, rata, cuius minae non essent irritae. Gott hat fest darüber gehalten. M. *Μισθαποδοσία*, mercedis persolutio, h. l. poena.

3. Σωτηρίας, doctrinam de Christo *ἐμφατικῶς* opponit legi. *Σωτηρία*, salus, i. e. via et praesidium salutis. Effectum pro instrumento positum est. B. Ph. 237. *Λαλέω*, doceo. *Ἐις ἡμᾶς ἐβεβαιώθη*, a) inde a primo initio usqve ad haec nostra tempora perpetuo miraculorum testimonio confirmata fuit, et hac qvoqve ex parte praestat lege. b) *Ἐις ἡμᾶς* pro *ἡμῖν*. *Βεβαιοῦν*, docere, et qvidem modo assensum merente. B. Ph. 200.

4. Συνεπιμαρτυρεῖν, una testimonium perhibere, beglaubigen. M. *Πνεύματος — μερισμοῖς*, Spiritus S. divisionibus i. e. donis, muneribus. Est metonymia antecedentis pro conseqvente. B.

5. Ὀυ γὰρ — μέλλουσαν, neqve enim angelos in N. T. praefecit regundo novo salutis ordini. *Ὀι-*

κουμένη

κεμένη μέλλεσα et *βασιλεία τῶν ἐρανῶν*, h. l. videntur esse synonyma, neue Einrichtung. M.

6. Δὲ, immo vero, potius. Πε, alicubi, encl. Τὶς (*προφήτης*.) Is est Davides Ps. 8, 5. *Διαμαρτύρομαι*, doceo. J. *Υἱὸς ἀνθρώπε*, nihil aliud est, qvam simplex *ἄνθρωπος*. O. 34. *α*. *Ἐπισκέπτεσθαι*, uti hebraicum פָּקַד denotat *visere* vel *castigandi* vel *benefaciendi* caussa, h. l. beneficiis afficere. J.

7. Ἐλαττόω, facio aliqvem inferiorem. *Βραχύ τι* (*διάστημα*,) paullulum. *Παρ᾽ ἀγγέλες*, magis qvam angelos. *Στεφανόω*, corono, abunde orno. Χειρῶν. O. 34.

8. Ποδῶν O. 34. *Ἀνυπότακτος*, *ὁ*, *ἡ*, non subjectus. *Νῦν δὲ ὅπω — ὑποτεταγμένα*, et v. 9. *Τὸν δὲ — βλέπομεν Ἰησεν*, a) Nun sehen wir aber ja noch nicht, daſs ihm (dem Menschen überhaupt) alles unterworfen ist, (es ist noch an keinem einzelnen Menschen im strengsten Verstande eingetroffen;) an Iesu hingegen, (der auch ein Mensch war,) der etwas tiefer als die Engel gesetzt war, sehen wir, daſs er nach erlittnem Tode geehret und verherrlichet ist. Iesus et alii homines sibi invicem opponuntur. Ostendit sc. Paullus, ea, quae laudavisset, dicta, in nullum alium hominem sensu strictissimo cadere nisi in Christum, atqve hunc unicum hominem etiam universi hujus factum esse dominum, valere itaqve sensu maxime proprio ea tantum de Christo, qvae Davides de toto genere humano universe pronuntiasse videretur. M. b) Et qvanqvam nunc qvidem nondum omnia ipsi subiecta sint, summi tamen imperii majestas ei tributa

Cap. 2, 9. *Χάριτι*. E. praefert lectionem *χωρὶς*, *ὅπως — θανάτε*, ut pro conseqvendo, praeter Deum, in omnes res imperio, mortem ad breve tempus experiretur.

buta eſt, futurae ſubiectionis certiſſimum argumentum. Chriſtus Satanam vicit morte ſua Act. 8, 33. Hebr. 2, 14. mortem vicit reſurrectione ſua 2 Tim. 1, 10.; adeoqve ſibi comparavit imperium in mortuos omnes, Rom. 14, 9. Sed reliqvum adhuc eſt, ut aeternum ab omni hoſtium poteſtate liberet fideles, detrudendo in tartara Diabolo, Apoc. 20, 10. et deſtruenda morte per reſurrectionem totius generis humani, 1 Cor. 15, 26. 54. 55. et removendo peccato, Matth. 13, 41. 42. Βλέπομεν, conſtat, novimus, accepimus ſc. conſiderando verba Pſalmi laudati. V. B. C. F. Schmid. Comm. Διὰ τὸ πάθημα τȣ̃ θανάτȣ, poſtqvam mortem paſſus erat; et v. 10. Deus illum dicitur τελειῶσαι, ad gloriam evexiſſe, διὰ παθημάτων per, i. e. poſt calamitates et mortem. Mihi tamen et in priori cauſſa qvaedam, cur Chriſtus, qva humanam naturam, evectus fuerit, et in poſteriori qvaſi meditatio qvaedam et exercitatio e v. 18. et Cap. 5, 8. ἔμαθεν, quod hic ſignificat *exercuit* ut Ieſ. 2, 4. itidem humanae naturae, indicari videtur. B. Ph. pag. 135. Ὅπως χάριτι — θανάτȣ, haec verba parentheſi includenda ſunt. (Er litte aber den Tod, um für alle zu ſterben: worinnen ſich die göttliche Gnade zeiget.) M. Γεύεσθαι θανάτȣ, mori. O. 41.

10. Ἔπρεπε, i. q. alias ἔδει, Luc. 24, 26. E. Δι᾽ ὃν, propter qvem. Δι᾽ ȣ̃, per qvem. Ὁ Ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας, auctor et dux felicitatis aeternae. Verba εἰς δόξαν ἀγάγοντα coniungenda ſunt cum verbis τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν; deleatur itaqve comma poſt ἀγάγοντα. Τελειῶσαι, a) idem ſignificat qvod praecedens εἰς δόξαν ἀγαγεῖν. E. B. VI. 8. zur höchſten Stuffe der Ehre erheben. M. b) i. q. ἁγιάζειν, conſecrare, qvo ſenſu τελειῶσαι reſpondet hebr. מִלֵּא, qvod de conſecratione pontificis habes, Exod. 29, 33. Cf. Ioh. 17, 19. Hebr. 7, 24. 25. 28. B. Schmid.

11. Ἁγιά-

11. Ἁγιάζων, a) auctor remissionis peccatorum. M. b) pontifex. Ἐξ ἑνὸς (πατρὸς) πάντες (εἰσὶ,) a) unius patris (Abrahami) sunt posteri. b) Beyderseits sind sie Gottes Kinder. M. Qvi de Deo explicarunt hanc formulam, angelos addere tenentur, qvi tamen removentur v. 16. Immo urget Paullus legem, qvae iubebat Pontificem M. sumere e fratribus suis Lev. 21, 10. Cf. infra Cap. 5, 1. Convenit id pariter Iesu. B. Schmid. Adde qvod infra v. 16. τȣ̃ σπέρματος Ἀβραάμ mentio fiat. Cf. Matth. 3, 9. Ἀπαγγέλλω, celebro. Μέσῳ. O. 34.

12. Ὑμνέω, laudo. Effecit autem Dominus per Apostolos et doctores ecclesiae, ut palam celebraretur ipsius resurrectio gloriosa.

13. Ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς, ego illi confidam, Cf. Pf. 22, 23. Ef. 8, 17. 18. Πάλιν, deinde. Ἰδȣ̀ ἐγὼ — θεὸς, ecce ego et filii, qvos Iehova mihi dedit, (tradimus nos illi.)

14. Ἐπὶ — αἵματος, qvemadmodum liberi hi (de qvibus v. 13. sermo est) corpore mortali utuntur. M. vid. J. in voce σάρξ. Παραπλησίως, similiter. Chrysostomus: ȣ̓ φαντασίᾳ, ȣ̓δὲ εἰκόνι, ἀλλ' ἀληθείᾳ. Recte; nam infra dicit κατὰ πάντα v. 17. Ὁ κράτος ἔχων θανάτȣ, mörderischer Tyrann. M. qvi vim fecerat hominibus, ut iis moriendum esset; diabolus, qvi Ioh. 8, 44. ἀνθρωποκτόνος (occisor) dicitur, qvodammodo est auctor mortis. Ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας et ὁ κράτος ἔχων θανάτȣ invicem opponuntur.

15. Ἀπαλλάσσω, libero. Καὶ ἀπαλλάξῃ τȣ́τȣς, sc. ὑιȣ̀ς, qvos σπέρμα Ἀβραάμ vocat. Ἔνοχος, obnoxius, subiectus. Ἔνοχοι — δȣλείας, servis similes mortem meritis. Διὰ παντὸς τȣ̃ ζῆν, per omnem vitam.

16. Δήπȣ,

16. Δήπȣ, certe, profecto. Ἐπιλαμβάνομαι, auxilium fero. Ἐπιλαμβάνεται, i. q. ἀντελάβετο τȣ̃ παιδὸς Ἰσραὴλ αὐτȣ̃, Luc. 1, 54. E. I. pag. 177. B. N. II. p. 788. Οὐ γὰρ — ἐπιλαμβάνεται, etenim profecto non angelos vindicat, ſed Abrahamidas i. e. genus humanum, qvod in negotio redemtionis, ob promiſſionem Abrahamo datam, conſideratur tanqvam progenies Abrahami. Ἐπιλαμβάνεσθαι reſpondet h. l. hebr. גָּאַל notatqve vindicare, liberare, ἀπαλλάττειν v. 15. Sic Sirac. 4, 12. ἡ σοφία υἱȣ̀ς ἑαυτȣ̃ ἀνύψωσε, καὶ ἐπιλαμβάνεται τῶν ζητȣ́ντων αὐτήν. Qvi ἐπιλαμβάνεσθαι interpretati ſunt de aſſumenda humana natura, non angelica, (uti Theodoretus ad v. 17. p. 407. et inter recentiores Calovius) exemplorum auctoritate prorſus deſtituuntur, et tautologiam efficiunt, coll. v. 14. 17.

17. Ὅθεν, qvare. In hac epiſtola aliqvoties occurrit, in caeteris Paulli ſcriptis nusqvam legitur; extat tamen in oratione Paulli Act. 26, 19. Ὤφειλε, i. q. ἔδει. Luc. 24, 46. Ἐλεήμων, benignus. Πιςὸς, fidelis in exſeqvenda expiatione promiſſa. (Κατὰ) τὰ πρὸς τὸν θεὸν, in iis, quae ad Deum ſpectant. Ἱλάσκεσθαι, exprimit hebraicum כִּפֶּר quod *tegere*, *e conſpectu removere*, adeoqve etiam *expiare* denotat.

18. Ἐν ᾧ, a) qvia. M. b) qvum enim ipſe tentatus ſit per ea, qvae perpeſſus eſt. Schmid. Πέπονθε πειρασθεὶς pro ἐπειράσθη πεπονθὼς, eſt Participiorum Hypallage. B. Δύναται — βοηθῆσαι, opem laturus eſt iis, qvi tentantur ſc. qvi ad defectionem a Deo ſollicitantur, ut tunc erant tempora.

CAP.

CAP. III.

1. Ἀδελφοὶ significat gentem, ut in vaticinio Mosis de Messia Deut. 18, 15. *Προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου.* Κλῆσις *ἐπουράνιος* vocatur infra Cap. 11, 14. 16. *κλῆσις* ad *πατρίδα ἐπουράνιον.* *Κατανοήσατε*, attendite, qvis et qvantus sit. Τὸν *ἀπόστολον*, legatum a Patre missum, Ioh. 10, 36. Τῆς *ὁμολογίας ἡμῶν*, Chrysostomus *τουτέστι, τῆς πίστεως.* Deylingius Obss. P. I. p. 201. *ὁμολογίαν* interpretatur *sponsionem.* Ἀρχιερεὺς *τῆς ὁμολογίας ἡμῶν*, pontifex ille, qvi foedus nostrum cum Deo ratum fecit. Er hat gemacht, daſs Gott uns die verheiſsnen Wohlthaten ertheilen kann. M.

2. Πιστὸν — οἴκῳ αὐτοῦ, qvi fidelis fuit ei, a qvo in munere fuerat constitutus, qvemadmodum etiam Moses in universa gente eius regunda. *Ποιέω*, designo. Πιστὸς, fidelis in munere obeundo. בֵּית יְהוָה, gens Dei.

3. Πλείονος, Chrysostomus explicat *μείζονος.* Παρὰ, prae. Καθ' *ὅσον* — *αὐτὸν*, qvantum gente ipsa praestat conditor eius et dominus. Moses erat progenies *τοῦ οἴκου*, i. e. gentis Israeliticae. Christus in N. T. v. 6. est conditor et dominus gentis Dei. Cf. Zach. 6, 12. Matth. 16, 18. Nam *κατασκευάζειν* h. l. respondere hebraico בָּנָה, patet ex Hebr. 9, 2. 6. Cap. 11, 7. coll. 1 Petr. 3, 20. Cf. de sententia ipsa Eph. 2, 10.

4. Κατασκευάσας (ἐστὶ) Θεός.

5. Καὶ Μωσῆς μὲν (ἦν.) Ὁ θεράπων, famulus. Ἐις *μαρτύριον τῶν λαληθησομένων*, a) ut fidem conciliaret dicendis oraculis. S. b) Comparatio Christi cum Mose sic fluere videtur: Moses fuit famulus in domo Dei, Christus est ipse dominus. Dominus, qvi domum aedificat, maiorem in domo habet potestatem

et

et auctoritatem qvam famulus. Genitivus οἴκου v. 3. pendet a τιμὴν, non a comparativo πλείονα. Comparativus pertinet tantum ad Mosen, ut v. 5. opponuntur θεράπων et υἱὸς, qvi versus sine dubio explicatio praecedentium est.

6. Ἐάνπερ, si modo. Παῤῥησία καὶ καύχημα τῆς ἐλπίδος, spes plena fiduciae et gaudii. Μέχρι τέλους βέβαιαν, i. e. ἀκλινῆ in persecutionibus.

8. Ὁ παραπικρασμὸς, exacerbatio. Μὴ σκληρύνητε — παραπικρασμῷ, nolite pertinaces esse animo et duri, sicut Meribae, i. e. in loco, qvi a rixis et rebellione adversus Deum nomen habebat, Exod. 17, 7. Ipsa vox מְרִיבָה ab LXX vertitur μάχη Gen. 13, 8. At in Psalmo 95. consentiunt cum Paullo. Loqvitur hic ipse Messias.

9. Οὗ, ubi. Est proprie genitivus articuli ὃς, subaudiri debet τόπου cum praepositione ἐπὶ, ἐφ' οὗ τόπου. Ἐπείρασάν με, sc. Messiam, qvi hic loqvitur, is enim nube vectus duxerat Israelitas in desertis. Continebatur ista tentatio convitiis, qvibus inveheretur populus in benignitatem et sapientiam Christi ducis. Ἐδοκίμασαν, explorarunt me sc. expertes fiduciae, sie wollten mir nicht trauen. M. Καὶ, qvamvis. Καὶ εἶδον, qvamvis vidissent.

10. Προσοχθίζω, infensus sum. Hesychius: προσώχθισα, ἐμίσησα. Γινώσκω, revereor, probo. J. Ὁδοὶ, h. l. sunt consilia, qvae Deus in perficiendo opere suo v. 9. seqvebatur. J.

11. Ὡς, ita ut, adeo ut. Sic אֲשֶׁר denotat *ita ut*, *adeo ut*, 1 Sam. 3, 11. 2 Reg. 9, 37. et LXX in utroqve loco verterunt ὥστε. Ἐν τῇ ὀργῇ μου, iratus. O. 5. Ὀμνύω, (ὑμι,) iuro. De Deo dictum est *interposita maiestate divina aliqvid confirmare.* Similis locus est

Es. 62, 8. ubi securitatem pollicetur Deus, interposita omnipotentia sua. Ἐι, non. J. Ἐι εἰσελεύσονται — μου, non ingredientur terram promissam sc. Palaestinam, neqve qviete in his terris promissa fruentur.

12. Βλέπετε construendum cum διὸ, v. 7. denotat *cavete* uti 1 Cor. 8, 9. Μήποτε ἔσαι pro ᾖ, ne sit. O. 21. Καρδία πονηρὰ ἀπιστίας pro πονηρὰ καὶ ἄπιστος. O 5. mens scelesta et incredula. Explicandi vim habet Substantivum ἀπιστίας. O. 8. Ἐν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ θεοῦ, ut a Deo deficiat. Θεὸς ζῶν, Deus verus. Ita Deus ipse se discernere solet a Diis fictis gentilium.

13. Παρακαλέω, confirmo. Cf. Act. 20, 12. et 1 Cor. 14, 31. ἵνα πάντες μανθάνωσι, καὶ πάντες παρακαλῶνται, ut omnes discant s. in doctrina Christiana instruantur, et magis magisqve confirmentur. Ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται, qvamdiu *hodie* dicere licet, s. qvoad praesens tempus durat. B. Ph. 123. Σκληρυνθῇ, pertinax fiat et durus, ita ut veterem Iudaismum superbe anteferat doctrinae Christi. Hanc pertinaciam ὄγκον vocat infra Cap. 12, 1. Ἀπάτῃ, fraude. Dativus caussam reddit, qva ista induratio efficiatur. Ἀπάτῃ τῆς ἁμαρτίας pro ἀπάτῃ ἁμαρτολῷ, uti 2 Thess. 2, 10. ἐν πάσῃ ἀπάτῃ τῆς ἀδικίας, hoc est ἀπάτῃ ἀδίκῳ, in omni fraude iniusta.

14. Μέτοχος, ὁ, ἡ, consors. Μέτοχοι — Χριστοῦ, hac enim lege sumus familiares Christi. Ἀρχὴ ὑποστάσεως, fiducia primitiva. O. 5. Ὑπόστασις Chrysostomo est πίστις, δι' ἧς ὑπέστημεν καὶ γεγενήμεθα καὶ συνουσιώθημεν. Est synonymum vocis ἐλπὶς etiam apud LXX. qvi idem vocabulum תּוֹחֶלֶת, qvod *spem* et *fiduciam* denotat, modo vertunt ὑπόστασις, uti Ps. 39, 7. modo ἐλπὶς, uti Thren. 3, 18. cuius synonymum אָבְדָה תִקְוָתָהּ Es. 19, 5. vertitur ἀπώλετο ἡ ὑπόστασις αὐτῆς, periit fiducia eius.

15. Ἐν

15. Ἐν τῷ λέγεσθαι, dum dicitur. Nihil eſt, qvod reſpondeat verbis: ἐν τῷ λέγεσθαι· nam, qvae ſeqvuntur, μὴ σκληρύνητε rel. ſunt verba V. T. non Paulli; pendentque a σήμερον et ἐάν. Niſi forte bis intelligenda, ut Paullus qvoqve in mente habuerit, ea ἐν τῷ λέγεσθαι, *cum ergo hoc vobis dicitur*, nolite vos obdurare; paene ut tantum usqve ad ἀκούσητε ſint verba Davidis, reliqva Paulli. B. Ph. 277.

16. Παραπικραίνω, exacerbo, ad iram provoco h. l. rebellis ſum. Sic 1 Reg. 13, 21. Τίνες, ita legendum, uti v. 17. 18. qvod recte vidit Chryſoſtomus, non τινές. Bene locum noſtrum intellexit Syrus, qvi ſic interpretatus eſt: qvinam enim ſunt illi, qvi audiverunt et irritarunt illum? nonne omnes iſti, qvi ex Aegypto egreſſi ſunt? Similiter ἀλλ᾽ οὐχὶ occurrit, Luc. 17, 8. Ὀυ pro οὐχὶ freqvens eſt, v. c. Matth. 6, 30. 7, 22. Οἱ ἐξελθόντες ἐξ Αἰγύπτου διὰ Μωσέως, egreſſi per Moſen, i. e. educti. Eſt relatorum permutatio, cum pro eo, qvod *alter* fecerit, ponitur id, qvod *per illud in altero* efficitur, et contra. B. Ph. 258. 259.

17. Τὸ κῶλον, membrum, artus, per Synecdochen, *corpus*, h. l. κῶλον exprimit hebraicum פֶּגֶר, cadaver apud LXX. in minis Dei Num. 14, 29. Ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ πεσεῖται τὰ κῶλα ὑμῶν, adde ibidem v. 32. 33. Syrus bene: cadavera veſtra corruent in hac ſolitudine. Unde פֶּגֶר, κῶλον, de *idolis* dicitur cum abominatione Lev. 26, 30.

19. Δι᾽ ἀπιστίαν, propter incredulitatem.

CAP. IV.

1. Καταλειπομένης ἐπαγγελίας, qvum reliqva ſit promiſſio; hoc urget v. 6. dum dicit ἀπολείπεται εἰσελθεῖν, et ſic qvoqve v. 9. Da nun die Verheiſſung, daſs ſie zur Ruhe gelangen ſollten,

 noch

noch nicht erfüllt ist. M. Israelitae ex Aegypto profecti Palaestinam non ingressi sunt. Inde colligitur, posse ac debere alios hanc qvietem (i. e. felicitatem hac promissa qviete adumbratam,) conseqvi. Δοκέω h. l. facit periphrasin verbi ὑςερηκέναι, et pleonastice ponitur. O. 26. Δοκῇ ὑςερηκέναι idem est qvod ὑςερήσῃ. Ὑςερέω, deficio, posterior sum h. l. ne qvis illa destituatur.

2. Καὶ γὰρ — κἀκεῖνοι, etenim nobis qvoqve jucunda haec promissio de adeunda Domini qviete proponitur, pariter atqve illis fuit proposita. In qviete terrestri erat typus coelestis; increduli ne ad terrestrem qvidem admittebantur. Ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς, verbum promissionis, qvod traditum fuerat ipsis. Συγκεράννυμι, coniungo. Συγκεκραμένος τῇ πίςει (ἐν) τοῖς ἀκȣ́σασι, non coniuncta praedicatio cum fide in animo audientium. B. Hebraismus intelligitur ex Es. 19, 14. Ὁ Κύριος γὰρ ἐκέρασεν αὐτοῖς πνεῦμα πλανήσεως.

3. Ἐισερχόμεθα — πιςεύσαντες, etenim aditus ad sedem qvietis Domini patet credentibus. Ἐισερχόμεθα pro εἰσελευσόμεθα. Καθὼς εἴρηκεν — γενηθέντων, spem perveniendi ad sedem coelestem qvietis Domini etiamnum superesse exinde patet, qvod, qvamvis absoluta dudum creatione, tamen longo intervallo post, dixit, se iurasse iratum, fore ut excludantur isti, rel. idqve Davidis tempore, postqvam dudum per Iosuam v. 8. ad sedem qvietis ducta fuerat gens Dei. Καί τοι, a) h. l. denotat qvamvis. Inter ista duo: non ingredientur in qvietem: et: qvamvis opera Dei iam a principio rerum sint absoluta, supple propositionem e v. 9. ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς, rel. vel talem: itaqve Deus loqvitur de alia et nova qviete; sic demum pulchre cohaerebunt. B.

Ph.

Ph. 193. b) Jedoch. Καί τοι — γενηθέντων, jedoch, Gott ist ja bald im Anfange der Welt mit seiner Arbeit fertig gewesen, (und hat also schon längst ausgeruhet, wie kann man also noch jetzt erst anfangen mit ihm auszuruhen d. h. glückselig zu werden.) M. Ut totus locus usqve ad v. 11. recte intelligatur, liceat e doctrina Iudaica proferre, qvae huc pertinent. Iudaei dicebant: se esse participes qvietis Domini, qvum essent iam dudum in terra qvietis, maioribus suis promissa. Dicebant porro: in septimo die esse qvietem Dei, ad qvam qvum accedant, qvi sabbathum celebrent, non esse verendum, ne qviete Dei excludantur. His arcebant a se salutem a Christo partam. Paullus ostendit triplicem esse מְנוּחָה Dei 1) post creationem v. 3. 4. ad qvam nulla extat in V. T. invitatio; 2) in Palaestina Mosis tempore expectandam, qva exclusi fuerunt Israelitae rebelles v. 5. 6. 3) in futura sede Sionitica coelesti v. 7-11. coll. Es. 33, 20. et Apoc. 21, 3. Davidis tempore propositam, per Messiam aperiendam, qua demum contingat, ut vitae felicis participes qviescant post opera sua, perinde ac Deus, infra v. 10. Cf. ad v. 4. 9.

4. Εἴρηκε γάρ πȣ (τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.) Πȣ, alicubi. Κατέπαυσε, qvietem egit. Si וַיִּשְׁבֹּת nihil aliud esset, qvam *cessavit*, non sane erat, cur Spiritus S. hoc narrari vellet, adeoqve repeteret, Exod. 20, 11. 31, 17. Septimo itaqve die recepit se Deus in qvietem, i. e. gloriam suam s. thronum coelestem, coepitqve frui cultu rerum creatarum, Gen. 2, 3. Iob. 38, 7. in qvo erat typus futuri. Ipsum qvoqve Sabbathum est typice institutum.

5. Καὶ ἐν τȣ́τῳ (τόπῳ) πάλιν sc. per Davidem Ps. 95, 11. dicit.

7. Ὁρίζω, definio, determino. Ἐν Δαβὶδ, per Davidem. In qvo Paullus fecutus eſt veterem traditionem. Nam hebraicus textus auctoris nomen reticet. Sed addiderunt illud LXX. Tradit Aben Eſra in Praefatione ad Pſalmos, Iudaeos omnes Pſalmos, qvibus nullum inſcriptum ſit auctoris nomen, Davidi tribuere. Μετὰ τοσῦτον χρόνον, tanto intervallo poſt, qvatuor, et qvod excurrit, ſeculorum, ex qvo Ioſua Duce ad qvietem in terra promiſſa venerant.

8. Καταπαύω, reqvieſcere facio, qvietem tribuo, O. 19.

9. Σαββατισμὸς, qvies. Ἀπολείπεται σαββατισμὸς, reliqva eſt qvies aeterna. Nam qvies diei ſeptimi praefigurabat qvietem gloriofiorem in vita aeterna. Σαββατίζειν legitur 2 Macc. 6, 6. notatqve Sabbathum celebrare. Inde σαββατισμὸς מִדֵּי שַׁבָּת בְּשַׁבַּתּוֹ, οἱ ὁ· σάββατον ἐκ σαββάτου Eſ. 66, 23. i. e. Sabbathum ſ. feriae aeternae.

10. Ὁ γὰρ — αὐτοῦ, qvicunqve enim e gente Dei ad qvietem Domini pervenit. Id non de Chriſto, ſed de qvolibet pio hic dici, docet argumentatio in particula γὰρ, qva hoc comma cum ſuperiori connectitur. Κατέπαυσεν (ἑαυτὸν,) in qviete collocavit ſemet. Poſt opera, i. e. vitam virtutibus inſignem, Apoc. 14, 13. fruitur gloria, uti de Chriſto, poſtqvam ſibi eccleſiam congregarat, dicitur: וְהָיְתָה מְנֻחָתוֹ כָּבוֹד Eſ. 11, 10.

11. Ὑπόδειγμα, exemplum. Sir. 44, 16. de Enoco in bonam partem dicitur, et in malam partem vaſtata Sodoma et Gomorrha ſunt ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν 2 Petr. 2, 6. Πίπτειν, perire. Ἵνα — ἀπειθείας, ne qvis per ſimilem contumaciam pereat horrendo exemplo.

12. Ζῶν

12. Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τȣ̃ Θεȣ̃, a) nam viget verbum Dei virtute Spiritus S. i. e. vim ſummam exercet in mente mutanda, eamqve firmam, ita, ut vel perniciem rebellium vel ſalutem fidelium interpoſito iure iurando divino decretam declaret. Sic qvoqve Petro 1 Ep. 1, 23. 25. λόγος τȣ̃ Θεȣ̃ eſt ζῶν καὶ μένων εἰς τὸν αἰῶνα, verbum vi ſumma praeditum, idemqve aeternum. b) Comminatio divina. Sic b. Zachariae. Ἐνεργὴς, efficax in conferenda fide et Spiritus S. beneficiis pariterqve in exſeqvendis minis. Τομὸς, ἡ, ὸν, acutus. Δίςομος, ὁ, ἡ, anceps. Διϊκνέομαι, pervado, penetro. Διϊκνȣ́μενος — πνεύματος, a) tanta vi pollet, S. ita terret, ut ſeiungat naturae corruptae vim et mentem regenitam. Πνεῦμα eſt indoles ſupernaturalis mentis a Spiritu S. regenitae; ψυχὴ eſt indoles mentis naturalis et prava. Ψυχὴ et σῶμα efficiunt hominem, σάρκα Rom. 8, 13. et omnino Gal. 5, 17. Πνεῦμα Chriſtianum. Qvare optime locus noſter explicatur coll. 1 Theſſ. 5, 23. B. C. F. Schmid. b) Iudaei qvidem non tantum רוּחַ et נֶפֶשׁ, ſed praeterea etiam נְשָׁמָה corpori opponunt. Vid. Schöttg. ad h. l. In Paullo tamen, neſcio an de diſcrimine illo inter πνεῦμα et ψυχὴν cogitari poſſit. Saltem pro mere ſynonymis videntur adhibita Hebr. 4, 12. vid. V. Kopp. ad 1 Theſſ. 5, 23. Poſterior haec ſententia priori ſine dubio praeferenda eſt; nam multae eiusmodi formulae occurrunt in libris ſacris, de qvibus planum eſt, eas non eſſe ad ſubtilitatem metaphyſicam revocandas, ſed ex legibus orationis cuiusqve vehementioris, in qva ſolemus ſynonyma cumulare, ut totam rem exhauriamus, interpretandas. Ἁρμὴ, articulus. Μυελὸς, ὁ, medulla. Ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, i. e. ita ut ad intimos qvosqve receſſus perveniat. His deſcribuntur minae Dei, qvae maximos mentibus incutiant dolores et terrores, qvod hebraeis eſt *frangere oſſa*. Sic Hiskias

Eſ. 38, 13. כָּל־עַצְמוֹתָי יְשַׁבֵּר, ſic qvoqve Pſ. 147, 3. Κριτικὸς, ἡ, ὸν, ſollers ad iudicandum. Ἐνθύμησις, conſilium, cogitatio. Ἐνθύμησις et ἔννοια ſunt ſynonyma, qvae ut paullo ante πνεῦμα et ψυχὴ ad augendam orationis vim ſunt cumulata.

13. Ἀφανὴς, ὁ, ἡ, abſconditus. Καὶ οὐκ — αὐτοῦ, omnes homines Deus novit; qvorum animus ad defectionem propendet, probe intelligit. B. Zachariae. Ἐνώπιον αὐτοῦ, (τοῦ Θεοῦ v. 12.) Τραχηλίζω, *proprie*, in collum ſeu cervicem reſupino. Τετραχηλισμένος, apertus, patefactus. Heſychius τετραχηλισμένα, πεφανερωμένα. Significatus hic translatus videtur vel, a) a reſupinatione noxiorum, qvi contumeliae cauſſa, per vias urbis ducebantur, ut eſt apud Sveton. Vitell. Cap. 17. hoc probabile videtur S. V. Erneſtio in Inſtit. Interpr. N. T. p. 242. vel b) a victimis reſupinis et excoriatis, qvarum exta adſpicienti patent. Chryſoſt. Hom. VII. p. 759. Πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος (ἐστὶ,) a) cum hoc nobis res eſt. Sic λόγος οὐκ ἔστιν αὐτοῖς μετὰ ἀνθρώπου, cum nemine commercium habent, Iud. 18, 28. adde 2 Reg. 9, 5. Act. 19, 38. b) cui rationem reddere nos oportet. B. Zachariae.

14. Διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς, a) qvi coelos tranſiit, ἅγια ἀληθινὰ Hebr. 9, 24. adeoqve petiit coelum tertium, in qvo eſt Paradiſus, 2 Cor. 12, 2. 4. ſedes qvietis eius. Sic in Sohar Exod. f. 3, 12. de Paradiſo: Nemo eo ingredietur praeter Meſſiam, qvi ſemper eſt in Paradiſo. Poſtqvam Protoplaſti ob peccati culpam e Paradiſo terreſtri, coeleſtis ſymbolo atqve typo, Apoc. 4, 7. fuerant eiecti, nulli mortalium coeleſti illo potiri licuit, niſi per Ieſum, qvi morte ſua illum denuo aperuit; qvod declarabat λῃστῇ poenitenti, Luc. 23, 43. Typus tranſitus Chriſti per coelos uſqve ad tertium, erat in tranſitu Pontificis Levitici

per

per atrium et ſancta uſqve ad adytum. Qvare, qvum moreretur Ieſus et atrium coeleſte aperiret, velamen magnum templi, qvod ſancta ab adyto ſeparabat, fiſſum eſt, Matth. 17, 51. Inde ſpes ſanctorum dicitur *εἰσερχομένη εἰς τὸ ἐσότερον τȣ̃ καταπετάσματος*, Hebr. 6, 19. b) Der ſich durch die Wolken geſchwungen hat. M. Κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας, a) firmi ſumus et conſtantes in amplectenda promiſſione, qvae ſedem qvietis domini in coelo occupandam offert. Κρατεῖν eodem ſenſu legitur, ut hic, Apoc. 2, 25. Cap. 3, 11. b) So laſſt uns das getroffne Bündnis nicht brechen. M.

15. Συμπαθέω, condoleo. Ἀσθένειαι, a) Elend. M. b) ſunt *peccata* ex hebraiſmo. Nam Eſ. 53, 4. חֳלָיֵנוּ הוּא נָשָׂא verterunt οἱ ό: *ȣ̃τος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει.* Sic qvoqve Petrus 1 Ep. 2, 24. At Matth. 8, 17. *αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε.* Sic *ἀσθενεῖς* ſunt *ἁμαρτωλοὶ* Rom. 5, 6. coll. 8. Adde Hebr. 5, 2. unde apparet, eos errare, qvi per *ἀσθενείας* h. l. intelligant mala et vectationes. S. Δὲ, immo vero, uti ſupra Cap. 2, 6. Πειράζω, h. l. tento cruce et adflictione. Κατὰ πάντα ſc. *παθήματα*. Καθ' *ὁμοιότητα*, ſimili modo. Χωρὶς *ἁμαρτίας*, excepto peccato.

16. Προσερχώμεθα — χάριτος, accedamus itaqve animo fiduciae pleno ad thronum gratiae. In eo ipſe ſedet Chriſtus, Eſ. 16, 5. qvod recte de Meſſia explicat Ionathan in Targ. Cf. Ioh. 1, 17. Typice ſuper operculo propitiatorio arcae foederis erat *θρόνος τῆς χάριτος*, qvem ſupplex non ſine metu adire debebat Pontifex, ut peccatorum veniam impetraret. Pii N. T. *μετὰ παῤῥησίας* abſqve metu, Deum adeunt per Ieſum, pontificem, qvi ipſe ſedet in throno, unde promanant venia peccati et favor Dei. Ἑυρίσκω, conſeqvor.

ſeqvor. J. Χάριν — βοήθειαν, favorem conſeqvamur ad opportunum auxilium i. e. beneficium auxilii, gratiam auxiliatricem. Praepoſitio εἰς modum explicat. B. Ph. 139. Εὔκαιρος, ὁ, ἡ, opportunus. Pſ. 104, 27.

CAP. V.

1. Ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, pontifex Leviticus. Καθίσαται (κατὰ) τὰ πρὸς τὸν θεὸν (ὄντα πράγματα,) praeficitur rei ſacrae. Ὑπὲρ ἀνθρώπων, hominum cauſſa, ob ſalutem hominum. Δῶρον ſaepe eſt קָרְבָּן, ſacrificium voluntarium, Levit. 1, 2. modo etiam מִנְחָה ex Arabiſmo. Sed θυσία eſt זֶבַח, valentqve haec omnia de Pontifice maximo, cui praeter expiationis diem, qvaevis qvoqve alia ſacra facere licebat, et ſacrificia qvoqve immolare qvandocunqve vellet, vide Num. 18, 7. Lev. 6, 9. 1 Paral. 7, 49. Sir. 44, 21. Maimonides de Pontifice: Nec illa ſacra facit ex ſorte, immo qvocunqve tempore placuerit, ſacrificat, qvicqvid voluerit. Plane ſententiam ſuam infra declarat ipſe Paullus Cap. 8, 3.

2. Μετριοπαθέω, moderate affectibus indulgeo, h. l. dolore tactus facile ignoſco. Heſychio μετριοπαθεὶς eſt συγγινώσκων ἐπιεικῶς. Ἄγνοια eſt עָוֹן Aqvilae Lev. 26, 39. פֶּשַׁע τοῖς ὁ Pſ. 25, 7. Sic peccatores vocantur ἀγνοοῦντες per χαριεντισμὸν, qvi bene convenit verbo μετριοπαθεῖν. At πλανᾶσθαι fortius eſt. Notandum tamen eſt, ſolemni expiatione excepta, ſacrificiis veniam impetrari non potuiſſe eorum, qvae eſſent commiſſa בְּיָד רָמָה Num. 15, 30. Ἀσθένειαν, Oecumenius ἀσθένειαν τὴν ἁμαρτίαν ἐκάλεσε. Qvare ipſe Pontifex primum ſemetipſum expiare tenebatur, anteqvam populum expiaret. Περίκειμαι, circumdor. More verborum *veſtiendi* conſtruitur cum Accuſativo.

3. Διὰ

3. Διὰ ταύτην, propterea, uti recte vertit Vulgatus. Sic αὔτη pro τῦτο hebr. זאת apud LXX. Pſ. 118, 33. et alias. Si referendum eſſet ad ἀσθένειαν, dici debebat αὐτήν. Προσφέρειν (προσφορὰν vel θυσίαν.)

4. Λαμβάνω, arrogo. Τιμὴ, honor, h. l. munus pontificis. Sic qvoqve Ioſephus: τῦτον ἀξιώτερον τῆς τιμῆς ὁμολογῶν εἶναι. Pinehaſum τρίτον εἰς δόξαν tertium in munere pontificis vocat Siracides Cap. 44, 23; et ſic δοξάζειν habes mox v. 5. Λαμβάνει, ſumit, h. e. ſumere debet. Verus ac legitimus ſacerdos debet habere divinam ad hoc officium vocationem. De iure, non de facto ſermonem h. l. eſſe, ex illius temporis ratione patet, qvo ſcilicet venalis erat pontificatus, ut ex Ioſepho videre eſt. O. 12. β.

5. Ουχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενηθῆναι ἀρχιερέα, non ſibi hanc gloriam ſumſit, ut fieret pontifex. Explicandi vim habet Infinitivus. B. Ὑιός μυ εἶ σὺ, haec vox edita eſt coelitus, qvum Ieſus baptiſmate ad pontificis munus ſuſcipiendum inauguraretur. Exod. 29, 4. Cap. 40, 32. Sic ἐπλήρωσε πᾶσαν δικαιοσύνην, legitime vocatus et inauguratus Matth. 3, 15. et morte ſua conſecratus, Hebr. 2, 10. Unde Hebr. 7, 28. vocatur ἀρχιερεὺς, qvi ſit ὑιὸς εἰς τὸν αἰῶνα τετελειωμένος.

6. Ἐν ἑτέρῳ (ψαλμῷ.) Pſ. 110, 4. Σὺ—Μελχισεδὲκ, tu es ſacerdos in aeternum, eadem lege qva Melchiſedecus, i. e. ut perpetuo ſacerdos et rex ſimul ſis ex decreto Dei; confer omnino Zach. 6, 13. coll. 12. et Hebr. 7, 1. Cap. 8, 1. 2. Utrumqve exprimit כֹּהֵן ſc. regem, ſacerdotem; ſic Davidis filii vocantur כֹּהֲנִים profecto non ſacerdotes, qvum eſſent e tribu Iuda, ſed αὐλάρχαι, uti recte Alexandrini 2 Sam. 8, 18. qvod patet ex 1 Paral. 18, 17. ubi de iisdem οἱ ὁ: Καὶ υἱοὶ Δαυὶδ οἱ πρῶτοι διάδοχοι τῦ βασιλέως, adde

1 Reg.

1 Reg. 4, 5. Qvare Iudaei, qvum non concoqvere possent, Messiam sacerdotem et regem simul fore, posteriorem tantum notionem loco nostro subiecerunt; uti Targum et exinde Grotius. Sed male, qvum utrumqve convenerit Melchisedeco, adeoqve etiam Christo, Gen. 14, 18. Hebr. 7, 1. Similiter Christus sic reddidit suos τῷ θεῷ ἡμῶν βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς Apoc. 5, 10. 1 Petr. 2, 9.

7. Ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, cum in his terris degeret. Ἡμέραι, tempus. J. Σάρξ, vita in hoc mundo, uti Gal. 2, 20. 1 Petr. 4, 2. Ἱκετηρία, supplicatio, ita, ut ter humi se prosterneret supplex Matth. 26, 39. Κραυγὴ, qverelae sonorae. Εἰσακουσθεὶς, liberatus per angelum, qvi ipsum corroborabat, maximeqve in cruce (ubi potissimum gemitus precesqve ardentissimas ad Deum fusas esse oportet, tempore tenebrarum coll. ἐλωΐ, ἐλωΐ Marc. 15, 34. cum Ps. 22. et 69.) liberatus est partim percepto solatio, et tributa ipsi facultate animam efflandi pro arbitrio, absqve metu in manus patris, adeoqve cum indiciis manifestis, qvod id non fiat necessitate naturae; Marc. 15, 37. In primis vero qva animam liberatus est ita, ut ad Paradisum eveheretur; mox secuta ipsius resurrectio: sic sane liberatus fuit a morte, sed longe alia ratione, qvam qvidem homines cogitando assequi possent, semperqve e medio terrore ereptus fuit. Similiter εἰσακούειν liberandi notionem habet 2 Paral. 18, 31. Ps. 55, 17. Constructionem similem vide apud LXX. Ps. 118, 5. Ἡ εὐλάβεια, sollicitudo. Sic Ps. 22, 22. a cornibus unicornium עֲנִיתָנִי, exaudias me, i. e. exaudiens libera me, vid. B. Ph. 128. ubi haec constructio refertur ad usum praepositionum cum arguta brevitate.

12. Καί-

8. Καίπερ, qvamqvam. Ἀφ' ὧν pro ἀπ' ἐκείνων ἃ ἔπαθε, ex iis, qvae perpessus est. Sensu proprio et experientia edoctus est, qvid sit obedientia, et qvam amara sit in passione. E. B. IX. 924. Obedire h. l. est: mandatum patris pro hominibus moriendi promte exseqvi coll. infra Cap. 10, 5—10 et Phil. 2, 8. M.

9. Τελειωθεὶς, a) ad summam gloriam evectus. M. *adeptus*, de victoribus certaminum palmaqve donatis dicitur. L. b) consecratus. S. Αἴτιος, auctor.

10. Προσαγορεύω, appello. Προσαγορευθεὶς — Μελχισεδὲκ, declaratus a Deo pontifex, idemqve rex, uti Melchisedecus. Τάξις Μελχισεδὲκ est tale sacerdotium, qvocum coniuncta est regia dignitas eaqve perpetua.

11. Περὶ ὃ, de Melchisedeco, eiusqve regio sacerdotio I. C. typo. Πολὺς ὁ λόγος (ἐστὶ) λέγειν, de qvo multa nobis sunt dicenda. Δυσερμήνευτος, ὁ, ἡ, difficilis explicatu. Καὶ δυσερμήνευτος (εἰς ὑμᾶς.) Δυσερμήνευτον dicit λόγον, cur? ὅτι νωθροὶ γεγόνατε, ob ignorantiam eorum, ad qvos scribebat. Non ergo in se δυσερμήνευτος, aut qva Paullum illa doctrina erat, sed qva Hebraeos. Supple ergo εἰς ὑμᾶς, id sermonis structura postulat. B. Ph. 168. Νωθρὸς, ὰ, ὸν, hebes, stupidus, imbecillis, segnis. Ταῖς ἀκοαῖς auribus, ad audiendum, vel potius *capiendum*. Ἐπεὶ — ἀκοαῖς, da ihr aber eine Sache so langsam fasset, wird dieser Vortrag schwer. M.

12. Καὶ γὰρ — χρόνον, qvum enim debebatis ipsi, propter longum tempus, ex qvo edocti estis, ad alios docendos apti esse. Τοῦ διδάσκειν ὑμᾶς pro διδάσκεσθαι, ut doceamini. B. Στοιχεῖα — θεοῦ, prima elementa doctrinae divinae. Στοιχεῖα proprie significant die Buchstaben, qvo sensu est apud veteres Gram-

Grammaticos; deinde vero uniuscuiusqve rei initia, qvae traduntur tironibus. Hinc vero τὰ ϛοιχεῖα ad religionem traducta ſunt, atqve ipſa eius initia, primam inſtitutionem in doctrina Chriſtiana denotant; h. l. per pleonaſmum qvanqvam non vitioſum (nam et Horatius habet: elementa prima, Serm. 1, 26.) additur: τῆς ἀρχῆς, qvod per hebraiſmum eſt pro πρῶτα, qvo et ipſo nomine principia religionis inſigniuntur 1 Cor. 15, 3. Τὰ λόγια τȣ͂ Θεȣ͂ ſunt ipſa oracula V. Teſtamenti, qvibus continetur doctrina imperfectior de Meſſia eiusqve munere, vaticiniis et typis expreſſa. His rite adhibitis debebat ipſe Meſſias in N. T. agnoſci, qvod eſt religionis Chriſtianae tirocinium. Γάλα, lac, initia doctrinae. Sic Iudaeis pueri, qvi litteris operam dant, vocantur תִינוֹקוֹת, ſugentes. Στερεὸς, ſolidus, firmus.

13. Ἄπειρος, ὁ, ἡ, rudis, imperitus. Λόγος δικαιοσύνης, corpus doctrinae perfectum. E. B. VI. 13. Λόγος, inſtitutio, (ſic habes λόγον 1 Cor. 15, 2.) Δικαιοσύνη eſt, qvam τελειότητα vocat, infra Cap. 6, 1. Νήπιος, rudis tiro. J.

14. Τελείων, adultorum i. e. eorum, qvi ſapiunt ultra tirocinium, qviqve perfectiorem doctrinam tenent. Ἕξις, habitus. Αἰσθητήριον, *proprie* ſentiendi inſtrumentum h. e. tale membrum, qvod ad ſenſus externos reqviritur, *metaph.* intelligendi ac iudicandi facultas. Διάκρισις, diſcretio. Πρὸς — κακȣ͂, ſic deſcribunt Hebraei ſapientiam perfectam, qvae iuſtum cuiqve rei pretium ſtatuat. Sic debebat Meſſias γνῶναι ἀγαθὸν καὶ κακὸν Eſ. 8, 16. Et Satanas Protoplaſtis dicebat: ἔσεσθε ὡς Θεοὶ, γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρὸν, Gen. 3, 5. Contra pueri ſunt ȣ̓κ εἰδότες ἀγαθὸν ἢ κακὸν, Deut. 1, 39.

CAP.

CAP VI.

1. Διὸ, vero, attamen, h. l. eſt particula tranſitionis, ad imitationem hebraici לָכֵן, uti Rom. 2, 1. M. optime vertit: doch. Ἀφέντες λόγον, ſermonem omittere, nihil de aliqva re dicere. Ἀρχὴ τοῦ Χριστοῦ, prima Chriſtianae religionis principia. Τελειότης, h. l. doctrina ſublimior. E. B. V. 218. Φέρομαι, pergo. Διὸ — φερώμεθα, miſſis tamen doctrinae Chriſtianae initiis pergamus ad altiora. Μὴ πάλιν θεμέλιον καταβαλλόμενοι, non repetentes elementa doctrinae Chriſtianae. Θεμέλιον μετανοίας — καὶ πίστεως, elementa poſita in poenitentia et fide, vel elementa, id eſt, fidem et poenitentiam. Genitivus explicat nomen, qvod eum regit. B. Ph. 30. O. 8. Καταβάλλομαι, *med.* fundamentum exſtruendo aedificio pono, metaph. principia doctrinae alicuius trado. Καταβαλλόμενοι — αἰωνίου, v. 2. elementa tradentes ſc. opus eſſe emendatione vitae, fide in Deum, baptiſmo, inſtitutione, impoſitione manuum, credendam eſſe reſurrectionem mortuorum, credendum eſſe dari poenas aeternas. M. Νεκρὰ ἔργα denotant *vitam, quae mortem parit.* Ἐπιθέσεώς τε χειρῶν. Χειροθεσία τῶν προφητῶν ab ipſis adhibita fuit, ut appareret, eos preces ſollemnes pro aliqvo facere, et ſingularia Dei beneficia conferre aut certe polliceri. Gen. 48, 14. Matth. 9, 18. Eandem poteſtatem Apoſtolis tribuit Ieſus Marc. 16, 18. et ſic Spiritus S. dona per impoſitas Apoſtolorum manus collata fuerunt, Act. 8, 18. Huius igitur collationis donorum Spiritus S. typus fuit in χειροθεσίᾳ τῶν προφητῶν. Porro et olim et hodie fit χειροθεσία in ordinatione ad munus eccleſiaſticum 1 Tim. 5, 22. et in remiſſione peccatorum conferenda. Κρίμα αἰώνιον, damnatio ad poenam aeternam.

3. Καὶ

3. Καὶ τοῦτο — θεός, et haec sc. altiora tractabimus nunc adiuvante Deo.

4. Ἀδύνατον γάρ (ἐστι) — ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν, v. 6. fieri non potest, ut qvis tales ad meliorem indolem reducat. Constat, subiectum omissum esse, eum sc. qvi tales homines emendare possit. Intellige verbi divini ministros, qvibus 1 Tim. 4, 16. τὸ σώζειν tribuitur. Non indicatur gratiae terminus, sed horrenda talis peccati vis, qvae non nisi miraculo extraordinario, adeoqve a nemine exspectando, frangi possit. Inest itaqve descriptio summae *difficultatis*, qvare interpretes veteres Codicis Claromontani et Fani S. Germani ἀδύνατον verterunt *difficile est*. Novatiana secta usa est hac voce male intellecta, ad stabiliendam opinionem suam de lapsis in coetum ecclesiae non recipiendis. Τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, qvi semel doctrinam divinam edocti fuere. J.

5. Γεύομαι, percipio, experior. Γεύσασθαι exprimit טָעַם e Ps. 34, 9. Καλὸν ῥῆμα, praestantia Evangelii. Δυνάμεις — αἰῶνος, vim bonorum, qvae Messias peperit.

6. Παραπίπτω, pecco, deficio. Est vox forensis, et notat: partes muto, caussam priorem desero. Ἀνασταυρόω, cruci adfigo, idem significat, qvod simplex σταυρόω. O. 2. γ. E. B. N. III. 497. Παραδειγματίζω, publicae ignominiae expono. Ἀνασταυροῦντες — παραδειγματίζοντες, qvi veluti crucis ignominia adficiunt filium Dei, et, qvantum in ipsis est, infami spectaculo exponunt.

7. Βοτάνη, herba, s. fructus. Εὔθετος, ὁ, ἡ, accommodatus fini, cuius caussa colitur. Γεωργέω, colo. Μεταλαμβάνει — θεοῦ, sensus est: Deus novis et maioribus beneficiis exornat eos, qvi prioribus bene usi sunt, Matth. 13, 12.

8. Ἐγγύς

8. Ἐγγύς (ἐςι.) Ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν (ἐςι,) cuius maledictionis finis eſt, ut tandem comburantur ſpinae et ſentes, i. e. improbi Iudaei omnes. Cf. Eſ. 24, 5. 6.

9. Πεπείσμεθα, perſvaſum nobis eſt, confidimus. Ἔχομαι, coniunctus ſum. Ἐχόμενα σωτηρίας (πράγματα,) ſalutaria, fortunata.

10. Ει καὶ, etſi. Ἔργον καὶ κόπος τῆς ἀγάπης, ſtudium ſummum in exercenda liberalitate. Ἧς. O. 11. Εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ ſc. Θεοῦ, Dei cauſſa. O. 42. Sic Marc. 9, 37. ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου eſt: *mei cauſſa* ſ. qvoniam meus eſt; ita enim interpretatus eſt ipſe Ieſus ib. v. 41. Ἅγιοι, Chriſtiani. Διακονεῖν, dona omnis generis in aliqvem conferre.

11. Ἐπιθυμέω, cupio, opto. Πρὸς τὴν πληροφορίαν — τέλους, ita ut firma et conſtans ſit fiducia veſtra uſqve ad diem Chriſti.

12. Νωθρὸς, tardus, ſegnis. Κληρονομέω, conſeqvor. J. Ἐπαγγελία, promiſſa. Ἐπεὶ οὐκ εἶχε, qvoniam non habebat, cum non poſſet. Κατὰ, per.

14. Ἦ μὴν, כִּי, Gen. 22, 17. qvod recte in formulis iurandi verteris *profecto*. Εὐλογῶν εὐλογήσω σε, fortunatum te reddam. O. 38.

15. Μακροθυμήσας, cum patientes exſpectaſſet. Ἐπιτυγχάνω, adipiſcor.

16. Ἀντιλογία, controverſia. Πέρας εἰς βεβαίωσιν, finis ad confirmationem i. e. finis et exitus, qvi fiat confirmatione. Εἰς modum explicat. B. Ph. 139. Ὅρκος (ἐςί.)

17. Ἐν ᾧ i. e. ἐν τῷ ὀμόσαι καθ' ἑαυτοῦ. Sic Theophylactus. Ἐν ᾧ περισσότερον — ὅρκῳ, qvum vellet Deus per id, qvod inter homines lites et dubia dirimit, abundantius demonſtrare iis, qvi potituri eſſent bonis,

qvae pollicitus erat, decreti ſui conſtantiam, interpoſuit ſe iureiurando. Ἀμετάθετος, ὁ, ἡ, immutabilis. Neutrum ſubſtantive accipiendum eſt, hic elegans adiectivi uſus in Paullini ſcriptis freqvens. Μεσιτεύω, interpono me.

18. Ψεύδομαι, fallo. Παράκλησις, animi confirmatio. Οἱ καταφυγόντες — ἐλπίδος, qvi eo confugimus, ut amplectamur propoſitam felicitatem. Metaphora a tempeſtate vel naufragio 1 Tim. 1, 19. ducta; hinc ſeqvitur ἄγκυρα v. 19. Ἐλπὶς eſt a) felicitas, qvae pios manet in coelo, fide in his terris amplectenda, Col. 1, 5. b) ſpes.

19. Ἄγκυρα, ancora, *metaph.* praeſidium alicuius rei. Ἣν ὡς — βέβαιαν, qvae ſpes inſtar ancorae validae et firmae mentem noſtram firmat. Εἰσέρχομαι, intro, pertingo. Εἰς τὸ (χωρίον) ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος, qvae pertingit in locum velamine interiorem i. e. ad ea uſqve, qvae ſunt intra velum, ſc. adytum, ſymbolum coeli ſummi, qvod ſacrificio ſuo aperuit Ieſus.

20. Πρόδρομος, praecurſor, h. l. πρόδρομος idem eſt, qvod πρῶτος. Ὑπὲρ, pro; ut nos Deo conſecraret atqve adytum aperiret. Εἰς τὸν αἰῶνα, i. q. αἰώνιος.

CAP. VII.

1. Σαλὴν, Salem, nomen urbis Palaeſtinae, qvae ſucceſſu temporis dicta eſt Hieroſolyma. Ἱερεὺς — ὑψίστου, ſacerdos ſummi numinis, non Deaſtrorum. Deſcribitur hoc nomine ὑψίστου verus Deus, Cf. Gen. 14, 19. cum Ier. 10, 11. Συναντάω, obviam eo. Ἡ κοπὴ, ſtrages. Εὐλογέω, fauſta qvaevis opto.

2. Μερίζω, impertior. Ἀπὸ πάντων, a) ἀκροθινίων, von der Beute. M. b) Putaverim vero Abrahamum Melchiſedeco in ſanctuario eius qvotannis decimas pendere ſolitum fuiſſe, qvouſqve in iſta regione vixit. Nam qvod Paullus infra memorat, tanqvam maximopere notandum, non videtur fuiſſe una actio ſolitaria aut rara, ſed ſollemnis conſvetudo. S. Βασιλεὺς δικαιοσύνης, rex iuſtus. O. 5. In hoc Melchiſedeci cognomine (verum enim Melchiſedeci nomen nos latere recte obſervatum fuit a Iudaicis interpretibus ad Geneſ. 14, 18.) latuit imago regni Chriſti, qvi pariter vocatur Hieroſolymorum מֶלֶךְ צַדִּיק, βασιλεὺς δίκαιος, Zach. 9, 9. Βασιλεὺς εἰρήνης, a) rex pacificus, M. b) ſtator pacis, שַׂר שָׁלוֹם, Eſ. 9, 6. Οἱ ὁ· ἄρχων εἰρήνης. S.

3. Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, rel. Bene Epiphanius: Οὐ διὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτὸν πατέρα ἢ μητέρα, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ κατὰ τὸ φανερώτατον ἐπωνομάσθαι. Nec a vero aberravit Syrus, qvi locum noſtrum ſic vertit: cuius nec pater, nec mater recenſentur in genealogiis, ſc. ſacerdotum. Nam verba ἀπάτωρ etc. proxime debent referri ad ἱερεὺς v. 1. In ſacerdotibus, potiſſimum in pontifice, genus maxime ſpectabatur, debebatqve diligentiſſime recenſere poſt Aaronem. Inde muneris Chriſti ſacerdotalis obtrectatores Iudaei clamabant, Ieſum pro vero pontifice non eſſe habendum, qvum non ſit e legitimo ſacerdotum ſtemmate ortus. Paullus reſpondet ita, ut doceat, Chriſtum haud debuiſſe ſuccedere Aaroni, ſed Melchiſedeco ſimilem fieri, qvi non propter genealogiam, ſed ex decreto Dei in munere conſtitutus ſit. Ἀπάτωρ, ὁ, ἡ, qvi eſt ſine patre, h. l. a) qvi non eſt ex eo genere, ex qvo eſſe debebat. Kr. b) cuius pater ignotus eſt. M. Ἀμήτωρ, ὁ, ἡ, h. l. cuius mater ignota eſt. Ἀγενεαλόγητος, ὁ, ἡ,

cuius genealogia ignoratur, cuius proſapia enarrari non poteſt. Verba ſeqventia *μήτε ἀρχὴν — ἔχων* poſteriorem explicationem praeferre ſvadent. Nam ſic omnes huius deſcriptionis partes ſibi invicem aptius reſpondent. Μήτε ἀρχὴν — ἔχων, cui nec initium vitae nec finis eſt, ſc. in deſcriptione Moſaica, ubi utrumqve omittitur Gen. 14, 18. Ἀφομιόω, ſimilem reddo. Ἀφωμοιωμένος — μένει pro ἀφωμοιώθη — μένων. Hic eſt Participiorum Hypallage. Manens in aeternum ſ. qvia manet in aeternum, eo, hac in re, ob id ſimilis eſt et comparatur filio Dei. Neqve enim, qvia ſimilis erat Chriſto, aeternus erat ille ſacerdos; ſed qvia, ut aeternus deſcribitur, ideo ſimilitudinem habebat filii Dei. B. Ph. 105. Διηνεκὴς, ὁ, ἡ, perpetuus. Ἐις τὸ διηνεκὲς, perpetuo. Nuſqvam ſacerdotium amiſiſſe fertur; plus in typo exprimi non potuit. O. 14.

4. **Πηλίκος οὗτος (ἐγένετο,)** qvantus hic fuerit. Τὸ ἀκροθίνιον, optima frugum vel ſpoliorum pars.

5. **Τὴν ἱερατείαν λαμβάνοντες,** qvi ſacerdotium portionis loco acceperunt. Υἱοὶ, poſteri. J. Ἐντολὴν — νόμον, ex praecepto legis decimant populum. Poſt καίπερ ſupple οὐδὲν ἧσσον, nihilo minus, vel καὶ αὐτοὺς, qvamvis et ipſi reliqvi Iſraelitae, *non minus* qvam Levitae, ſint nati ex Abrahamo. B. Ἐξέρχεσθαι ἐκ τῆς ὀσφύος τινὸς pro γεννᾶσθαι ὑπό τινος. O. 41.

6. **Γενεαλογέω,** genus recenſeo. Μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν (υἱῶν Λευὶ,) ille autem, cuius genus non deducitur ex illis (Levitis.)

7. **Χωρὶς δὲ — εὐλογεῖται,** atqvi non dubium eſt, qvin maior ſ. eminentior viliori impertiat benedictionem, uti v. c. parentes liberis, praeceptores diſcipulis. Τὸ ἔλαττον pro ὁ ἐλάττων ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται, minori a maiori bona denuntiantur. B.

8. Ὧδε,

8. Ὧδε, hic, ſc. ſub lege typica, cuius ἐντολὴν memoraverat v. 5. Ἀποθνήσκοντες pro ἀποθανȣ̃ντες, morituri qvandoqve. B. Ἐκεῖ, illic. Theophylactus: ἐν τῷ κατὰ τὸν Μελχισεδὲκ τάγματι. Μαρτυρȣ́μενος ὅτι ζῇ, in negotio Abrahami cum Melchiſedeco, decimas futurae ſanctae gentis accepit is, qvi nuſqvam morte ſacerdotium eiusqve iura amiſiſſe dicitur, cuius tantum vita declaratur, mors plane reticetur, qvia nec habuit, nec habere debuit ſucceſſores.

9. Ἔπος, τὸ, verbum. Ὡς ἔπος (ἐν) εἰπεῖν, a) ut verbum tantum unum dicam, ut breviter dicam. Kr. b) ut ita dicam, dixerim fere. F. K. b) ut dicam, qvod res eſt. Will man die rechte Wahrheit ſagen. M.

10. Διὰ, in, cum. Ὢν ἐν τῇ ὀσφύϊ τȣ̃ πατρὸς, ſoboles futura. O. 41.

11. Εἰ μὲν ȣ̃ν, qvodſi ergo. Τελείωσις, perfectio h. l. perfecta expiatio, facultas conſcientias tranqvillandi. Ἱερωσύνη, ſacerdotium. Νομοθετέω, inſtituo. Νενομοθέτητο, *plusqvamperf. P. abiecto augmento*, ad illius ſacerdotii Levitici rationem populus inſtitutus erat. Τὶς ἔτι χρεία (ἦν,) qvid amplius neceſſe erat? Ἀνίςαϑαι, oriri, munus capeſſere. Ita Exod. 1, 8. ἀνέςη βασιλεὺς ἕτερος. J. Καὶ ȣ̓ — λέγεσθαι, cur non dicitur eadem lege, qva Aaron, ad munus acceſſurus?

12. Μετατίθημι, transfero, *metaph.* muto. Μετατιθεμένης — γίνεται, ſublato ſacerdotio, dum ad aliam tribum translatum eſt, neceſſario etiam tollitur lex, qvae cum typico ſacerdotio coniuncta fuit.

13. Ἐφ' ὃν — ταῦτα, is enim (Chriſtus,) de qvo haec dicta ſunt interprete Davide Pſ. 110, 4. coll. Hebr. 5, 6. Μετέχω, conſors ſum. Φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκε, ad aliam tribum pertinet. Προσέχει, verſor circa aliqvam rem. J.

14. Πρόδηλον γάρ (ἐστι,) notum enim eſt. Ἀνατέλλω, exorior. Eſt alluſio hebraizans ad ſplendidum nomen Meſſiae apud prophetas ἀνατολή, צֶמַח, Eſ. 11, 1. Zach. 6, 12. Εἰς pro κατά, εἰς ἥν, de qva, qvod illam attinet.

15. Λαλέω, praecipio. Καὶ περισσότερον — ἐστι, et hoc etiam ex eo amplius clarum eſt, ſc. ſic abrogatum eſſe ſacerdotium typicum. Εἰ, qvod. Oecumenius: ἀντὶ τοῦ ὅτι. Sic qvoqve Act. 26, 23. Κατὰ τὴν ὁμοιότητα, i. q. κατὰ τὴν τάξιν.

16. Ὅς οὐ κατὰ νόμον — ἀκαταλύτου, in qvo conſtituendo nulla habita eſt legis caerimonialis ratio, (cuius inſtituta ratione ſingulorum pontificum cum eorum vita valorem amittunt,) ſed vitae ſuae immortalis, i. e. ipſius dignitatem et naturam ſummam unice ſpectavit pater. Σαρκικός, h. l. caerimonialis, qvia lex caerimonialis plerumqve in rebus corporeis et externis conſiſtebat. Ἀκατάλυτος, ὁ, ἡ, indiſſolubilis.

17. Μαρτυρεῖ γὰρ (ὁ θεὸς, ſ. ἡ γραφή,) ait enim Deus.

18. Ἀθέτησις, abolitio. Προάγειν denotat *praecedere de loco et tempore.* Προάγουσα ἐντολή, ſuperioris temporis inſtitutum ſc. ratione ſacerdotii Levitici. Διὰ τὸ αὐτῆς — ἀνωφελὲς, propter ipſius infirmitatem et inutilitatem, qvia nunc, ſub vero Pontifice Chriſto, typi nullam amplius vim et utilitatem habeant.

19. Τελειόω, abſolvo, perfectum reddo. Ἐπεισαγωγή, inſeqvens inductio. Ἐπὶ denotat aliqvid tempore poſterius. Προάγουσα ἐντολὴ et ἐπεισαγωγὴ ſibi invicem opponuntur. Ἐπεισαγωγὴ — ἐλπίδος ſc. γίνεται v. 18. ἀθετήσει oppoſita. Δι' ἧς — θεῷ, formula ſacerdotibus V. T. propria. Sic Ezech. 42, 13. Sic Chriſtiani ſunt ἱερεῖς, 1 Petr. 2, 5. 9.

20. Καὶ

20. Καὶ καθ᾽ ὅσον construe v. 22. cum κατὰ τοσȣ̃τον — Ἰησȣ̃ς, in qvantum non absqve iureiurando constitutus est pontifex, in tantum praestantioris foederis sponsor factus est Iesus.

21. Ἐισὶ γεγονότες pro γεγόνασι, per hebraismum. O. 26. Ὀρκωμοσία, iusiurandum. Διὰ pro ὑπὸ, a Deo. B. Ὤμοσε — μεταμεληθήσεται, Deus interposita maiestate sua confirmat, nec unqvam hoc decretum mutabit. Poenitentia de Deo dicta nihil aliud est, nisi decreti mutatio et abrogatio, qvae in Christi sacerdotio nunqvam locum habitura dicitur.

22. Ἔγγυος, i. q. μεσίτης 1 Tim. 2, 5. sponsor.

23. Παραμένω, superstes sum.

24. Μένω, vivo. J. Ἀπαράβατος, ὁ, ἡ, non transitorius, perpetuus. Ἐις τὸ παντελὲς, in perpetuum.

25. Ἐις τὸ (δύνασθαι) ἐντυγχάνειν, semper vivens ad deprecandum, i. e. ut possit adeo deprecari. Effectum positum est pro facultate et conditione, ut fieri qveat res. B.

26. Πρέπω, convenio, decens sum. Ἔπρεπε i. q. alias ἔδει. Cf. Hebr. 2, 10. Πρέπειν, *decere*, *decorum esse* sensu Stoicorum de officiis usurpatur, qvae haud necessaria sunt; hic vero significatus in Scripturam S. non est inferendus atqve in eius interpretatione admittendus. E. B. VI. 8. Τοιȣ̃τος — ἀρχιερεὺς, talem enim oportuit esse nostrum pontificem. Ὅσιος, pius. Ἄκακος, integer. Ἀμίαντος, ὁ, ἡ, purus. Κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, exemtus e numero peccatorum. Ὑψηλότερος τῶν ȣ̓ρανῶν γενόμενος, qviqve non typica sancta intravit, sed ad ipsum adytum coeleste evectus est.

27. Ἔχει pro ἔχῃ, qvi non haberet opus. Pendet enim a v. 26. τοιȣ̃τος ἔπρεπεν ἀρχιερεὺς, talis de-

cebat ſacerdos; ſeqveretur, qvi non haberet opus. B. Ph. 84. Καθ᾽ ἡμέραν, qvolibet expiationis die. Ἑαυτὸν ἀνενέγκας, facta ſui ipſius oblatione.

28. Νόμος i. e. ἐντολὴ σαρκικὴ v. 16. Ἔχοντες ἀσθένειαν, miſeri, peccatores, et mortales. Ὁ λόγος τῆς ὁρκωμοσίας, ſermo cum iureiurando coniunctus Pſ. 110, 4. opponitur ἐντολῇ σαρκικῇ, legi caerimoniali. Ὁ λόγος δὲ τῆς ὁρκωμοσίας (καθίςησι.) Μετὰ, poſt. Μετὰ τὸν νόμον, poſtqvam dudum lata fuerat lex, Deus per Davidem novum pollicitus eſt ſacerdotium idqve aeternum atqve perfectum. Τετελειωμένος, conſummatus, abſolutiſſimus.

CAP. VIII.

1. Κεφάλαιον — λεγομένοις (ἐςὶ,) eorum autem, qvae hactenus perſecutus ſum, ſumma et praecipuum eſt hoc. Ἐν δεξιᾷ (χειρί.)

2. Τὰ ἅγια, tabernaculi pars prior. Λειτουργὸς, ſacerdos. Σκηνὴ, tabernaculum h. l. eſt pars intima τῶν ἁγίων, i. e. adytum, qvia ἅγια *aedem univerſam* denotat. Πήγνυμι, figo, compingo.

3. Ὅθεν — προσενέγκῃ, ſc. corpus ſuum Chriſtus obtulit patri.

4. Ἐι μὲν — γῆς (τῶν ἁγίων λειτουργὸς,) enimvero, ſi eſſet ſacerdos illius adyti, qvod eſt in terris, οὐδ᾽ ἂν ἦν ἱερεὺς, nullum eſſet eius munus. In ſanctuario typico ſcilicet nulli bono ſacerdos erat futurus, qvum ſint, qvi typico munere ſecundum legem fungantur. Non negat Paullus, Chriſtum in terris unicum fuiſſe ſacerdotem; negat vero Dominum in terris typico munere fungi potuiſſe, lege prohibitum, qva ſacerdotii munus ſolis Aaronis poſteris collatum erat.

5. Οἵτι-

5. Οἵτινες — τῶν ἐπȣρανίων, a) ministerium eorum refert tantum imitationem et adumbrationem coelestis archetypi. M. b) Qui sacra faciunt in aede, qvae coeleste adytum qvadam similitudine adumbrat. S. Ὑπόδειγμα, exemplar. Σκιὰ, delineatio, imago levis et obscura. Χρηματίζομαι, divinitus admoneor. Ὅρα (ἵνα) ποιήσῃς, enimvero cura, inqvit, ut facias.

6. Νυνὶ — λειτȣργίας, igitur muneri in sacris faciundis excellentiori praefectus est. Κρείττονός — μεσίτης, melioris foederis est sponsor, aeterni cum perfecta expiatione et consecratione coniuncti. Ἥτις ἐπὶ — νενομοθέτηται, qvod institutum est ea lege, ut praestantiores adiungerentur promissiones. Praepositionis ἐπὶ haec vis est, ut denotet promissiones, qvae seqvuntur v. 10. et 11. cum ipsa novi foederis institutione coniunctas esse. Sic 2 Tim. 2, 14. Νομοθετέω, sancio.

7. Ἄμεμπτος, ὁ, ἡ, perfectus. Οὐκ — τόπος, non fuisset secundo qvaesitus locus.

8. Μεμφόμενος referri debet ad superius ἄμεμπτος. Dicitur Deus declarasse: prius foedus esse imperfectum, et illud, cum etiam ad tempus tantum durare voluerit, antiqvasse. Cf. πεπαλαίωκε v. 13. Αὐτοῖς sc. Iudaeis. Συντελέω, conficio, pango. Ἐπὶ, i. q. πρὸς apud LXX. pangam foedus cum etc. Caeterum ex hac coniunctione gentium Israelis et Iudae patet, praedici aliqvid, qvod non evenit, nisi post effusa in Apostolos Spiritus S. dona; scilicet usqve ad illud tempus Samaritani Iudaeis caeteris exosi erant, nec ipse servator, qvum doceret in his terris, nisi biduum in Samariae finibus egit, Ioh. 4, 40. At post ascensionem Domini etiam Samaritanis promulgata fuit doctrina de novo foedere per Christum instituto, qvod patet ex Act. 8, 6. 14. 25.

9. Ἡμέρα, ut v. 8. ἡμέραι, tempus. Ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένȣ μȣ (pro ἐπιλαβέσθαι με) τῆς χειρὸς αὐτῶν, tempore illo, qvo ipsis, instar patris filios manu prehendentis, benigne succurri. Ἀμελέω, fastidio, non curo.

10. Αὐτή (ἐςὶ) ἡ διαθήκη. Διατίθημι, sancio. Ἐπιγράφω, inscribo. Opponitur hoc tabulis Mosaicis, adeoqve locus hic praedixerat fore, ut sub novo foedere, doctrina per Messiam proponenda, non in tabulis lapideis genti Dei asservanda tradatur, sed ipsius mentibus impressa haereat, ita, ut vere ad eius normam regenitae, Deum cognoscant recte, eumqve cultu perfecto venerentur. Ἔσομαι — λαὸν, ero iis Deus, et ipsi mihi populus. O. 39. i. e. benignum propitiumqve me habebunt illi, eruntqve gens, qvae mihi placeat.

11. Qvidam Interpretes τὸν πλησίον et τὸν ἀδελφὸν ita distingvunt, ut Israelita Israelitis sit אָח, ἀδελφὸς, et Proselytus רֵעַ, ὁ πλησίον. Πάντες ἀπὸ μικρȣ̃ — μεγάλȣ. O. 36.

12. Ἵλεως, ὁ, ἡ. Attice pro ἵλαος, propitius. Ὅτι — αὐτῶν, nam missa faciam delicta eorum, i. e. ius meum in peccatores non urgebo. Μνάομαι, recordor, aor. 1. ἐμνήσθην, recordatus sum. Bis tantum passive usurpatur, Act. 10, 31. et Apoc. 16, 19.

13. Πεπαλαίωκε τὴν πρώτην, antiqvam et abolitam declaravit priorem. B. O. 14. Ἀφανισμὸς, abolitio.

CAP. IX.

1. Πρώτη sc. διαθήκη. Δικαιώματα, leges. J. Δικαιώματα λατρείας, iura cultus, s. ritus. Kr. Κοσμικὸς, ἡ, ὸν, terrestris.

2. Σκηνὴ

Cap. 8, 11. Pro πλησίον V. Griesb. in textum recepit πολίτην. Dissentit S. V. E. B. N. IV. 107.

2. Σκηνὴ — πρώτη, fuit enim exſtructa pars anterior tabernaculi, quae dicitur *ſancta* oppoſita adyto. Ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων ſunt igitur *panes propoſiti* ſ. poſiti in conſpectu Dei. Marc. 2, 26. vocantur ἄρτοι προθέσεως.

3. Μετὰ, ut Marc. 8, 31. de *tempore* adhibitum ſignificat *intra*, ſic et forte hic, ubi de *loco* ſermo eſt, optime verteris *intra*. Μετὰ — καταπέτασμα, intra velum ſecundum. Tabernaculum tria habuit vela magna, primum in atrio מָסָךְ, quod LXX verterunt κάλυμμα, alterum in porta aedis pariter מָסָךְ dictum, tertium in adyto פָּרֹכֶת apud LXX καταπέτασμα. Tenendum autem, Paullum hic non diſtingvere omnia καταπετάσματα, ſed ea tantum, qvae eſſent in ipſa aede ſanctuarii Moſaici miſſo prorſus atrio. Ἅγια ἁγίων, pars poſterior et intima ſanctuarii, adytum dicta. Eſt hebr. קֹדֶשׁ הַקֳּדָשִׁים, Sancta Sanctorum ſ. tabernaculi pars ſanctiſſima.

4. Χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον, cuius erat thuribulum aureum. Illud thuribulum, i. e. prunarium, cui immittebantur aromata, non inerat adyto, ſed in uſum diei expiationis factum erat, ut geſtaretur a Pontifice M. adytum intrante. S. Ἡ κιβωτὸς, arca. Χρυσίον, aurum, laminae aureae. Πάντοθεν, undiqve, ubiqve, eſt ἔνδοθεν καὶ ἔξωθεν. L. Στάμνος, de hoc vocabulo Celeb. Fiſcherus in Praefatione ad Paſoris Lexicon p. 21. ſuo more, i. e. diligentiſſime et doctiſſime diſputat. In omnibus, inqvit, qvae vidi, Lexicis, Latine vertitur *urna*. Verum non aſſeqvi Latinum vocabulum Graeci vim, ex deinceps dicendis fiet planum. Στάμνος a Grammaticis et ſcholiaſtis Graecis idem, qvod ἀμφορεὺς, dicitur ſignificare. Thomas Magiſter: ἀμφορεὺς λέγε, μὴ ςάμνος. Moeris: ἀμφορέα, τὸν δίωτον ςάμνον, Ἀττικῶς· ςάμνον, Ἑλληνικῶς.

Undo

Unde στάμνον esse vas utrinqve ansatum, qvis non videt? qvale apud Horatium diota nominatur: per qvod vocabulum explicatur in Glossa vetere et ipsum verbum graecum, ἀμφορίον. Idem constat e libris V. T. στάμνον illam, de qva Paullus loqvitur, continuisse septem sextarios, tot enim sextarii aeqvant mensuram Hebraeorum, qvam עֹמֶר appellant. Ergo per στάμνον non tantum vas utrinqve ansatum intelligendum esse liqvet, sed est etiam certissimum illud cepisse sextarios septem. Qvod etsi uno vocabulo vix potuit exprimi Latine; e dictis tamen conseqvi puto, melius reddi per *diotam*, qvam per *urnam*. Nam si explices per *diotam*, etsi non magnitudo et amplitudo, tamen figura vasis cuiqve se ostendet et occurret. Sed si per *urnam* interpretere: neqve figuram eius, neqve amplitudinem et capacitatem cogitare lector in animo poterit. Ἐν ᾗ, qvacum erat. Nullo argumento probari potest, diotam et sceptrum, aeqve ac tabulas legis, a Mose in arcam recondita fuisse. Ἐν ᾗ idem valere debet atqve hebraicum וּבָהּ, i. e. una cum arca fuisse, sive ad arcam pertinuisse; nec magis premere licet verba, qvum superius χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον satis doceat, Paullum hic non *distincte*, ut faciunt antiqvarii, sed *late*, et *consilio suo accommodatius* loqvi voluisse. Scilicet ἐν ᾗ dictum pro: ἥτις εἶχε, qvod, modo adhibitum, repetere noluit Apostolus. Simili prorsus modo ב ab Alexandrinis vertitur ἐν. Gen. 32, 11. 1 Sam. 1, 24. μετά. Os. 5, 6. Καὶ ἡ ῥάβδος — βλαστήσασα, sceptrum Aaronis, qvod fruticaverat. Βλαστάνω, s. βλαστέω, germino.

5. Πλάξ, ἡ, tabula. Χερουβὶμ, a) Cherubi ex sententia Ill. I. D. Michaelis sunt eqvi tonantes. Caeterum in medio relinqvit, an Cherubis adyti vel angeli vel homines, pertinentes sc. ad Dei currus tonantes, indigitentur. Fatetur nihil certi ea de re posse definiri.

niri. Sunt autem ex eius coniectura Cherubi in arca foederis imagines ecclesiae sic dictae triumphantis, partim ex Iudaeis, partim ex gentilibus collectae. Vide I. D. Michaelis Entwurf der typischen Gottesgelahrheit p. 132. b) Cherubini fuerunt imagines symbolicae qvatuor perfectissimorum angelorum, qvi proximi sunt maiestatis divinae ministri, adeoqve thronum efficere dicuntur, qvo vehitur Deus. S. Χερȣβὶμ δόξης, a) qvi efficerent thronum maiestatis divinae. Hinc Deus dicitur יֹשֵׁב הַכְּרֻבִים 1 Sam. 4, 4. In qvibus se gloria Domini, vel Schechina revelabat. Kr. b) Glänzende Cherubinen; abstractum est pro concreto ἔνδοξοι, Cherubim pulcri, gloriosi. M. B. Ph. p. 45. Κατασκιάζω, obumbro, obtego. Ἱλαςήριον (ἐπίθεμα, qvod addiderunt LXX Ex. 25, 17.) operculum arcae foederis. Κατὰ μέρος (ἕκαςον,) sigillatim.

6. Πρώτη σκηνὴ, pars tabernaculi anterior. διαπαντὸς, qvoqve tempore. Εἰσίημι, intro.

7. Εἰς δὲ τὴν δευτέραν (σκηνὴν,) in interiorem autem habitaculi partem. Ἅπαξ (κατὰ vel διὰ) τȣ̃ ἐνιαυτȣ̃, semel annuatim. Tradunt Iudaei summo consensu, pontificem maximum qvater adytum intrasse sollemni expiationis die. Caeterum bene notandum est, pontificem non nisi expiationis die adyta intrasse, falsoqve statui, qvod id unqvam alio tempore factum sit Dei per pectorale interrogandi caussa. Omnis generis peccata hic ἀγνοήματα vocantur, in qvae, qvod ignota essent, civilis poena haud caderet.

8. Τȣ̃το — ςάσιν, qva functione pontificis. M. docere voluit Spiritus S. nondum apertam esse viam adyti coelestis, qvousqve staret aedes illa anterior, qvae populum et sacerdotes, et praeter expiationis diem ipsum qvoqve pontificem arceret ab adyto. Δηλόω, declaro. Ὁδὸς ἁγίων est potestas intrandi sancta coele-

coeleſtia, uti infra Cap. 10, 19. 20. *Στάσις*, ſtatio; *ςάσιν ἔχειν*, ſtare, eſſe. So lange das Vorderzelt noch ſtehet. So lange noch täglich geopfert wird, und die moſaiſche Einrichtung gilt. M.

9. Ἥτις (ἦν) παραβολὴ, qvae *ςάσις* typus eſſe debuit. *Ἐις τὸν καιρὸν ἐνεςηκότα*, usqve ad tempora noſtra praeſentia. Καθ᾽ ὃν (*καιρὸν*) quibus qvidem adhuc ſacrificia fiunt. Μὴ *δυνάμεναι* — *λατρεύοντα*, qvamvis conſcientiam eius, qui ſic Deo cultum praeſtat, neqveant tranqvillam reddere.

10. Μόνον — σαρκὸς, qvi cultus verſatur in cibis, potibus et variis lotionibus et aliis ritibus externis. *Δικαίωμα σαρκὸς*, ritus caerimonialis. Ex *λατρεύοντα* ſupple (*λατρεία*) *μόνον ἐπὶ βρῶμασι* etc. *Ἐπικείμενα*, qvae impoſita fuerunt. *Μέχρι καιρȣ̃ διορθώσεως*, usqve ad tempus perfecti cultus per Meſſiam inſtituendi.

11. Παραγίνομαι, advenio. *Ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν*, qvi nobis daret bona N. T. Effecta indicat Genitivus. O. 8. B. *Διὰ τῆς* — *σκηνῆς*, per maius et perfectius Sanctum, qvod ducit ad coeleſte adytum. *Σκηνὴ* uti v. 2. anteriorem aedis partem et h. l. ipſam Servatoris naturam humanam denotat. *Ου ταύτης τῆς κτίσεως*, non huius ſtructurae, qvalis fuit ſanctuarii Iudaici. *Χειροποίητος*, ὁ, ἡ, humanis viribus conditus.

12. Εἰσῆλθεν — εὑράμενος pró *εἰσελθὼν εὕρηκε*. Eſt Participiorum hypallage. B. Ph. 105. *Ὁ τράγος*, hircus. *Ὁ μόσχος*, vitulus. *Εὑρίσκειν*, h. l. comparare. *Εὑράμενος* per Syncopen pro *εὑρησάμενος*, part. a. 1. M. *Λύτρωσις*, expiatio.

13. Ὁ ταῦρος, taurus, bos. *Ἡ δάμαλις*, iuvenca. *Ῥαντίζω*, adſpergo, h. l. luſtro, uti Pſ. 51, 9. *Κεκοινωμένος*, immundus. J. *Ἁγιάζει* — *καθαρότητα*,

τα, externam, qva legem caerimonialem, ipſis confert munditiem. Cf. Num. 19, 21. Cineres vaccae ruſae immundos homines vaſaqve mundabant, in qvo eſt praeſtantiſſimus typus Chriſti, qvi ſangvine ſuo omnes expiavit.

14. **Διὰ πνεύματος αἰωνίȣ**, cum ſpiritu aeterno, qvo natura divina notatur. Διὰ h. l. pro μετὰ vel σὺν ponitur, uti Rom. 14, 20. B. Ph. 133. Filius, qua Deus, habuit negotium aeternum (cf. αἰώνιος v. 12. 15.) cum patre per naturam ſuam humanam exſeqvendum; alioqvin non poſſet dici: ὁ Θεὸς ἦν ἐν Χριςῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ, 2 Cor. 5, 19. Act. 20, 28. Ὃς διὰ πνεύματος — Θεῷ, der ſich vermöge ſeiner ewigen geiſtigen Natur als ein vollkommenes Opfer Gott dargebracht hat. M. Ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, a labe peccati. Elegans obſervanda alluſio cum exaggeratione. Etenim cinis iuvencae abſtergebat immunditiem e cadaveris contactu contractam; ſangvis I. C. purgat animi conſcientiam a vitiis et culpa peccati, qvod mortem parit; ergo peccatores ipſi habentur tanqvam cadavera, uti damnati Eſ. 66, 24. Deus dicitur ζῶν, i. e. verus et ſanctus maxime in oppoſitione νεκρῶν ἔργων.

15. **Διὰ τȣ͂το** ſc. αἷμα. Διαθήκη nunc *pactum* et *foedus*, certe v. 14. nunc *teſtamentum* morientis notat; cui alteri notioni inſiſtit maxime Paullus; etſi prior, hebraico בְּרִית reſpondens, ad legis foedus pertinet. Ex hac tota ratione, obiter ut addam, vatum ſanctorum oracula pendent ea, qvae ad humanas ſimul res populiqve Iudaici fata, et ad divinas, vel Chriſtiani coetus conditionem ſimul ſpectant. Qvin figura haec ſc.

Cap. 9, 14. Lectionem αἰωνίȣ praeferendam eſſe alteri, et codd. optimi et nexus orationis docent. S.

ſc. dilogia fundamentum eſt omnium dictorum apud alios ſcriptores, qvorum ingenium et argutiae ex *ambiguitate* pendent vocabuli; cuius neutram notionem neglexiſſe cenſendi ſunt, qvi ex ambiguo repetunt acumina. B. Ph. 187. ſeqv. Θανάτȣ γενομένȣ, cum mors ipſius intercesſiſſet. Ἐις ἀπολύτρωσιν — παραβάσεων, ad expianda peccata ſub priori foedere commiſſa. Ὁι κεκλημένοι — κληρονομίας, qvibus oblata eſt aeterna haereditas.

16. Ὅπȣ γὰρ (ἐςὶ) διαθήκη ἀνάγκη (ἐςὶ) φέρεσθαι θάνατον τȣ̃ διαθεμένȣ, neceſſe eſt ut mors intercedat teſtatoris.

17. Ἐπὶ νεκροῖς βεβαία, a) ſi mortui ſint, ſc. ii, qvi teſtamentum condiderunt, teſtamentum ratum ſit. b) Ἐπὶ νεκροῖς dictum pro ἐπὶ θανάτῳ, ſic qvoqve 1 Cor. 15, 29. Scilicet מֵתִים hebraeis denotant *inferos*, mortemqve, uti Coh. 9, 3. οἱ ὁ: νεκροί. Unde formula ἐκ νεκρῶν ſaepiſſime occurrit pro: ἐκ θανάτȣ. B. Ph. 256. Parentheſi v. 16. et 17. ſunt includendi.

18. Ἐγκεκαίνιςαι, Chryſoſtomus: βεβαία γέγονεν, ἐκυρώθη. Ἐγκαινίζειν h. l. ratum facere, feyerlich vollziehen. M.

19. Λαληθείσης — ἐντολῆς, poſtqvam recitata fuerunt praecepta omnia ſc. ἐκ βιβλίȣ. Ἔριον, lana. Κόκκινος, η, ον, coccineus. Αὐτό τε τὸ βιβλίον, a) ſc. λαβὼν, accepto ſangvine vitulorum et hircorum aqva mixto, lanaqve purpurea et hyſſopo atqve libro. M. b) Non poſſum probare ſtudium eorum, qvi verba αὐτό τε τὸ βιβλίον conſtruunt cum ſuperiori λαβὼν, eoqve ſe excuſant, qvod proximo καὶ reſpondeat aliud v. 21. Negant ſcilicet volumen teſtamenti ſangvine reſperſum fuiſſe, propterea qvod Ex. 24, 8. nihil de conſperſo volumine tradatur. Sed nec reliqva commatis noſtri momenta in relatione Moſaica

ſaica reperiuntur; eſtne igitur cur mirere, huius ritus memoriam a Moſaico textu pariter abeſſe, qva nec opus erat, qvum res ipſa coram univerſo populo peracta, neminem latuerit, adeoqve traditione ad poſteros ipſumqve Paullum propagata fuerit? Immo in noſtro commate Syrus et Arabs, vetuſti interpretes, hunc ſenſum verbis graecis ſubiecerunt, qvod Moſes volumen legum et populum ſangvine aſperſerit. Fatendumqve omnino eſt, conſtructionem vocis βιβλίον cum λαβὼν duram eſſe et impeditam ita, ut certe dubius haereas, qvum nec rei natura te cogat, ut illam ſeqvaris. De aſperſo libro, itidemqve hyſſopo et lana cocco tincta Exod. 24. 8. nihil legitur, et tamen factum ſic eſſe merito ſtatuitur. Gl. Ph. 672.

20. Τοῦτο τὸ αἷμα — θεὸς, hic eſt ſangvis, qvo iuſſu Dei foedus eius vobiscum ratum facere debeo.

21. Καὶ τὴν σκηνὴν — ἐῤῥάντισε, tenendum eſt Apoſtolum v. 20-22. de aſperſione ſangvinis in univerſum, qva ὑποδείγματα omnia, loqvi, minimeque de una eademqve actione.

22. Σχεδὸν, fere. Nonnulla enim igne et aqva purificabantur. Ἐν, per. Αἱματεκχυσία, ſangvinis effuſio. Ἄφεσις, expiatio.

23. Ἀνάγκη οὖν (ἦν) — καθαρίζεσθαι, exinde ſeqvitur luſtrationem iam dictam locum qvidem habuiſſe in illo templo, qvod forma ſua archetypum coeleſte expreſſit, in coelo autem ipſo excellentius ſacrificium fuiſſe offerendum. M. Κρείττοσι θυσίαις pro κρείττονι θυσίᾳ, ſermo enim eſt de uno Chriſti ſacrificio. Gl. 59.

24. Ἀντίτυπος, ὁ, ἡ, typo cuidam reſpondens. Ἀντίτυπα (ἅγια) ἀληθινῶν, quae figuram exhibebant verorum. Ἐμφανίζομαι, appareo, conſpicien-

dum me praebeo. Ὑπὲρ ἡμῶν, in noſtram ſalutem, pro nobis interceſſurus.

25. Πολλάκις, freqventer. Κατ' ἐνιαυτὸν, qvotannis. Ἐν, cum.

26. Ἀπὸ καταβολῆς κόσμȣ, iam olim inde a prima mundi aetate. Ἐν συντελείᾳ τῶν αἰώνων, a) ſub finem mundi. Gl. In dem zweyten Weltalter. M. b) Media mundi aetate, ſ. in confinio V. et N. Teſtamenti, in confinio ſeculorum. Hoc accuratiſſime in tempus Meſſiae noſtri congruit. Cum enim ille veniret, finis aderat τȣ̃ עוֹלָם הַזֶּה et initium τȣ̃ עוֹלָם הַבָּא. Igitur duo τέλη, duae extremitates et termini horum עוֹלָמִים ſive αἰώνων ſemet invicem contingebant. Sic Iob. 26, 10. μέχρι συντελείας φωτὸς καὶ σκότȣς, usque ad confinium lucis et tenebrarum. Schöttgen. Εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας, abolendi peccati cauſſa. Πεφανέρωται, patefecit ſe.

27. Καθ' ὅσον (τρόπον,) qvomodo. Ἀπόκειται — κρίσις, qvemadmodum hominibus hoc reſervatum eſt, ut cum mortui fuerint ſemel, deinde in iudicio compareant, ſic qvoqve Chriſto, poſtqvam una oblatione multorum peccata ſuſtulit ipſumqve iudicium, reſtat hoc, ut non tanqvam victima pro peccatis, ſed tanqvam dominus redemtorum et iudex redeat, illisqve, qvi in ipſo confidant, iudicio ereptis felicitatem conferat.

28. Ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας, ut tolleret peccata. Χωρὶς ἁμαρτίας, a) nicht um Sünder zu retten. M. b) Ita ut nullum cenſeatur habere peccatum, i. e. non iterum tanqvam victima pro peccato.

CAP.

CAP. X.

1. Σκιὰ, levis adumbratio. Ἐικόνα, formam ſc. faciem archetypam rei ipſius Apoſtolus opponit umbrae. Κατ' ἐνιαυτὸν (ἕκαςον,) qvoqve anno, Jahr aus, Jahr ein. M. Ἐις τὸ διηνικὲς, continenter. Τὲς προσερχομένες, qvi aedem adeunt cultus cauſſa. Τελειῶσαι, conſcientiam perfecte pacatam reddere.

2. Ἐπεὶ — προσφερόμεναι, alioqvin deſiiſſent afferri victimae, ſiqvidem expiare penitus valerent. Προσφερόμεναι pro προσφέρεσθαι. O. 22. Διὰ τὸ — κεκαθαρμένες, eo qvod, qvi cultum obirent, nullorum amplius peccatorum ſibi conſcii eſſent, poſtqvam ſemel eſſent purgati.

3. Ἀλλὰ ἐν αὐταῖς (θυσίαις) ἀνάμνησις (γίνεται,) contra per illas victimas fit repetita peccatorum mentio ſingulis annis. Debebat enim pontifex qvolibet expiationis die peccata ſua et domus ſuae, pariterqve totius gentis denuo confiteri, Lev. 16, 6. 11. 21. Ἐν, per.

4. Ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας, a peccati culpa immunes reddere. Ἀδύνατον γὰρ (ἐςι,) fieri enim non poteſt.

5. Ἐισερχόμενος εἰς τὸν κόσμον, ubi in mundum veniens ſiſtitur, ubi Pſ. 40, 7. inducitur qvaſi homo recens natus et de ſuo munere diſſerens. Gl. Ἐισέρχεσθαι εἰς κόσμον, naſci, *Hebr.* O. 41. atqve munus legati divini in hoc mundo adire; nam Chriſtus erat ἀπεςαλμένος εἰς τὸν κόσμον, Ioh. 10, 36. Ἐθέλω, volo, delector. J. Σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, a) corpus mihi formaſti, qvod tibi offerrem tanqvam λύτρον omnibus victimis praeſtantius. S. b) Zum Gehorſam haſt du mich gewöhnet. M.

 6. Ὁλο-

6. Ὁλοκαύτωμα, holocauſtum. Περὶ ἁμαρτίας (θυσία,) piaculare ſacrificium. Alexandrini interpretes ſic vertunt חַטָּאָה et אָשָׁם.

7. Τότε εἶπον, tunc igitur dixi, ſc. eo tempore, qvo munus ſervatoris adii. Κεφαλὶς, ίδος, ἡ, volumen. Θέλημά σȣ, qvod tibi placet. Exprimit hebraicum רָצוֹן.

8. Ἀνώτερον, ſupra, ſuperiori aliqvo loco. Αἵτινες κατὰ τὸν νόμον προσφέρονται, licet, lege Moſaica ita iubente, offerantur.

9. Ἀναιρεῖ τὸ πρῶτον, tollit, abrogat prius, ſc. leges de ſacrificiis typicis. Ἱςάω vel ἵςημι, h. l. ſtabilio. Reſpondet Hebraeorum עָמַד, qvod in Hiphil notat *ſtabilire.* J.

10. Ἐν ᾧ θελήματι, durch dieſen Auftrag. Ἡγιασμένοι ἐσμὲν, veniam peccatorum conſecuti ſumus.

11. Ἕςηκε λειτȣργῶν, ſtat, dum ſacra facit. Nam in templo ſedere nemini licebat, niſi regi de gente Davidica. De Chriſto Domino ſeqvitur: ἐκάθισε, v. 12. Περιαιρέω, aufero, i. q. ἀφαιρεῖν, v. 4.

13. Τὸ λοιπὸν ἐκδεχόμενος, id qvod reſtat, qvod adhuc fieri debet, expectans.

14. Τελειόω, h. l. perfecte felicem reddo.

15. Μαρτυρέω, h. l. confirmo et probo. Μαρτυρεῖν τινι eſt Helleniſtis *probare aliqvem.*

18. Ὅπȣ δὲ (ἐςιν.) Ὀυκ ἔτι — ἁμαρτίας, non amplius opus eſt ſacrificio piaculari.

19. Ἔχοντες — Ἰησȣ̃, qvum igitur data nobis ſit, o cariſſimi, facultas animo fiduciae pleno ob cruentam Ieſu mortem ad adytum coeleſte contendendi.

20. Ἣν

20. Ἣν — ὁδὸν, ea via, qvam inſtauravit. Πρόσφατος, ὁ, ἡ, recens. Ζῶν, vigens, i. e. perpetuus, qvae patet per corpus viventis Chriſti. Ζῶν ex hebraismo habet interdum adiunctam notionem praeſtantiae atqve perfectionis, v. c. Ioh. 4, 10. Ἣν — αὐτοῦ, ea via praeſtantiſſima, qvam nuper nobis inſtauravit per velum, h. e. corpus ſuum, i. e. factam corporis ſui, qvaſi veli, diſciſſionem. Caeterum metaphora haud dura, dum *velo* comparatur corpus domini; immo ſimiliter θύραν ſe vocat Chriſtus, Ioh. 10, 7. 9.

21. Καὶ ἱερέα — Θεοῦ, ſc. ἔχοντες, et cum habeamus pontificem domui Dei praefectum.

22. Ἀληθινὴ καρδία, animus integer. Πληροφορία πίστεως, fiducia firma. Ῥαντίζω, luſtro. J. Ἐῤῥαντισμένοι — πονηρᾶς, mente luſtrata (per ſangvinem Chriſti,) ita ut peccati conſcientia et culpa exſtincta ſit.

23. Λελουμένοι τὸ σῶμα — καθαρῷ, abluti corpore aqva pura, ſc. in baptismo. Ὁμολογία τῆς ἐλπίδος, promiſſa fides. Sic Matth. 14, 7. ὁμολογεῖν ſignificat *promittere*. Mihi qvidem videtur reſpici ab Apoſtolo v. 22. et 23. potiſſimum ad ἐπερώτημα συνειδήσεως ἀγαθῆς, 1 Petr. 3, 21. Ἀκλινὴς, ὁ, ἡ, firmus, immotus. Πιστὸς γὰρ (ἐστι,) Deus enim certo ſtat promiſſis.

24. Κατανοέω, reſpicio, obſervo. Κατανοῶμεν ἀλλήλους, obſervet alter alterum eumqve curet. Εἰς παροξυσμὸν — ἔργων, ad excitandum ſtudium amoris et virtutis liberalis. Παροξυσμὸς, irritatio in bonam et malam partem, h. l. exſtimulatio amoris. Genitivus obiectum ſ. materiam indicat.

25. Ἐπισυναγωγὴ, conventus ſacer. Καθὼς ἔθος (ἐστί) τισι, qvi mos eſt qvorundam. Τοσούτῳ μᾶλλον ὅσῳ (μᾶλλον) βλέπετε, aut ὅσῳ pro ὅτι, po-

ſitum eſt. B. Tanto magis, qvo videtis propiorem eſſe. Ἐγγίζουσαν pro ἐγγίζειν. Ἡμέραν (Χριστοῦ,) Phil. 1, 6. Inſtabat ſcilicet ultimum Hieroſolymorum excidium, ubi primum Chriſtus ſummum imperium glorioſe demonſtravit, deſtruenda incredulae gentis republica, Matth. 16, 28. Iac. 5, 8. Qvod ſolent Apoſtoli ipſi adventui domini ad iudicium adiungere, qvi in V. T. cenſetur remotus, donec venerit Chriſtus, Dan. 12, 13; at poſt illum imminet, 1 Petr. 4, 7. Utrumque pariter coniungitur, Mal. 3, 23. At notas temporis ipſe diſtinxerat Chriſtus, Matth. 24, 3. 29. 34. 46.

26. **Ἑκουσίως**, voluntarie. Ἁμαρτάνειν eſt ſynonymum verbi παραπίπτειν, deficere. Ἑκουσίως continet deſcriptionem peccati, vocatur בְּיָד רָמָה Num. 15, 30. oppoſitum שְׁגָגָה, errori, ignorantiae, ubi LXX utuntur voce ἀκουσίως, Num. 15, 24. 25. Pro hoc licebat victimam offerre, at pro illo minime.

27. **Φοβερὸς, ὰ, ὸν**, horrendus. Ἐκδοχὴ, exſpectatio. Πυρὸς ζῆλος, ardens zelus. Ignis Sinaiticus argumento erat, iram Dei minasqve non eſſe vanas, habebatqve ſymbolum ignis aeterni inferorum. Noſtra verba manarunt ex Eſ. 26, 11. ubi τῷ ἐσθίειν reſpondet אָכַל pariter *de igne* adhibitum. Ἐσθίειν μέλλοντος ὑπεναντίους (ἀπολεῖπεται,) ardens zelus devoraturus hoſtes qvoslibet reſtat.

28. **Ἀθετέω**, violo. Ἐπὶ δυσὶ, ſic eleganter LXX verterant עַל־פִּי, Deut. 17, 6. 19, 15. i. e. hac lege, ſi duo aut tres teſtes adſint. Ἐπὶ, propter.

29. **Χείρων, ὁ, ἡ**, gravior. Τιμωρία, ſupplicium. Ἀξιωθήσεται, afficietur. Καταπατέω, conculco, foediſſime habeo. J. Exprimit per hebraiſmum ſummam contumeliam, qva hoſtis victus afficitur, qvae in eo erat, ut a victore pedibus conculcaretur. Ioſ. 10, 24. Zach. 12, 3. Apoc. 11, 2. Κοινὸς, immundus. J. Ἐν

ᾧ ἡγιάσθη, per qvod lustratus est sc. a peccatis. Exprimit hebraicum קָדַשׁ. Πνεῦμα, dona evangelica Spiritus S. qvae Deus Zach. 12, 10. pollicetur. Ἐνυβρίζω, contumeliose tracto.

30. Οἴδαμεν γὰρ τὸν εἰπόντα, novimus eum, qvi dixit. Ἐμοὶ (ἐστι) ἐκδίκησις, mihi convenit ultio. Κύριος — αὐτοῦ, Iehova etiam populum, qvem sibi sacrum esse voluit, puniet. Iactabant enim temere Iudaei, Iehovam non posse non bene cupere populo suo, a qvo vocari voluerit. Cf. Rom. 3, 29. Hebr. 12, 29. et praecipue 1 Petr. 4, 17. דין medio sensu eloqvuntur Vet. Interpretes omnes, Deut. 32, 36. porro in bonam partem, Ps. 135, 14. Chaldaeus et Arabs; at in malam partem et recte Es. 3, 13. veteres Interpretes omnes, eorumque in primis Ionathan. Idem postulat loci nostri contextus.

31. Φοβερόν (ἐστι) — ζῶντος, terribile est poenas dare Deo aeternum viventi.

32. Τὰς πρότερον (οὔσας) ἡμέρας, superiora tempora. Φωτίζω, cognitione salutari aliqvem instruo. Ἄθλησις, certamen.

33. Ὑπομένω, perfero, sustineo. Τοῦτο μὲν, τοῦτο δὲ, μὲν seqvente δὲ h. l. orationem facit distributivam, *partim qvidem*, *partim vero*. Τοῦτο μὲν — θεατριζόμενοι, nunc ipsi conviciis et vexationibus, opprobrio palam expositi. Θεατρίζω, supplicio afficio, omniumqve ludibrio, tanqvam in theatro aliqvo, expono.

Cap. 10, 33. Lectionem δεσμίοις pro δεσμοῖς μου V. Griesb. in textum recte recepit. Videtur praeferenda alteri, non solum qvia facilius potuit illa in hanc mutari, qvam contra, sed potissimum propterea, qvod Paullus sui usqve ad finem epistolae aperte meminisse noluit; unde persvasum mihi habeo, eum hic qvoqve consulto latiori formula vinculorum mentionem fecisse. S.

pono. Τȣ̃το δὲ — γενηθέντες, nunc in ſocietatem eorum, qvi talibus calamitatibus iactarentur, pervenientes, ſc. ex eorum afflictionibus dolores capiendo. Ἀναςρέφομαι, vivo, verſor, h. l. agitor. Similiter Virgil: multum ille et terris iactatus et alto. Sic κακὴ ἀναςροφὴ, 2 Macc. 5, 8. Hebr. 13, 7.

34. Ἁρπαγὴ, direptio. Τὰ ὑπάρχοντα, facultates, bona. Προσδέχομαι, excipio, ſuſtineo. Ἔχειν ἑαυτοῖς — ȣ̓ρανοῖς, vos habere propriam vobis eamqve excellentiorem poſſeſſionem in coelis. Dativus exprimit *ius* et *dominum proprium*. Ὕπαρξις, poſſeſſio, res, hanc poſſeſſionem Chriſtus vocat τὸ ὑμέτερον, Luc. 16, 10. 11. Cf. Matth. 19, 21. Μένȣσα, perpetua, uti Cap. 13, 14.

35. Παῤῥησία, fiducia ingenua. Μισθαποδοσία, mercedis retributio. Μισθὸς in ſacris litteris plerumqve *mercedem ex gratia nobis conceſſam* denotat. Ἀποβάλλω, abiicio.

36. Ἵνα ποιήσαντες, ut, qvum Deo obtemperaritis. Κομίσησθε τὴν ἐπαγγελίαν, reportetis bona vitae aeternae per Meſſiam parta, qvae Deus pollicitus eſt iam Abrahamo, gentis Dei auctori. Κομίζομαι, accipio, obtineo.

37. Μικρὸν (χρόνȣ μέρος ἐςὶν) ὅσον, ὅσον (ἐςὶ,) qvantulumcunqve eſt. Voci μικρὸν additum eſt Graecorum more ὅσον. Solent enim Graeci vocabulis magnitudinem ſignificantibus τὸ ὅσον adiicere. Phalaris ep. 23. ἡ Φαλάριδος τυραννὶς τῆς Πυθαγόρȣ φιλοσοφίας πλεῖθον ὅσον δοκεῖ κεχωρίσθαι, Phalaridis regnum

Cap. 10, 34. Praepoſitio ἐν cum ἑαυτοῖς conſtructa, omnino ferri non poteſt, qvia mox in eadem conſtructione ſeqvitur ἐν ȣ̓ρανοῖς. Omiſſa eſt etiam in textu, quem V. Griesb. exprimendum curavit.

regnum a Pythagorae philoſophia videtur plurimum diſcrepare. Sic etiam dicunt θαυμαστὸν ὅσον, οὐράνιον ὅσον. Latini id imitantur. Horatius L. I. Od. 27. v. 5. Vino et lucernis Medus acinacis Immane qvantum diſcrepat! Iuſtinus L. VI. Cap. 2. Qvorum iuſtitia religione permixta incredibile qvantum coaluere. Caeterum non vocabulis magnitudinis modo, ſed et *parvitatis* τὸ ὅσον adiicitur. Exemplum eſt in hoc loco; ἔτι μικρὸν ὅσον, ὅσον. Eandem ῥῆσιν viſere eſt in verſione Graeca V. T. Eſ. 26, 20. ἀποκρύβηθι μικρὸν ὅσον, ὅσον. Heliodorus lib. 5. Cap. 18. habet ὀλίγον ὅσον. Sed in his Heliodori non apparet τὸ ὅσον geminatum, qvemadmodum in alteris illis. Videtur autem et iſta geminatio facta eſſe per Hebraiſmum intendendi cauſſa: ut μικρὸν ὅσον ὅσον ſignificet *perexiguum, perpuſillum.* Vorſt. Com. p. 324. O. 32. δ. Ὁ ἐρχόμενος, ut adſit, qvi ſe venturum dixit. Sic enim Meſſias κατ᾽ ἐξοχὴν dicitur Matth. 11, 3. Conf. Mal. 3, 1. Habac. 2, 3. 4. coll. 1, 3.

38. Δίκαιος, Deo probatus. Ἐκ πίστεως, ob fiduciam in futuro Meſſia. Ζάω, felicitate firma fruor. J. Ὑποστέλλομαι, ſubduco me, fiducia ſum deſtitutus. Ψυχὴ, ego. J.

39. Ὑποστολῆς — πίστεως (τέκνα,) non ſumus in eorum, qvi ſe ſubducant, numero, qvod nobis pernicioſum foret, ſed ſumus vera fide praediti ad noſtram ſalutem. Nomen *filii* ex hebraiſmo eſt ſubaudiendum. Gl. Ph. 97. Περιποίησις, conſervatio, ſalus.

CAP. XI.

1. Ὑπόστασις, certiſſima fiducia. Oecumenius ad h. l. ὑπόστασιν interpretatur οὐσίαν, et ſuper ea re lepide philoſophatur, probante tamen, qvod mireris, Beza. Si Scholiaſtes ille, conſulta Alexandrina

versione, animadvertisset, ὑπόστασιν dici, ubi in Hebraico essent verba תּוֹחֶלֶת, et qvae aliis locis per ὑπομονὴν, ἀπεκδοχὴν et similia exprimerentur, qvae patientem et constantem exspectationem rerum speratarum indicarent, item, Hexaplis inspectis, Ps. 39, 8. ubi Alexandrini verbum תּוֹחֶלֶת per ὑπόστασιν interpretentur, esse, apud Aqvilam καραδοκίαν, Symmachum autem, ἀναμονὴν, facile sibi ab istis argutiis cavisset, praesertim si cogitasset, τὸ ὑφίστασθαι, unde ὑπόστασις ducitur, etiam Graecis dici pro *persvasum sibi habere*, qvo sensu nondum notato in Lexicis, saepe est apud Diodorum Siculum, velut I. 6. 11. 12. etc. E. Opp. p. 237. et 238. Ἔλεγχος, ὁ, certissima persvasio. Ὀυ βλεπομένων, rerum, qvarum expers est oculus, vel, qvia tantum sensus haud feriant, vel qvia adhuc futurae sint. Iosephus A. V. 10. τὰ βλεπόμενα *de eventu promissionis* dixit, qvi locus ad verba Paulli explicanda utiliter adhiberi potest. E. I. p. 179. Πραγμάτων ἔλεγχος ȣ̓ βλεπομένων, von abwesenden Dingen überzeugt seyn. M.

2. Ἐν, ob. Μαρτυρέομαι, egregia laude ornor. Μαρτυρεῖν inprimis de Spiritus S. testimonio per litteras s. dici, patet ex Hebr. 10, 15. habetqve simul *commendandi* notionem. Πρεσβύτεροι, seniores, h. l. maiores.

3. Νοȣ͂μεν, intelligimus et firmiter nobis persvasum habemus. Κατηρτίσθαι — θεȣ͂, omnipotentia Dei mundum esse creatum. Ὁι αἰῶνες, mundus. O. 2. Dubitari potest, an sacri scriptores N. T. hunc usum vocabuli αἰῶνος ex lingva hebraica habuerint. E libris qvidem V. T. h. e. ex temporibus lingvae hebraeae adhuc vivae vix poterit exemplum afferri, ex qvo probari possit עוֹלָם dictum esse pro *mundo* sive *toto hoc universo*. Unus tantum locus est in toto V. T. codice sc.

Eccle-

Ecclesiast. 3, 11. ubi עוֹלָם *mundum* videtur indicare, sed pleriqve interpretes in eo qvoqve usitatiorem *aeternitatis* significationem substituunt. Sed qvamqvam hic usus vocabuli עוֹלָם ex aurea lingvae hebraicae aetate demonstrari non possit, tamen scriptoribus sacris N. T. notus et familiaris fuit ex dialecto, qva ipsi utebantur, Syro-Chaldaica, in qva עָלְמָא et עלמא freqventissime *mundum* significat; in lingva Arabica etiam idem vocabulum in utroqve numero ita usurpatur. D. ad Gl. Ph. 63. V. Koppius omnino negat vocabulum *αἰῶνος* significare *mundum* atqve ullum in V. et N. T. libris esse locum, qvi istam significationem certo confirmet. Nostro loco *αἰῶνας* de *aeterno rerum omnium initio* intelligit. Vid. Excurs. I. ad Gal. Μὴ ἐκ φαινομένων pro ἐκ μὴ φαινομένων. De turbatis et qvasi luxatis verbis, ut non ordine eo, qvem sensus postulare videatur, collocata sint, vide B. Ph. p. 280. Μὴ φαινόμενα, qvae non sunt, qvo sensu et Latini *apparere* dicunt. E. Φαινόμενον accipiendum est more Iudaeorum, qvibus res *non existens* est לא נִמְצָא, 2 Macc. 7, 28. Sic ipsum creationis verbum בָּרָא denotat id, qvod non erat, in conspectum producere, eoqve sensu ab LXX. vertitur δείκνυμι, Num. 16, 30. καταδείκνυμι, Es. 40, 26. Cap. 41, 20.

4. Πίστει, ob fidem. Πλείων, maioris pretii, magis acceptus. Παρὰ, prae. Μαρτυρέομαι, egregia laude ornor. Δι᾽ ἧς — δίκαιος, per qvam sollemni Spiritus S. testimonio tanqvam vir iustus commendatus fuit. Μαρτυροῦντος — Θεοῦ, testimonium egregium de donis perhibente Deo. Δι᾽ αὐτῆς (πίστεως) ἀποθανὼν,

Cap. 11, 4. Lectio λαλεῖ praeferenda est, qvam etiam V. Griesb. loco τοῦ λαλεῖται in textum recepit.

θανὼν, qvamvis mortuus ſit. O. 22. Λαλέω, doceo, doctorem me praeſto.

5. Τȣ̃ μὴ ἰδεῖν θάνατον, ut non moreretur, explicatur illa μετάθεσις. Nam Genitivus, nominatim Genitivus articuli praepoſitivi, hanc vim explicandi habet. B. Ph. 30. Ἰδεῖν θάνατον, mori. O. 41. Καὶ ȣ̓χ εὑρίσκετο, ita LXX. verterunt וְאֵינֶנּוּ, et diſparuit, non amplius extitit, a Deo ſublatus. Gl. Ph. 221. Μετατίθημι, transfero. Ἐυαρεστέω, probatus ſum.

6. Δὲ, atqvi. Ἀδύνατόν (ἐστιν) ἐυαρεστῆσαι, atqvi ſine fide nemo Deo probari poteſt. Προσέρχεσθαι θεῷ, Deum adire, gratiam Dei ſibi conciliare velle. Ἐκζητεῖν θεὸν, Dei favorem ſectari. Formula דָּרַשׁ אֶת־יְהוָֹה dicitur vel *late* de pia numinis veneratione, uti Eſ. 65, 10. vel in primis de *precibus* poenitentis et afflicti. Videtur h. l. latiſſima notio tenenda eſſe, qvae reliqvas ſimul complectitur. Μισθαποδότης, proprie, qvi mercedem perſolvit: *per metaph.* qvi praemia ſolvit, qvi donat praemiis. F.

7. Χρηματίζομαι, oraculo divino admoneor. Τὰ μηδέπω βλεπόμενα, nondum viſa i. e. futura ſc. diluvium. Ἐυλαβέομαι, caute omnia obſervo; ἐυλαβηθεὶς, ſollicitus metu futuri diluvii. Κατασκευάζω, apparo, exſtruo. Ἡ κιβωτὸς, h. l. navis. Alias denotat *arcam*. Οἶκος, familia. Δι᾽ ἧς (πίστεως) — κόσμον, a) per hanc fidem caſtigavit ſui temporis impios, orbemqve terrarum damnavit, futurum ſupplicium ipſis denuntians. S. b) fidei ſuae exemplo, qvum eam imitari nollent, culpam eorum adauxit. M. Haec ſententia priori omnino praeferenda videtur. Similem ῥῆσιν habes Matth. 12, 41. 42. Ἄνδρες Νινευῖται — κατακρινȣ̃σι. Βασίλισσα νότȣ — κατακρινεῖ, illud enim κατακρίνειν etiam practice fieri poteſt, per doctrinam et vitam mundo contrariam. Qvemadmodum Moſes

Moſes dicitur κατηγορῶν τῶν Ἰȣδαίων, Ioh. 5, 45. qvamqvam pro iis inſignes preces fecerit. Sic pariter Noachus doctrina ſua de adventu Domini et futuro iudicio effecit, ut qvi iſtam repudiarent, graviori lapſu perirent. 1 Petr. 3, 20. 2 Petr. 2, 5. qvamqvam et ipſe pro iis preces fecerit. Δικαιοσύνη, h. l. praemium. Δικαιοσύνη interdum ita late dicitur, ut omnem omnino Numinis favorem, qvo et poenae homini remittuntur, et beneficia omnisqve felicitas, (ea potiſſimum, qvae in regno Meſſiae expectabatur,) conferuntur, ſimul complectatur, Eſ. 45, 8. 24. Deut. 24, 13. Eſ. 51, 5. Hinc etiam ὀργὴ et δικαιοσύνη invicem opponuntur, Rom. 1, 17. 18. itemqve κατάκρισις et δικαιοσύνη 2 Cor. 3, 9. Vid. V. Koppii Excurſ. IV. p. 100. Καὶ τῆς — κληρονόμος, et praemia, qvae fidem ſeqvi ſolent, adeptus eſt. Vid. J. in voce κληρονομεῖν.

8. Ὑπήκȣσεν (ὥςε) ἐξελθεῖν. B. Ἤμελλε λαμβάνειν, accepturus, occupaturus erat. O. 26. Πȣ̃ ἔρχεται, qvo eſſet venturus. O. 23.

9. Παροικέω, peregrinor, ádvena ſum. F. Statum et conditionem notat, ut παροικεῖν ſit εἶναι πάροικον. Ἐις pro ἐν. O. 27. Ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας, terra promiſſa. O. 5. Ἐν σκηναῖς κατοικήσας, in tuguriis habitans de more peregrinantis. Ἐν σκηναῖς — αὐτοῖς, weder er, noch Iſaak und Iacob, die an eben dieſer Verheiſſung Theil hatten, faſſeten daſelbſt feſten Fuſs.

10. Μετὰ non tantum idem *tempus* denotat, ſed in primis *eandem omnium, qvos nominat, conditionem.* Πόλις ἔχȣσα θεμελίȣς, urbs fundamenta habens, ein beſtaendiger Wohnplatz. M. Ineſt alluſio ad Pſ. 87, 1. 2. Τεχνίτης, artifex, architectus. Δημιȣργὸς, opifex, conditor.

11. Κατα-

11. Καταβολὴ, procreatio. Καταβολὴ σπέρματος dicitur, ut καταβολὴ κόσμȣ, initium mundi vel creatio: ut Iofephus B. Iud. II. 17. 2. καταβολὴ πολέμȣ dixit, Clemens in ep. ad Corinth. extr. καταβολὴν ϛάσεως, et medici Graeci καταβολὴν πυρετȣ͂ dicunt, qvam Latini acceffionem et initium febris et παροξυσμȣ͂. Ita καταβάλλειν σπέρμα erit, qvod Latini dicunt, *fundare domum* vel *familiam*, ut multis exemplis oftendit Drakenborchius ad Silium II. 65. qvod fit prole fufcepta, in primis mafcula et prima, unde fpes pofterorum: et καταβολὴ adeo erit vel *procreatio fobolis*, vel fundatio familiae et domus, e qva Meffias nafceretur. E. Opp. 244. Καταβολὴν σπέρματος malim ex hebraico Gen. 4, 25. (ubi שית *fundare* fimilem habet fignificationem,) explicare, qvam e graeco. E. I. p. 49. Δύναμιν — ἔλαβε, accepit facultatem concipiendi prolem. Παρὰ, praeter, extra. Καιρὸς ἡλικίας, h. l. aetas procreandae foboli apta. Πιϛὸς, fidus, verax.

12. Ἐγεννήθησαν (ὑιοὶ,) nati funt pofteri. Καὶ ταῦτα, et qvidem. Sic et Herodian. III. 12. 2. Νενεκρωμένος, decrepitus. Καθὼς — πλήθει, Gen. 15, 5. qvanta eft aftrorum multitudo. Τȣ͂ ȣ̓ρανȣ͂. O. 34. Καὶ ὡσεὶ (ἐϛι.) Ἀναρίθμητος, ὁ, ἡ, innumerabilis. Vid. Vorft. de adag. Cap. II.

13. Κατὰ πίϛιν, cum fide, i. e. fidei pleni, qvi omnes mortui funt cum fiducia plena, fore, ut Deus, qvae ipfis pollicitus erat, exfeqvatur. Sic 2 Theff. 2, 9. κατ᾽ ἐνέργειαν τȣ͂ Σατανᾶ, coniunctus cum effectis per Satanam. Ἐπαγγελίας, bona, qvae polliictus erat Deus Abrahamo. Πόῤῥωθεν, procul, e longinqvo. Πείθομαι, perfvafum habeo, credo. Ἀσπάζομαι, cupide et cum gaudio arripio. Παρεπίδημος, ὁ, ὁ, advena.

14. Ἐμφα-

14. Ἐμφανίζω, declaro, palam oſtendo. Ἐπιζητέω, cupide qvaero.

15. Ἐμνημόνευον, curaſſent adeoqve magnifeciſſent. Recordari h. l. de deſiderio dicitur, ſi illius meminiſſent, i. e. eam expetiiſſent. Gl. Mox v. 16. per ſynonymum ὀρέγονται explicatur. Εἶχον — ἀνακάμψαι, opportunitatem habuiſſent revertendi.

16. Ἡτοίμασε — πόλιν, nam deſtinavit ipſis ſedem in civitate ſua coeleſti. Ipſos Iudaeos hac formula uti ad deſcribendam felicitatem aeternam, exemplis docuit Schoettg. ad h. l. Ἑτοιμάζειν eſt *deſtinare*, uti Matth. 20, 23. Tob. 6, 17. Οὐκ ἐπαισχύνεται, non erubeſcit, ſ. non dedignatur Deus cognominari Deus ipſorum i. e. ἀξιοῖ, dignatur eos, et honorem iſthunc maximum iis exhibet. Nam negantia verba pro contrariis affirmantibus per qvandam μείωσιν ſaepius ponuntur. Gl. Ph. 231. Cf. Exod. 3, 6.

17. Προσφέρω, *praeter. med.* προσενήνοχα, attice pro προσήνοχα, offero inſtar victimae. Τὸν μονογενῆ (υἱὸν,) unicum, dilectiſſimum. Maxime enim diligi ſolet unigenitus, qvare haec apud Helleniſtas promiſcue ponuntur. Erat Abrahamo iſto qvidem tempore, praeter Iſaacum, etiam alius filius *Iſmael;* ſed hunc non ſpectabat *opus Dei*, immo unice Iſaacum, unde is in re divina iure cenſetur unigenitus haeres, ideoqve pectori patris cariſſimus. Hinc patet fides patris. Ὁ — ἀναδεξάμενος, promiſſiones laetus receperat et crediderat. Qvo magis amplexus erat Abrahamus promiſſionem per Iſaacum conſummandam, eo maiorem horrorem incutere debuit eius immolatio, niſi ſimul ſperaſſet, Deum poſſe nihilominus filium iſtum ſibi reddere.

18. Λαλέω, promitto. Ὅτι. O. 28. Ὅτι ἐν — σπέρμα, poſteri, ad qvos pertinent bona tibi promiſſa,

miſſa, naſci debent ex Iſaaco. Κληθήσεται pro ἔςαι. J. Σπέρμα, poſteri. J.

19. Λογίζομαι, cogito. Δυνατός (ἐςί.) Ὅθεν — ἐκομίσατο, a) qvare eum qvoqve recepit miro prorſus modo et contra ſpem. Ἐν παραβολῇ pro παραβόλως, inopinato, contra ſpem et exſpectationem. Ἐν παραβολῇ pro παραβόλως, inopinato contra ſpem et exſpectationem, i. q. παραδόξως. E. B. VII. p. 922. b) Daher wurde ihm auch ſein Sohn zum Beyſpiele hiervon (daſs Gott auch Todte erwecken koenne,) wieder geſchenkt. M.

20. Περὶ μελλόντων (πραγμάτων.)

21. Καὶ προσεκύνησεν — αὐτῦ, a) cf. Gen. 47, 39. Qvum Ioſephus patri ſollemni formula iuraſſet, ſe in maiorum ſepulchrum ipſum eſſe conditurum, mox adoravit Iſrael Deum, converſus ad lectuli caput. Unde ſatis liqvet vulgarem noſtram lectionem מִטָּה eſſe genuinam, Iacobus ſc. gratias Deo acturus de promta Ioſephi ſponſione, procubuerat reverentiae cauſſa ad ſummitatem lectuli de more ſenum. Sic qvoqve Davides 1 Reg. 1, 47. καὶ προσεκύνησεν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὴν κοίτην. Venerat autem Ioſephus ad patrem ſceptrum geſtans, Sap. 10, 14. Si putes ergo, Ioſephum ſceptrum altera manu geſtantem patri adſtitiſſe, latiori ſenſu formula noſtra indicat: Iacobum, coram filio, mox reverentiae officium defunctum eſſe, qvod principi debebat. Athanaſius qvoqve locum noſtrum ſic interpretatur: καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδυ τῦ υἱῦ αὐτῦ, Tom. II. p. 693. Ἄκρον τῆς ῥάβδυ et σκήπτρυ eodem ſenſu apud LXX. Iud. 6, 21. 1 Sam. 14, 27. 43. Paullus Alexandrinorum verba, uti videtur, ſecutus urget rem veriſſimam, qvod ſcilicet Iacobus tanto honore affecerit Ioſephum, ut cuiqve eius filio propriam provinciam in terra Canaan deſtinaret,

ret, qvodqve alio tempore filii ſceptrum veneratus ſit, qvam rem Deus Ioſepho per qvietem olim declaraverat. b) Et deinde baculo ſe ſuſtentavit, ſc. prae langvore. M. Ἀποθνήσκων, moriens, i. e. moriturus, morti vicinus.

22. Τελευτῶν, i. q. *ἀποθνήσκων*. Supple *βίον*. Μνημονεύω, mentionem facio. Περὶ — *ἐνετείλατο*, tradit Ioſephus A. II. 8, p. 97. oſſa fratrum Ioſephi poſt uniuscuiusqve eorum obitum, in celeberrimum illud monumentum Chebroneum condita fuiſſe; at ipſum Ioſephum mox poſt mortem ſuam ibi condi noluiſſe, immo, ut oſtenderet, ſe certo ſibi perſvaſum habere de exitu Iſraelitarum ex Ægypto, adegiſſe fratres, ut poſterorum nomine iurarent, ſe curaturos, ut in ſollemni illo exitu oſſa qvoqve Ioſephi deportarentur. Egregie hoc illuſtrat hiſtoriam ſacram Gen. 50, 24. 25. coll. Exod. 13, 19. ubi Moſes *deportationem* dicitur curaſſe; at ſepulturam ipſam, poſt illum, Iſraelitae, Ioſ. 24, 32. unde diſcimus, ſepulta fuiſſe oſſa Ioſephi non Chebrone, qvem locum Abrahamus emerat a Chebrone Chettaeo, Geneſ. 23, 17. ſed in ſepulchro Sichemitico, in tribu Ephraim, qvod emerat Iacobus ab Emmore, Sichemi patre Gen. 33, 19. deinde Amorrhaeis, qvi iſtum agrum vi recuperaſſent, bello iterum ereptum, Ioſepho prae caeteris fratribus ſoli donaverat, Gen. 48, 22. coll. Ioh. 4, 5. Cf. Act. 7, 16. ubi de utroqve monumento brevis formula. S.

23. Τὸ τρίμηνον (*μέρος χρόνȣ*,) trimeſtre ſpatium. Ἀστεῖος, ὁ, ἡ, venuſtus. Τὸ *διάταγμα*, edictum. Μέγας *γενόμενος*, cum ad aetatem adultam perveniſſet.

24. Ἠρνήσατο — Φαραὼ, noluit haberi filius Thermuthis, filiae Pharaonis, a qva fuit adoptatus. Ioſeph. T. I. p. 101.

25. Ἁιρέω, eligo. Aor. 2. part. M. Συγκακουχέομαι, una cum aliis affligor, vexor. Ἁμαρτίας ἀπόλαυσις, fruitio alicuius rei cum peccato coniuncta, ſündliche Vortheile. M.

26. Τῶν ἐν Αἰγύπτῳ (ὄντων.) Ὀνειδισμὸς Χριστοῦ, a) ignominia, qvalem Chriſtus expertus eſt. M. b) ignominia gentis, unde oriri debebat Chriſtus. S. c) (ὑπὲρ) τοῦ Χριστοῦ, opprobrium ob Meſſiam tolerandum. K. Ἀποβλέπω, intueor, alicuius rei rationem habeo.

27. Μὴ φοβηθεὶς — βασιλέως, nec iram regis curavit, qvum educendi eſſent Iſraelitae. Τὸν γὰρ ἀόρατον (θεὸν) ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησε, tanqvam videns Deum inviſibilem forti animo fuit. Καρτερέω, a) forti ſum animo. F. K. b) tolero, patienter fero. Kr. M. c) ſpero. Heſychius: Ἐκαραδόκουν, ἐκαρτέρουν. S. d) Forſan καρτερεῖν hic eſt *tenere firmiter*, accuſativumqve regit, uti apud Thucyd. 2, (11) 6. ἐγκαρτερεῖν, ἃ ἔγνωτε. B. Ph. 283.

28. Ποιέω, celebro feſtum. J. Πρόσχυσις, aſperſio ſangvinis, qvam iubente Deo fieri curaverat Moſes in ſuperliminaribus Iſraelitarum, qvod certo confidebat ſic nullam fore Iſraelitarum cladem, Exod. 12, 22. Verbum זָרַק, qvod *ſpargere* ſignificat et *effundere* a LXX ſaepiſſime vertitur προσχέω, v. c. Exod. 24, 6. Ὀλοθρεύω, perdo, exitium affero. Ὁ ὀλοθρεύων ſine dubio fuit angelus bonus, aeqve ac ille, de qvo 1 Paral. 21, 12. 15. Τὰ πρωτότοκα (γεννήματα.) Θίγω, נָגַע, tango h. l. neco.

29. Ἐρυθρὸς, ὰ, ὸν, ruber. Ξηρὰ, terra. J. Πεῖρα, experimentum. Πεῖραν λαμβάνειν τινὸς, alicuius rei periculum facere. Καταπίνω, abſorbeo, conſumo. Aor. 1. ind. P.

30. Πίστει, ob fidem Iosuae et caeterorum Israelitarum. Κυκλωθέντα — ἡμέρας, a) cum circumirentur per septem dies. K. b) post obsessionem septem dierum. M.

31. Ῥαὰβ ἡ πόρνη, meretrix. Capellus ad h. l. et Bensonius ad Iac. 2, 25. statuerunt, Rahab illam non fuisse meretricem, sed hospitam s. cauponariam; sic Ionathan eam vocat, pariter Iarchius et Kimchius cum versione Arabica eam interpretantur *venditricem alimentorum.* Verum qvid inde? Ne sic qvidem mite reddideris eius nomen; nam cauponarium negotium apud veteres turpissimum fuisse, qvis nescit? Fruebantur honestiores iure hospitii; at publicorum diversoriorum institutum admodum recens est. Dixerim ergo, qvum Rahab constanter appellata sit זוֹנָה, meretricem eam fuisse, qvae peregrinantes lucri caussa arcesseret, habitans aedes opportuno loco sitas. Vid. eandem vocem Gen. 38, 15. Neqve enim זוֹנָה unqvam in bonam partem dictum fuit, immo constanter denotat vel *impuram mulierem et flagitiosam*, vel idolorum cultui deditam. S. Vocatur autem meretrix, qvia talis olim fuerat. Ipsam autem vera fide, qvae cum vitae emendatione certo coniuncta est, praeditam fuisse, non dubitandum. Gl. Ph. 9. Συναπόλλυμαι, una cum aliis pereo. Κατάσκοπος, ὁ, ἡ, explorator.

32. Μετ' εἰρήνης, benigne. Καὶ τί ἔτι λέγω, τί pro διὰ τί; cur, uti Matth. 6, 28. et cur amplius his inhaeream? i. e. non opus est his longius immorari et de ea re plura dicere. Ἐπιλείπω, deficio. Ἐπιλείψει — Γεδεὼν pro ἐπιλείψει με ὁ χρόνος διηγούμενον περὶ Γεδεών. B.

33. Καταγωνίζομαι, debello. Ἐργάζεσθαι δικαιοσύνην, vitam agere sanctam et honestam. Δικαιοσύνη h. l. omne virtutis et honestatis studium, nostrum

Rechtſchaffenheit ſignificat. Sic פֹּעֵל צֶדֶק Pſ. 15, 2. οἱ ὁ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην. Ἐπιτυγχάνω, adipiſcor. Aor. 2. ind. A. Φράσσω, obſtruo, obturo. Cf. Dan. 6, 22.

34. Στόματα. O. 34. Ἐνεδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας, a) invaluerunt ab infirmitate i. e. ab infirmitate liberati, convaluerunt. Praepoſitio ἀπὸ cum arguta brevitate adhibita eſt. B. Ph. 128. b) fortiſſimi redditi ſunt ex imbecillibus, qvorum fractae iam eſſent vires. Pertinet hoc proprie ad Sampſonem, Iud. 15, 19. Cap. 16, 28. ubi moribundus precatur: ἐνίσχυσόν με ἔτι τὸ ἅπαξ τοῦτο, Θέε etc. Qvare ἀσθένεια hic non eſt morbus, ſed imbecillitas virium ad vincenda magna mala; ſic omnino legitur 1 Macc. 2, 61. Sic ſaepe Paullus v. c. 2 Cor. 12, 9. ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται: tunc ſummum eſt robur meum, cum maxime imbecilles ſunt vires hominum. S. Παρεμβολή, caſtra, copiae. Κλίνω, h. l. profligo. Ἔλαβον — αὐτῶν, per reſuſcitationem recepere mortuos. Ἐκ pro διὰ poſitum eſt. B. Τυμπανίζω, diſtendo, prout corium in tympano eſt extenſum. Τύμπανον dicitur 1) machina convexa et incurva, uti tympanum, ad qvam devincti fuerunt plagis afficiendi, ut ictui magis paterent 2 Macc. 6, 28. 2) porro τύμπανον ipſum qvoqve *fuſtem* denotat, qvo ad has plagas infligendas utebatur carnifex. Proprie τυμπανίζειν eſt *fuſtibus caedere.* Dicitur vero etiam de qvovis diro tormento et ſupplicio. Ἄλλοι — ἀπολύτρωσιν, alii caedi ſe paſſi ſunt nulla liberationis (ſc. a praeſentiſſimo mortis periculo) ratione habita. Ἵνα — τύχωσι, ut melior reſuſcitatio (i. e. melior ſtatus poſt reſuſcitationem) iis contingat. Per hypallagen ſcilicet tribuitur aliqvid ei, cui tribuendum non erat, ut ad alterum revocari debeat, tanqvam ad verum dominum, cui ablatum erat. B. Ph. 254.

36. Ἐμπαι-

36. Ἐμπαιγμὸς, illuſio, ludibrium. Πεῖραν ἔλαβον, experti ſunt.

37. Πρίω vel πρίζω, diſſeco, ſerra divido. Ἐπρίσθησαν, diſſecti fuerunt ſerra cedrina. Lactant. IV, 11. Eſaiam Iudaei ſerra conſectum crudeliſſime necaverunt, iubente ſc. Manaſſe. Πειράζομαι, h. l. vexor, affligor. Ἐν φόνῳ — ἀπέθανον, ſic Zacharias inter altare et aedem trucidatus, et Urias a Ioiakimo gladio interfectus, 2 Paral. 24, 21. Ier. 26, 20. 23. Μηλωτὴ ſc. δορὰ, ovis pellina. Ἄιγειος, ὁ, ἡ, caprinus. Δέρμα, pellis i. e. veſtes e caprinis pellibus contextae. Ἐν μηλωταῖς — δέρμασι, induti veſtibus e pellibus ovinis et caprinis factis. Ὑστερέομαι, egenus ſum. Θλίβω, affligo. Κακουχέομαι, male habeor.

38. Ὁ κόσμος, homines, qvibuscum viri iſti ſancti vixerunt. Hoc ſenſu id in proverbio eſſe Iudaeis, docuit Schoettgenius. Ὀπὴ, caverna.

39. Μαρτυρηθέντες διὰ πίστεως, qvanqvam fide commendati eſſent. O. 22. Ὀυκ ἐκομίσαντο ἐπαγγελίαν, a) exſpectationi eorum non ex omni parte ſatisfactum eſt, non adepti ſunt perfectam felicitatem. M. b) non experti ſunt, qvam Deus ipſis pollicitus erat, coniunctionem cum futuro Meſſia in ſede ipſius coeleſti, qvae qvidem in V. T. piis promiſſa fuit, aeqve ac ipſa redemtio, nec tamen locum habere potuit, anteqvam Meſſias viam denuo aperuiſſet. S.

40. Προβλέπομαι, provideo, alicuius bono conſulo. Τοῦ θεοῦ — τελειωθῶσι, a) Deus enim rationibus noſtris magis conſuluit, ſ. praeſtantius qvid nobis deſtinavit, qvam ut illi, absqve nobis, perfecte felices redderentur. Senſus videtur eſſe hic: experientia unumqvemqve docet, nos, qvi his temporibus vivimus, neutiqvam ab omni parte beatos eſſe, igitur

et nemini mirum videri debet, idem olim fidelibus accidisse temporibus veteris Testamenti. Deus enim nobis magis propitius est, qvam ut illos solos iam in his terris perfecta felicitate frui, nos autem deterioris conditionis esse voluerit. M. b) qvum Deus nobis maius qvid destinasset, ne illi absqve nobis ad perfectam gloriam eveherentur. Scilicet ii, qvi ante ipsius Messiae sacrificium mortui erant cum fide plena, salute qvidem donati sunt mox, ita tamen, ut sedem illam gloriosissimam coram Deo, ipsis promissam haud adirent, anteqvam ipse Christus expiatione facta, summam maiestatem sibi, et in illa coniunctionem cum suis impetrasset. Contra fidelibus N. T. concessum est plenum ius Deo ipso mox post mortem fruendi. S. c) Καὶ ἕτοι — τελειωθῶσι, et hi omnes, qvamvis a fide commendandi, procul tamen fuere ab implendis promissionibus, atqve ab usu bonorum, qvae Christianis exhibentur, qvi itaqve non debent esse fide minores. Qvippe Dei provida cura nos in meliora tempora servavit (sc. tempora N. T.) voluitqve, ut promissiones istae non longe a nobis (μὴ χωρὶς ἡμῶν) implerentur. Cf. supra v. 13. qvi hunc locum explicat. Μὴ λαβεῖν ἐπαγγελίας h. l. exprimitur per ἐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν. Post τελειωθῶσι supple ἐπαγγελίαι e v. 39. Mihi qvidem ea, qvam ultimo loco posui, interpretatio, qvamvis non ab omnibus difficultatibus sit immunis, minimis tamen laborare videtur.

CAP. XII.

1. Τοιγαρῦν, qvae cum ita sint. Περίκειμαι, circumsto. Νέφος, nubes, h. l. ingens multitudo. Μαρτύρων sc. τῆς πίστεως, qvi omnes suo exemplo fidem nobis commendant. Μαρτὺς, h. l. praeceptor. V. J. in verbo μαρτυρεῖν. Ὁ ὄγκος, onus.

Ἀπο-

Ἀποτίθημι, abiicio. Εὐπερίστατος, ὁ, ἡ, circumſtans tenaciter adhaerens. Metaphora deducitur a corona populi conferti ſeu turba circumfuſa: unde περίστασις, circumſtans multitudo hominum 2 Macc. 4, 16. Eſt ergo εὐπερίστατος ἁμαρτία h. l. incredulitas, qvae undiqve omnes vires et totum hominem facile occupat, der ſich leicht einſchleichende Unglaube. M. Ὑπομονὴ, perſeverantia, in bono praecipue, uti Luc. 8, 15. Δι᾽ ὑπομονῆς, cum perſeverantia, conſtanter. Τρέχω, decurro. Ἀγὼν h. l. circus et ſtadium, in qvo certatur, prout docet Graevius in lectionibus Heſiodeis p. 107. Τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα, in der angewieſnen Laufbahn. M.

2. Ἀφοράω, reſpicio, oculos in aliqvem defigo. Ἀρχηγὸς, auctor idemqve dux. Τελειωτὴς, conſummator. Ἀντὶ — χαρᾶς, loco beatitatis ipſi propoſitae ita, ut illa mox, absqve paſſione, poſſet uti, elegit alteram gloriae viam per crucem, ſtatt des Wohllebens, das er genüſſen konnte. M. Ὑπομένω, tolero. Αἰσχύνη, ignominia. Αἰσχύνης καταφρονήσας, nulla ignominiae ratione habita crucis ſupplicio ſe affici paſſus eſt.

3. Ἀναλογίζομαι, aeſtimo; cogitate inſtituta comparatione, qvum ipſe Dominus, veſtrae ſalutis auctor, tanta perpeſſus ſit, qvidni vos ſervi? Ἀντιλογία, rebellio. J. Κάμνω, laſſus fio. Eſt vox athletica. Ψυχὴ, animus. Ταῖς ψυχαῖς ἐκλυόμενοι, ne fractus ſit veſter animus.

4. Μέχρις αἵματος, usqve ad cruciatus cruentos. Metaphora a lucta ducitur. Senſus eſt: Hebraeos, qvamqvam iacturam fecerint magnae partis bonorum, cf. Cap. 10, 34. nondum tamen cruciatus graves mortemqve ipſam perpeſſos eſſe. Ἀνταγωνίζομαι, oblucتor adverſus aliqvem. Ἁμαρτία, h. l. defectio a do-

ctrina Christi, ad qvam sollicitabantur Hebraei persecutionibus. Sic ἁμαρτάνειν legimus Cap. 10, 26.

5. Ἐκλέλησθε, perf. Ind. P. ab ἐκλανθάνομαι, obliviscor, rei memoriam amitto. Ἡ παράκλησις, adhortatio. M. S. Παράκλησις ὡς υἱοῖς, adhortatio paterna; b) promissum. Ἐκλέλησθε — διαλέγεται, obliti estis promissi, qvod loqvitur, i. e. Dei promittentis et solantis. Effectum pro caussa positum est. B. Ph. 235. Διαλέγομαι, loqvor. Ὀλιγωρέω, negligo, parum curo. Μηδὲ — ἐλεγχόμενος, nec taedeat te, si ab ipso corripiaris. Similiter ἐκλελυμένος apud LXX. exprimit זָעֵף *indignabundum* taedio captum, 1 Reg. 20, 43. Cf. Prov. 3, 11. ubi est verbum קוּץ, qvod LXX. verterunt προσοχθίζειν, Num. 21, 5. ubi Israelitae aiunt, se taedio Mannae captos esse.

6. Παραδέχομαι, agnosco, רָצָה, qvod hic παραδέχεσθαι verterunt LXX. denotat inprimis: *bene alicui cupere.*

7. Προσφέρομαι, praebeo me, gero me erga aliqvem. Ὡς υἱοῖς — θεός, Deus vobiscum agit uti pater cum filiis. Formula bene graeca, cuius exempla dedit Dresig. de verbis med. N. T. p. 447.

8. Ἄρα, sane. Ὁ νόθος, nothus, spurius.

9. Οἱ τῆς σαρκὸς πατέρες, parentes naturales. Παιδευτής, castigator. Καὶ, et tamen. M. uti Matth. 6, 26. et Matth. 10, 29. Ἐντρέπομαι, revereor. Οὐ πολλῷ μᾶλλον, nonne multo magis. Ὑποταγησόμεθα fut. 2. Ind. P. ab ὑποτάσσω, subiecti erimus seu subiicere nos debemus. Τῷ πατρὶ πνευμάτων, patri spirituali. O. 5. Ζάω, felix sum, felix fio. J. Καὶ ζήσομεν, et tunc felices erimus. Καὶ, et tunc, uti Matth. 5, 15. vid. Elsner. T. I. p. 141.

10. Οἱ μὲν — ὁ δὲ, illi qvidem, hic vero. Πρὸς ὀλίγας ἡμέρας, per breve tempus. J. Δοκέω, puto;

κατὰ

κατὰ τὸ δοκῦν αὐτοῖς, prout ipſis viſum eſt, ſo wie ſie ohngefähr dachten, daſs es uns würde nützlich ſeyn. M. Ἐπὶ τὸ συμφέρον, prout utile eſt. Μεταλαμβάνομαι, particeps fio, h. l. imitari diſco. M. Ἁγιότης, ſanctitas.

11. Παιδεία, caſtigatio, diſciplina ſeverior. Πρὸς μὲν τὸ παρὸν (μέρος χρόνυ,) ad praeſens qvidem tempus. Χαρᾶς εἶναι, eſſe gaudii i. e. gaudium parere et efficere. Effectum indicat Genitivus. B. Εἰρηνικὸς, ἡ, ὸν, h. l. iucundus, ſalutaris. Καρπὸν δικαιοσύνης, fructum, id eſt, iuſtitiam vel habitum virtutis. Genitivus explicat nomen, qvod eum regit. B. Ph. 30.

12. Παρίημι, remitto. Παραλελυμένα γόνατα, genua infirma. Ἀνορθόω, erigo. Ἀνορθώσατε, erigite manus et genua i. e. patimini a Deo erigi. O. 12. ζ. B.

13. Τροχιά, orbita, greſſus. Ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, a) ne claudum luxetur, ſc. ἔτι μᾶλλον, nam claudus iam eſt ἐκτετραμμένος, e commiſſuris emotus, ut everſas cervices Terentius dicit in Heautontim. i. e. *emotas*, qvaſi luxatas. B. Ph. 179. b) ne mens iam claudicans deflectat, ſed potius ſanetur; ſimilis formula extat 1 Reg. 18, 21. Ἐκτρέπεσθαι denotat *deflectere*, uti 2 Tim. 4, 4. S.

14. Εἰρήνη, concordia. Διώκω, ſector, ſtudeo. Ὄψεται θεὸν, adire poterit Deum. O. 12. α.

15. Ἐπισκοπέω, curo. Ὑϛερῶν pro ὑϛερῇ, vel ſuppl. ᾖ. Ὑϛερηκέναι, re propoſita deſtitui. Μή τις — ἐνοχλῇ, ne qvis ſvaſor defectionis a Deo turbas excitet. Πικρία de *abſinthio* dicta, ſenſu metaphorico Thren. 3, 19. et h. l. denotat *impietatem*, *ſcelus*. Ῥίζα πικρίας pro πικρά. O. 5. homo improbus, uti Deut. 29, 18. unde ducta formula noſtra. Ἄνω, ſurſum. Ῥίζα ἄνω φύυσα, radix propullulaſcens, i. e. ſeductor

 vires

vires sibi sumens. Φύω, nascor, germino. Ἐνοχλέω, turbo, molestus sum, h. l. damno aliqvem afficio.

16. Μή τις (ᾖ.) Ἀντὶ βρώσεως, pro edulio. Ἀποδίδωμι, vendo, venum do. Τὰ πρωτοτόκια, privilegia, vel ius primogeniturae.

17. Ἴστε, scitis, nostis, praes. indic. A. ab ἴσημι pro ἴσατε, attice. Μετέπειτα, deinde. Κληρονομέω, adipiscor, obtineo. J. Ἀποδοκιμάζω, reiicio. Μετάνοια, a) mentis et consilii permutatio. *Sens.* Esavus non potuit efficere, qvamvis multas lacrimas effunderet, ut patrem consilii et benedictionis suae poeniteret. b) Mutatio facti, i. e. Esavi factum erat eiusmodi, ut poenitentiam non reciperet, nec mutari posset. Eodem sensu δέχεσθαι μετάνοιαν dicitur apud Philonem de caede Abelis a Caino peracta. L. Αὐτὴν a) refer ad εὐλογίαν. b) Alii ad proxime antecedens τὴν μετάνοιαν relativum non incommode referunt: *ita ut* quaesita cum lacrimis poenitentia non sit ipsius Esavi, sed Isaaci patris, cuius mutationem mentis efficere Esavus non potuit: seu non potuit impetrare precibus et lacrimis, ut Isaacum patrem benedictionis in Iacobum collatae poeniteret eamqve revocaret. Gl. Ph. 156.

18. Προσέρχομαι, accedo. Προσεληλύθατε, vos sistitis, statis iuxta. Praepositio πρὸς cum Dativo denotat, iuxta, ad, v. c. Ioh. 18, 16. Hunc significatum etiam h. l. verbo ἔρχομαι addit. Ψηλαφωμένῳ ὄρει, a) monti contrectato, h. e. contrectabili; qvi manibus palpari possit; terreno et corporali. Oppositio est inter hunc et spiritualem montem Sion. v. 22. Gl. Ph. 343. an jenem sichtlichen Berge. M. b) Monti, qvem Deus commovebat, vel monti *fumanti*. Ex Hebraismo montes a Deo tacti fumare dicuntur, Ps. 104, 32. Descenderat Deus ad montem, vectus tempestate, ab angelis effecta, quae montem Sina commoveret

veret et accenderet. S. Κεκαυμένῳ πυρὶ, monti ardenti, der von Blitzen erleuchtet. M. Ὁ γνόφος, tenebrae. Θύελλα, turbo, procella.

19. Ὁ ἦχος, ſonus. Angelorum miniſterio effectus fuit ſtrepitus aeris, qvi tubae clangorem referret, et creſcente ſono Deum appropinqvantem indicaret. Idem qvoqve futurum in iudicio mundi 1 Theſſ. 4, 16. Matth. 24, 31. Inde dicta ἐσχάτη σάλπιγξ 1 Cor. 15, 52. Φωνῇ ῥημάτων, voci tonitruum. Eſt hebraica loqvendi ratio, vid. Exod. 20, 18. et Deut. 4, 12. Hinc βρονταὶ et φωναὶ Apoc. 11, 19. coniunguntur. Μὴ προστεθῆναι αὐτοῖς λόγον, ne adderetur iis verbum h. e. ne amplius ſibi ſermo fieret. Scilicet verbum finitum cum infinitivo qvandoqve adverbialiter exponendum, ex hoc idiotiſmo fluit paſſiva phraſis h. l. Gl. Ph. 275.

20. Οὐκ ἔφερον — διαστελλόμενον, non poterant ferre illud interdictum. Κἂν, ſi vel pro καὶ ἐὰν per craſin. Θίγω, tango. Λιθοβολέω, lapidibus coniectis interimo. Ἡ βολὶς, iaculum, ſagitta. Κατατοξεύω, ſagitta traiicio, iaculo tranſverbero, telo configo.

21. Φαντάζω, *proprie*, phantaſiae aliqvid propono, *deinde in genere*, conſpiciendum aliqvid praebeo. Οὕτω, h. l. adeo. Gl. Φοβερὸς, terribilis. Ἔκφοβος, ὁ, ἡ, perterritus. Ἔντρομος, ὁ, ἡ, tremens.

23. Πανήγυρις, ἡ, conventus publicus, celebritas et qvidem laeta ac feſtiva. Ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένοι, in coelis deſcripti h. e. cives coeli. Ἐκκλησία πρωτοτόκων, eſt concio V. T. fidelium integra.

Cap. 12, 20. Ἢ βολίδι κατατοξευθήσεται, haec verba b. Beng. et V. Griesb. omiſerunt.

gra. Πρωτότοκος eſt *primus* in qvalibet re, qvare gens Iudaica dicitur πρωτότοκος, qvippe prima ad favorem Dei admiſſa, prae gentilibus electa et Deo conſecrata. Κριτῇ Θεῷ πάντων pro Θεῷ κριτῇ πάντων. B. Τελειῦμαι, conſummor. Πνεύματα δικαίων τετελειωμένων, animae piorum perfectam gloriam adeptorum.

24. Αἷμα ῥαντισμῦ, ſangvis aſperſionis, i. e. qvo aſpergimur, per qvem Chriſtus novi Teſtamenti fideiuſſor eſt. Παρὰ, prae. Λαλέω, h. l. poſtulo. Κρείττονα — Ἄβελ, melius qvid poſtulanti, qvam ſangvis Abel, qvi Dei vindictam implorabat.

25. Παραιτέομαι, detrecto, reiicio. Βλέπω, caveo. Φεύγω, h. l. effugio poenam. Χρηματίζω, oracula edo. Ἐι γὰρ — χρηματίζοντα, qvodſi enim illi haud potuerunt elabi, qvi fidem denegarant Deo, legis oracula in terris edenti, immo iuſtas poenas, a Deo adverſus legis ſuae contemtores ſtatutas experti ſunt. Ὁι τὸν — ἀποςρεφόμενοι, ſi illum averſemur, qvi nunc de coelo loqvitur.

26. Σαλεύω, concutio. Νῦν δὲ — ὑρανὸν, res ipſa deduxit Apoſtolum ad vaticinium Aggaei 2, 7. Σείω, commoveo, denotat *commutationem* ſtatus et conditionis. L. Chriſtus venit commoturus non terram ſolum, ſed etiam coelum. Cogites qvanta fuerit commotio coelitum in nativitate Chriſti? qvanti apparatus in morte eiusqve introitu in adyta illa coeleſtia? qvanti in reſurrectione ipſius, in aſcenſione, et occupatione coeleſtis? Ultima vero eaqve omnium maxima coeli commotio futura eſt in ipſa ſeculi conſummatione, tum vero σαλευθήσονται αἱ δυνάμεις τῶν ὑρανῶν.

17. Τὸ

Cap. 12, 24. Κρεῖττον pro κρείττονα V. Griesb. in textum recipit.

27. Τὸ δὲ, et illud. Δηλόω, declaro. Σαλευόμενα, concussa s. commata vocantur ea, qvae re ipsa parum sunt constantia, utpote πεποιημένα, factitia. Μὴ σαλευόμενα, non concutienda, i. e. urbs Dei aeterna, v. 22.

28. Ἀσάλευτος, ὁ, ἡ, immotus, perpetuo manens. Διὸ — παραλαμβάνοντες, qvum pertineamus ad ecclesiam perpetuo manentem. M. Ἔχωμεν χάριν, a) habeamus gratiam, qva ostendenda cultum Deo praestemus. B. So lasset uns ihm danken. M. b) Firmi simus in conservando Dei favore. S. Εὐαρέστως, ita ut probemur, s. placeamus. F. Ἡ αἰδὼς, όος, reverentia. Εὐλάβεια, pietas. Καταναλίσκω, consumo.

CAP. XIII.

1. Ἡ φιλαδελφία μενέτω, amor vester erga Christianos, et liberalitas esto constans.

2. Φιλοξενία, hospitalitas. Μὴ ἐπιλανθάνεσθε, ne obliviscamini, h. e. omni studio eius recordemini eamqve exerceatis. Nam verba negativa pro contrariis affirmantibus per qvandam μείωσιν saepius ponuntur. Gl. Ph. 231. Λανθάνω, lateo. Eleganter hoc verbum cum participio alterius verbi construitur, et reddendum est *inscius*. Ξενίζω, hospitio excipio. Respicit Paullus historiam Abrahami et Lothi, qvorum prior angelum foederis Iesum Christum et duos angelos comites hospitio excepit Gen. 18. posterior ad aedes suas duos istos angelos invitavit. Uterqve magnam ostenderat hospitalitatem, qvum ignoti isti peregrinantes, hominibus omnino similes, apparuissent. His itaqve

Cap. 12, 27. Lectioni πεποιημένων M. praefert πεπονημένων, qvod vertit abgenutzt.

qve ufus, iubet Hebraeos, hofpitio liberaliter excipere etiam ignotos alioqvin et miferos exules, qvum forfitan inter illos fint, de qvibus Chriftus declaraverit, fe beneficia illis tributa, tanqvam in femetipfum collata, habiturum effe. Matth. 25, 35. 40.

3. Μιμνήσκεσθε τῶν δεσμίων, fuccurrite *illis*, qvi in vinculis funt. Ὡς συνδεδεμένοι, tanqvam una cum illis vincti. Κακουχέω, male tracto, male habeo. Ὡς — σώματι, memores fitis, vos qvoqve etiamnum in terris vivere.

4. Τίμιος (ἔστω,) honorabilis fit. Ὁ γάμος, nuptiae h. l. coniugium. Ἡ κοίτη, thorus, concubitus. Ἀμίαντος, ὁ, ἡ, impollutus, purus. Κρίνω, condemno, punio. Ἐν πᾶσι, inter omnes, i. e. inter cuiusvis ordinis et conditionis homines in ecclefia. Gl. Ph. 1246.

5. Ἀφιλάργυρος, ὁ, ἡ, alienus ab *avaritia*. Τρόπος, modus, mores. Ἀρκέω, fufficio, ἀρκέομαι, contentus fum. Τοῖς παροῦσι (πράγμασι,) praefenti rerum ftatu, forte, conditione. Οὐ μὴ, neqvaqvam. Ἀνῶ, Aor. 2 Coni. A. ab ἀνίημι, defero. Ἐγκαταλείπω, derelinqvo.

6. Ὥστε θαῤῥοῦντας ἡμᾶς λέγειν, ita ut dicere qveamus. O. 12. α. Ἐμοὶ (ἐστι,) mihi eft, meus eft. Βοηθὸς, opitulator. Τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος, qvid eft, qvod homo contra me moliatur. Ποιέω, h. l. mala alicui exhibeo, uti Matth. 21, 36. 40.

7. Μνημονεύετε, memores efte. Ὁ ἡγούμενος, dux, h. l. doctor. Λαλέω, doceo. Ἔκβασις, exitus. Ἀναστροφὴ, vita.

8. Χθὲς, heri. Χθὲς καὶ σήμερον, uti גַּם־תְּמוֹל גַּם־הַיּוֹם Exod. 5, 14. exprimit praeteritum et praefens tempus, eftqve Hebraeis in proverbio de rebus, in qvas nulla cadit mutatio; idqve pariter denotat ὁ αὐτός.

Defcri-

Deſcribitur ſcilicet ſervator noſter a ſimpliciſſima et ſemper ſibi conſtante, tum Deitatis, tum officii immutabilitate (de qva Pſ. 102, 28. Hebr. 1, 12.) et ab hac Apoſtolus in ſeqventi verſu 9. ad immutabilitatem doctrinae concludit.

9. Περιφέρομαι, circumagor, iactor, in errorem inducor. Παραφέρομαι, abripior. Metaphora ducta eſt vel a vento, Iudae v. 12, vel a torrente. Καλὸν — βρώμασι, bene enim conſulitur animo, ſi ſenſu favoris Dei per Chriſtum ſuſtentetur, minimeque cibis, qvorum ritualis ſanctitas nunc nulla eſt. Χάρις eodem ſenſu ſupra Cap. 12, 28. Caeterum freqventiſſima apud LXX. formula στηρίζειν τὴν καρδίαν, epulari, edere, pro qva Paullus maluit dicere βεβαιοῦσθαι oppoſitum ſuperiori παραφέρεσθε. Ἐν οἷς — περιπατήσαντες, qvos, qvi ſectati ſunt, non profecerunt. Per doctrinas intelligi vult capita illa ſanctitatis ritualis, qvae iudaizantes cum detrimento Evangelii Chriſtianis ſuperbe obvertebant, a qvibus ut ſibi caverent, monuerat Cap. 6, 1. 2. 9, 10. Vocat eas varias, qvia continebantur βρώμασι, πόμασι, βαπτισμοῖς etc. et peregrinas, qvod poſt Chriſtum eſſent inutiles et contra rationem N. T. qvae poſtulat, ut perfectum ſacrificium Chriſti, non typos, amplectaris.

10. Ἔχομεν — λατρεύοντες, a) habemus altare, unde haud datur veſci iis, qvi aedem veterem colunt. Iudaei ſuperbe iactabant altare illud, unde haud liceat veſci gentili, cuiusqve carnibus ſacris ipſi accedant in ſocietatem ſanctitatis eius, adeo, ut illi qvoqve, qvi Chriſto fidem dediſſent, tantae religionis praetextu

Cap. 13, 9. Lectio παραφέρεσθε a V. Griesbachio probata et in textum recepta eſt. Ἐπιφέρεσθε habent pauci, nec veteres libri.

textu ſacrificiis ſollemnibus Iudaeorum magno numero intereſſent. Solebant enim ditiores Iudaei maxime in feſtis ſollemnibus ſalutaria ſacrificia multa offerre, et bubus, ovibus et capris utriusqve ſexus, Lev. 3, 1. quae plerumqve ad meridiem altaris mactabantur, factaqve ſangvinis ad latera altaris ſparſione, ablegmina, lobus ſcilicet hepatis, adeps et renes, qvum prius in patina manibus offerentis impoſita, probe a ſacerdote ad aedem converſo verſus omnes regiones mundi agitata fuiſſent, comburebantur in ſummo altari. Deinde poſtqvam ſacerdos accepiſſet pectus, armum dextrum, maxillas, lingvam deniqve et ventriculum, et ex ſimila placentam, reliqvae partes offerenti tradebantur, in loco ſacro coqvendae, et in atrio templi, ſi id fieri poſſet, vel etiam in aedibus privatis, unde templum conſpici poſſet, adhibito qvoqve vino, comedendae; vide legem Lev. 7, 11. etc. De his cogitaſſe Apoſtolum, docet formula: *θυσίαν αἰνέσεως* v. 15. *His* igitur religionibus conſtat Chriſtianos qvoqve e Iudaeis usqve ad excidium Hieroſolymorum magno numero interfuiſſe; qvod primis qvidem temporibus tolerarunt Apoſtoli, ne viderentur contemnere cultum divinum; v. illuſtre exemplum Act. 51, 20-26. qvin etiam Apoſtoli eorumqve in primis Paullus, ad celebranda ſollemnia feſta ſaepe venerunt Hieroſolyma, ut iure Iſraelitarum fruerentur, et ingenti multitudini exterorum dogmata Chriſtiana proponerent verumqve typorum et vaticiniorum eventum. Ultima enim hebdomade Dan. 9, 27. foedus multis erat confirmandum, qvod effecerunt Apoſtoli, conciliandis Chriſto reſuſcitato Iſraelitis. Ipſe Spiritus S. docere debuit, ex qvonam tempore Iudaeis Chriſtum amplexis a ſacris templi abſtinendum ſit; qvod ex parte factum intelligimus data ad Hebraeos epiſtola. Iam enim Paullus, qvum intellexiſſet, eſſe inter Chriſtianos e Iudaeis, qvi non

non tantum religione erronea ducti, Iudaeis ſacris intereſſent, ſed inimico in rem Chriſtianam animo, adeo ut ſanctitatem veram et unicam iſtis ritibus contineri clamarent, docuit palam, fructum redemtionis per Chriſtum factae, ad iſtos omnes minime pertinere, qvi in Iudaicis ſacris confidant. Haec itaqve eſſe deſerenda, et ad Chriſtum ſolum accedendum illis, qvi velint frui myſterio κοινωνίας Χριϛȣ̃, gentilibus pariter ac Iudaeis oblatae in coena S., qvod ipſum typo expiationis illuſtrat v. 11-13. Igitur θυσιαϛήριον, qvod Iudaico opponit, eſt menſa Domini, 1 Cor. 10, 21. coll. v. 18. Docet ἀγάπαις frui haud licere iis, qvi colant σκηνὴν, i. e. aedem veterem, uti ſupra Cap. 9, 8. eiusqve epulas ſacras. S. b) Habemus qvidem etiam altare, ſed de ſacrificio noſtro non eſt aliqva pars ad ſuſtentandos ſacerdotes deſtinata. M. Ea, qvae ſeqvuntur, poſteriorem explicationem praeferre ſvadent. Tali enim argumento Paullus uti videtur: λατρεία N. T. eſt mere ſpiritualis, habemus qvidem ſacrificium, ſed non eſt ex eo genere, qvod ſuſtentandis ſacerdotibus inſervire debeat, et ex qvo ipſi offerentes aliqvam partem repetere eaqve ad alendum corpus uti poſſint, ſed noſtrum, inqvit, ſacrificium reſpondet victimis magnis diei expiationis, unde nemini datur veſci. Cf. Lev. Cap. 4. et Cap. 6, 30. Hebraeos ſuos igitur vult admonitos Apoſtolus, ut vero hoc N. T. ſacrificio eoqve unico ſint contenti, neqve amplius eiusmodi ſacrificia offerant, aut partem ex iis capere velint, qvae a cultu ſpirituali temporibus N. T. Deo praeſtando ſint aliena. Ὁι τῇ σκηνῇ λατρεύοντες eſt periphraſis *ſacerdotum.*

11. Ὧν — αἷμα pro ὧν γὰρ ζώων τὸ αἷμα εἰσφέρεται. B. Περὶ ἁμαρτίας, ad expiandum peccatum. Κατακαίεται, cremari debent. O. 24.

13. Τοίνυν, igitur. Τὸν — φέροντες, ſuſcipiamus in nos bono animo contumeliam, qvae cum fiducia in Chriſto crucifixo poſita, apud impios Iudaeos coniuncta eſt.

14. Μένουσα eſt i. q. ἀσάλευτος, Cap. 12, 28. Ἀλλὰ — ἐπιζητοῦμεν, ſed illam (ſedem perpetuam,) qvae futura eſt, conſeqvi ſtudemus.

15. Δι' αὐτοῦ, a) pro eo, propter hoc. M. b) Per hunc unicum ſacerdotem. S. Αἴνεσις, laus; θυσία αἰνέσεως eſt תּוֹדָה, ſacrificium ſalutare. Talia ſacrificia ſola Meſſiae tempore ſuperfutura, Iudaeorum placitis ad h. l. docuit Schöttgenius; hasqve laudes ſollemnes commode θυσίαν vocant Hebraei, i. e. munera Deo oblata. Eas igitur comparat Paullus et praeferri vult ſacrificiis ſalutaribus feſtivis, qvibus etiam tum multi Chriſtiani e Iudaeis intereſſent. Καρπὸς χειλέων, ſermo. J. Ὁμολογέω, celebro aliqvem, laudibus aliqvem extollo. Τοὐτέστι pro τοῦτό ἐστι. Καρπὸν — αὐτοῦ, munera oris favorem Dei per Chriſtum celebrantis.

16. Ἡ εὐποιΐα, beneficentia. Κοινωνία, liberalitas. Hoc vocabulum ſic uſurpari coepit, ex qvo Chriſtiani divites in uſum coetus univerſi bona ſua contuliſſent. Cf. Act. 2, 43. coll. 44. 46. Κοινωνία, h. l. in primis denotat liberalitatem in ſublevandis collato aere pauperibus Chriſtianis. Εὐαρεστέω, placeo. P. delector. Ditiores Iudaei pauperes gentis ſuae, qvibus bene cuperent, gratis invitare ſolebant ad ſacrificia feſtiva; Paullus contra docet, liberalitatem erga pauperes et ſumtus Chriſti cauſſa factos tanqvam optima ſacrificia Deo unice placere.

17. Πείθομαι, a) pareo, obſeqvor. K. b) credo. L. Ὁ ἡγούμενος, doctor. Paulli tempore nullum

lum fuit inter epiſcopos et presbyteros diſcrimen, h. l. intelligendi videntur presbyteri. Ὑπείκω, obediens ſum. Ἀγρυπνέω, vigilo, curam gero. Ὡς λόγον ἀποδώσοντες, ut qvi rationem reddituri ſint. Ἀλυσιτελὴς, ὁ, ἡ, inutilis, h. l. pernicioſus. Ἀλυσιτελὲς — τοῦτο, nocet. Negatur aliqvid, cui *diverſum fieri* intelligatur. B. Ph. 262.

18. Πεποίθαμεν — ἀναστρέφεσθαι, confidimus enim nos certe culpa vacare, qvum omnino bene et candide nos gerere voluerimus.

20. Ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης, a) Deus benignus. M. b) Deus ſtator pacis, i. e. qvi voluit genus humanum ſibi reconciliare per Ieſum. S. Τὸν ποιμένα — μέγαν, maximum paſtorem ovium. Pro ſuperlativo poſitivus uſurpatus eſt. Cf. 1 Petr. 5, 4. Maximus et ſummus paſtor ovium, i. e. rex gentis Dei vocatur, qvod de Chriſto univerſa hac epiſtola demonſtraverat, adeoqve iam redit ad id, unde exorſus erat, Cap. 1. Zach. 13, 7. coll. Matth. 26, 31. Ἐν αἵματι, qvi ſangvinem foederis aeterni pro nobis fudit. Ἐν αἵματι dictum videtur pro אֲשֶׁר בָּא בְּדַם בְּרִית, qvalis formula eſt Zach. 9, 11. ubi Sion dicitur eſſe in ſangvine foederis, cf. 1 Ioh. 5, 6. Διαθήκης αἰωνίου, foedus vocatur aeternum qva decretum Dei, cuius ipſe nunqvam immemor ſit. Sic Ier. 50, 5. foedus aeternum, qvod nunqvam oblivioni tradetur.

21. Καταρτίσαι Heſychius explicat: κατασκευάσαι, τελειῶσαι, στερεῶσαι. Sic qvoqve 1 Petr. 5, 10. Verte: inſtituat vos et perfectos reddat ita qvidem, ut veram ſanctitatem non amplius in ritibus nunc inutilibus qvaeratis, cf. Hebr. 5, 12. Cap. 6, 1. 2. Sic dicitur Deus deſignaſſe Apoſtolos πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων εἰς ἔργον διακονίας, ut perfecte inſti-

tuerentur ſancti ad officium, qvod eſt in conciliandis Chriſto animis. Ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ εἰς τὸ ποιῆσαι, in omni bono opere, qvod cernitur in eo, ſi voluntatem Dei faciatis; εἰς modum explicat. B. Τὸ εὐάρεστον ἐνώπιον αὐτοῦ, qvod ipſi bene placet. Ἐνώπιον, redundat. O. 34. Δόξα (ἔστω.)

22. Ἀνέχεσθε — παρακλήσεως, ne aegre feratis monita mea. Λόγος. O. 34. Καὶ γὰρ, etiam enim. Διὰ βραχέων (ῥημάτων,) paucis verbis, breviter.

23. Γινώσκετε, a) noſtis. M. b) Scitote. R. Ἀπολελυμένον (εἶναι,) liberatum eſſe, e vinculis dimiſſum eſſe. Ὄπτομαι, video, viſo, viſito.

24. Οἱ ἅγιοι, Chriſtiani. Οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας (ἐληλυθότες.) Cf. Act. 18, 1. 2.

25. Ἡ χάρις (τοῦ θεοῦ) μετὰ πάντων ὑμῶν, Deus ſit vobis omnibus propitius.



HYPO-

HYPOMNEMATA

IN

EPISTOLAM
IACOBI.

HYPOMNEMATA
IN
EPISTOLAM IACOBI.

PROLEGOMENA.

I.

Exarata est haec epistola a Iacobo, Cap. 1, 1. Habuerunt vero nomen Iacobi duo ex numero Apostolorum, qvorum alter *Iohannis*, filii Zebedaei, alter *Iudae* frater fuit. Matth. 10, 2. Luc. 6, 16. (qvi ultimus locus in versione B. Lutheri germanica ita corrigendus est, ut legatur: *elegit Iesus Iudam Iacobi fratrem*, ceu patet ex v. 15. coll. Iud. v. 1.) Qui ex his frater Iohannis fuit, ille *natu maior*, qvi autem Iudam habuit fratrem, *natu minor* fuit, et propterea ille Iacobus *maior* et hic Iacobus *minor* dicitur, Marc. 15, 40. Cum autem Iacobus maior anno 13. post adscensionem Christi iussu Herodis capite truncatus est, non ille, sed *Iacobus minor* hanc scripsit epistolam. Pater eius fuit *Alphaeus*, Luc. 6, 15. Matth. 10, 3. s. *Klopa* aut *Cleophas*, nam *Alphaeus* et *Klopa* est unum atqve idem nomen hebraicum a חלף formatum; Syrus enim Interpres Ἀλφαῖον constanter חלפי appellat, cum autem Graecis pronuntiatio gutturalis ח difficilior sit, et proinde τὸ ח efferant vel per κ e. g. פסח per Φασεκ, 2 Paral. 30, 1. vel α adiecta terminatione ος sibi usitatissima, e. g. חגי per Αγγαιος, Hagg.

1, 1. illum, qvem Syrus interpres dixit חלפי, appellarunt et Ἀλφαιον et Κλωπαν s. Κλεωπαν. Matrem autem habuit Mariam, materteram Iesu Christi et sororem b. virginis Mariae, Ioh. 19, 25. coll. Marc. 15, 40. 47. Cap. 16, 1. Matth. 27, 56. cui sententiae qvoqve Hieronymus cat. Script. eccles. T. I. opp. p. 170. favet, et fratres eius fuerunt Ioses, Iudas, qvi etiam Thaddaeus et Lebbaeus vocatur, et Simon Zelotes s. Canaeus aut Canites, Marc. 6, 3. Matth. 13, 55. coll. Matth. 27, 56. Marc. 15, 40. Matth. 10, 3. 4. coll. Luc. 6, 15. 16. Quia autem Iacobus propinqva consangvinitatis cognatione Iesu Christo iunctus fuit, more non tantum Iudaeis usitato, Gen. 13, 8. Cap. 14, 14. 29, 15. sed etiam Graecis et Romanis noto, *frater Iesu Christi* appellatur, Matth. 13, 55. Marc. 6, 3. Gal. 1, 19. Papias et Hegesippus, qvae de Iacobo dicta sunt, confirmant. Vocatio eius ad apostolatum legitur Luc. 6, 13, 15. Iosephus Antiqv. L. XX. Cap. 8. p. 697-699. refert Neronem post obitum Festi Albinum in Iudaeam misisse, et pontificem summum Ananum, ante adventum Albini, arrepta occasione ἀναρχίας concilium congregasse et Iacobum fratrem Iesu lapidari iussisse. Qvum autem adventus Albini in annum aerae vulgaris 62. incidat, vid. Euseb. in Chron. p. 161. ex dictis patet, illo tempore Iacobum vivis ereptum esse, et hoc suo calculo approbat Hieronymus; nam Catal. Script. ecclesiast. T. I. Opp. 171. Iacobus, inqvit, 30 annos Hierosolymis ecclesiam rexit, et idem refert Eusebius in Chron. p. 158. 160. Praefuit concilio Hierosolymitano habito anno aerae vulgaris 47. Nam ceu praeses concilii post habitos aliorum sermones, sententiamqve a Petro dictam, postremo omnium conclusivum, qvod aiunt, suffragium atqve iudicium tulit, non sine manifestis auctoritatis, plus qvam privati cuiusdam, indiciis Act. 15, 13. 19. Gal. 2, 9. coll. Act. 15, 13. 19.

Iose-

Iofephus de excidio Hierofolymitano agens, teftibus Eufebio Hift. Eccl. L. II. Cap. 23. Hieronymo catal. Script. Eccleſ. Tom. I. opp. p. 170. et L. I. contra Iovianum T. I. p. 33. et Auctore Chron. Alex. p. 585. Haec omnia, inqvit, contigerunt Iudaeis propter Iacobum Iuftum, fratrem Iefu, qvi dicitur Chriftus, qvi cum effet omnium confenfu iuftiffimus, nihilominus a Iudaeis necatus fuit. Vocat fe in hac epiftola non Apoftolum, fed δȣ̃λον Iefu Chrifti. Titulum autem hunc et omiffionem muneris apoftolici nihil apoftolatui eius derogare, patet ex Phil. 1, 1. et 1 Theff. 1, 1.

II. Auctoritatem huius epiftolae effe canonicam, conftat ex confideratione auctoris et epiftolae ipfius, ex futilitate obiectionum, et ex teftimoniis illorum Patrum, qvi faeculis prioribus vixerunt. Nam auctoritatem canonicam huius epiftolae agnofcunt ex Saec. II. Clemens Alexandrinus, ex Saeculo III. Tertullianus, Origenes, Cyprianus, Dionyfius Alexandrinus, et Auctor can. Apoftolicorum, ex Saec. IV. Athanafius, Antonius, Cyrillus Hierofolymitanus, Hilarius, Didymus, Theophilus, Dionyfius Areopagita, Epiphanius, Ephraem, Bafilius M. Gregorius Nazianzenus, Macarius, Ambrofius, Hieronymus, Philaftrius, et Patres concilii Laodic. et ex Saec. V. Chryfoftomus, Ruffinus, Ifidorus Pelufiota, Cyrillus Alexandrinus, et Patres Concilii Carthag. III. Qvosdam auctoritatem canonicam huius epiftolae in dubium vocaffe, atqve etiam non multos ex Veteribus mentionem eius feciffe, liqvet ex Eufebii Hift. eccl. L. II. Cap. 23.

III. Qvo tempore haec epiftola a Iacobo exarata fit, latet nos; forfitan vero Iacobus illam fcripfit paullo ante mortem fuam anno aerae vulgaris 60. f. 61. Nam non agit de morte Iefu Chrifti, et de iuftificatione, procul dubio, qvia haec doctrina illo tempore iam recepta, immo in abufum f. peccati licentiam verfa fuit.

Cf. Cap. 5, 3. 8. 9. qvae verba ſine dubio inſtans excidium Hieroſolymitarum reſpiciunt. Probabiliter Hieroſolymis ſcripta et in uſum Iudaeorum diſperſorum verſus Orientem et Occidentem et qvidem ad Chriſtum converſorum exarata fuit.

IV. Singularia huius epiſtolae ſunt haec: 1) Non agit de fide, qva iuſtificamur coram tribunali divino, ſ. qvae homini confert remiſſionem peccatorum, ſed fructus huius fidei urget. 2) Primo intuitu epiſtolis Paullinis adverſari videtur; optime autem concordant, ſi dicta Paulli et Iacobi pro diverſo ſcopo diiudicantur. Nam Paullus agit cum illis, qvi ex legis operibus iuſtitiam et ſalutem conſeqvi ſtudebant; Iacobus vero cum illis, qvi fide imaginaria ſervari cupiebant, ſ. qvi fidem mere hiſtoricam pro vera et ſalvifica venditabant. Qvi itaqve per bona opera remiſſionem peccatorum et vitam aeternam conſeqvi ſtudet, a Paullo reprehenditur, et inſtituitur, et qvi putat, fidem ſine bonis operibus ſubſiſtere poſſe, a Iacobo redarguitur et eruditur. Cf. S. R. Moldenhaweri Introduct. in Libr. Can. p. 341 ſqv.

CAP. I.

1. Δȣ̃λος, miniſter. Φυλὴ, tribus. Ἡ διασπορὰ, diſperſio, h. l. exilium ſ. locus exilii. Ita ſolent appellari Iudaei, qvi a patria abeſſent, maxime Helleniſtae, Ioh. 7, 35. Salmaſius Hellen. p. 230. et Iun. Hellen. p. 101. accipit hoc vocabulum *de regione, in qva diſperſi habitavere Iudaei*, unde διασπορὰ Πόντȣ 1 Petr. 1, 1. eſt Ponti regio, in qva diſperſi ſunt Iudaei. F. Ἐν τῇ διασπορᾷ (ȣ̓̃σαις.) Χαίρειν, ſalutem (dicit.) Infinitivus χαίρειν, eſt formula initialis epiſtolarum, ſubaudita voce λέγω vel εὔχομαι.

2. Πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε, pro ſummo gaudio ducite, in ſummo gaudio ponite.

3. Τὸ

3. Τὸ δοκίμιον, exploratio, probatio. Τὸ δοκίμιον τῆς πίστεως est pro ἡ πίστις δόκιμος vel δοκιμαζομένη. Κατεργάζομαι, efficio. Ὑπομονὴ, perseverantia.

4. Ἡ δὲ ὑπομονὴ — ἐχέτω, haec autem perseverantia fructum habeat perfectum. K. re ipsa ostendat, se omnibus numeris esse absolutam. Ὁλόκληρος, ὁ, ἡ, habens aptas et integras partes omnes corporis, nulloqve corporis vitio deformis. Hebraice שָׁלֵם. Usurpatur in primis de integritate tum sacrificiorum, tum sacerdotum. Ad hanc integritatem Apostolus respexit, qvi h. l. hoc vocabulo metaphorice *de animi integritate* usus est. Ἐν μηδενὶ (μέρει,) in nulla re (qva sc. instructi esse debebatis,) deficientes.

5. Λείπομαι, destituor, careo. Sed λείπεσθαι v. 4. optime verti potest, *relinqvi, distare.* Nam videtur Apostolus respectum habere ad eos, qvi currendo vincuntur. L. Ἁπλῶς, large. J. Ὀνειδίζω, h. l. repulsam do. J. Cf. Sir. 20, 5. E. B. VII. p. 5. 6.

6. Ἐν, cum. Ἐν πίστει i. q. πιστεύων. O. 5. Ἔικω, similis sum, *perfect. ind. M.* Ὁ κλύδων, fluctus. Ἀνεμίζομαι, ventis agitor. Ῥιπίζω, iacto.

7. Οἴομαι, puto.

8. Δίψυχος, ὁ, ἡ, qvi dubitat, cuius animus modo huc, modo illuc inclinat. F. Ἀνὴρ (ὢν) δίψυχος, cum animus cuiusdam modo huc, modo illuc inclinet. Ἀκατάστατος, ὁ, ἡ, inconstans. Ὁδὸς, ratio agendi. J. Ein Unentschlossner ist unbestaendig in seinem ganzen Verhalten. Sic hebraismum in vocabulo ὁδῷ optime exprimit S. V. Koernerus in Annotatt. suis doctissimis.

9. Καυχάσθω — αὐτῷ, pauper se putet esse divitem sc. ob spem haereditatis coelestis.

10. Ὁ δὲ πλούσιος — αὐτῷ, homo locuples autem se putet esse pauperem, cogitans sc. divitias terrestres

restres esse caducas et mox relinqvendas. Ταπεινὸς h. l. pauper et πλέσιος, ut et ὕψος, *divitiae*, ταπείνωσις, *egestas* sunt opposita. O. 1. E. B. VII. p. 6. Apostolus hortatur Christianos, ut nolint credere felicitatem veram ac summam in externis rebus positam esse, docetqve ipsos nulla alia ratione nisi hac, nacturos esse mentem tranqvillam et fiduciae plenam. K. A. Παρέρχομαι, celeriter intereo. Τὸ ἄνθος, flos. Ὁ χόρτος, gramen.

11. Ξηραίνω, arefacio. Ἡ εὐπρέπεια, pulchritudo. Πρόσωπον, species externa, forma. (Ὅτι ὡς) ἀνέτειλε, qvoniam, sicut sol exortus arefacit gramen — perit. Particula προτάσεως supplenda est. *Sicut perit flos graminis*, est protasis. Apodosis, *aeqve facile accidere potest*, *ut divitiae evanescant omnesqve divitis actiones careant successu.* Καύσων, ventus admodum aridus, Ion. 4, 8. Ezech. 17, 10. Os. 13, 15. Πορεία, iter, via, *metaph.* actiones, qvas aliqvis suscipit, ratio agendi. Μαραίνω, marcidum reddo. *Pass.* exaresco, *metaph.* pereo.

12. Μακάριός (ἐστι) ἀνὴρ, felix est qvilibet. Vid. J. in voc. ἄνθρωπος. Δόκιμος, ὁ, ἡ, probatus. Τὸν στέφανον τῆς ζωῆς, coronam, id est vitam aeternam. Genitivus explicat nomen, qvod eum regit. O. 8. Ὅτι. O. 28.

13. Ἀπείραστος, ὁ, ἡ, qvi tentari neqvit, nulla tentationis vi ad peccandum impelli potest. Deus est intentatus i. e. expers omnis mali, neqve ipse tentat qvenqvam h. e. sollicitat ad peccandum. E. B. VII. p. 8. Ἐξέλκω, abripio. Δελεάζω, inesco, *metaph.* allicio per peccata et voluptates.

15. Εἶτα, deinde. Ἀποτελέω, ad finem perduco, consummo. Ἀποκυέω, gigno.

17. Πᾶσα

17. Πᾶσα — τέλειον. Est Hexameter in his verbis, qvi non casu qvodam videtur excidisse Apostolo, sed de industria adhibitum fuisse. Nam qvae hic praemittuntur v. 16. verba: μὴ πλανᾶσθε, etiam usurpantur a Paullo, qvum laudaret versum Menandri 1 Cor. 15, 33. Ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον. pro καταβαίνει, ex supernis demittitur. Sic qvoqve recte interpretantur *Latina vetus* et Syrus. Delendum itaqve est comma post ἐστί. Saepe autem εἶναι cum participio alius verbi constructum redundat apud scriptores graecos optimos, v. c. Thucyd. I, 38. ἀρέσκοντες ἐσμὲν pro ἀρέσκομεν. Multa praesertim sunt huius pleonasmi in Novi Foederis libris et Alexandrinorum versione exempla, v. c. Luc. 23, 8. Gal. 1, 23. Ier. 48, 11. O. 26. Πατὴρ τῶν φώτων, a) auctor felicitatis, fons omnis boni; b) ab eo, qvi condidit sidera. Τὰ φῶτα, sidera, Ier. 4, 23. S. Ἔνι per Syncopen est pro ἔνεστι et hoc pro ἐστί. Παραλλαγὴ, mutatio. Τροπὴ, conversio, vicissitudo. Οὐκ ἔνι — ἀποσκίασμα, ne umbra qvidem mutationis in natura divina habet locum. L. Ἀποσκίασμα, Hesychius ὁμοίωμα. Unde Gregorius Naz. τὸ τῆς ἀληθείας ἴνδαλμα καὶ ἀποσκίασμα tanqvam Synonyma ponit: et apud Tullium, Buddeo observante, *adumbratio rei* opponitur *perfectioni eius*. Hac phrasi et essentialis maiestas Dei et eius in agendo immutabilitas denotatur. In utroqve vocabulo et παραλλαγῆς et τροπῆς est metaphora a stellis, huic loco, ubi luminum mentio fit, aptissima. Scilicet sol in occasu suo ad oppositum hemisphaerium se convertens, obumbratum et obscuratum relinqvit hemisphaerium a se derelictum: qvae tenebrarum et lucis vicissitudo, in spiritualibus, Deo non competit. Non enim peccatum et mortem (voce *tenebrarum* notatam) Deus unqvam operatur, sed tantum boni et vitae (per *lucem* notatae) auctor

auctor est: atqve hunc scopum Apostoli esse ex v. 13. seq. patet. Gl. Ph. 995 sq.

18. Βουληθεὶς, alteri verbo iunctum per hebraismum, ad imitationem τῦ חָפֵץ et רָצָה cum ב constructi, denotat *benignitatem.* Βουληθεὶς ἀπεκύησε, ex libera benignitate nos genuit i. e. Evangelium nos docuit et eius praedicatione effecit, ut liberi Dei constitueremur. Λόγος ἀληθείας, doctrina evangelica. Ἀπαρχὴ, primitiae. Ex Iudaeis primo collecta est Christo ecclesia, igitur Christiani ex Iudaeis merito cum *primitiis* comparantur. Immo omnes Christiani recte vocatur *primitiae* h. e. ex toto hominum coetu selecti ad adoptionem filiorum Dei, et ipsi consecrati sicut olim primitiae a reliqvis separatae fructibus, Deo offerebantur et consecrabantur. Gl. Ph. 1238.

19. Ταχὺς, celer, arrectus animo. Εἰς τὸ ἀκοῦσαι sc. λόγον ἀληθείας, qvod ex v. 18. repetendum est. Βραδὺς εἰς ὀργὴν, h. l. tardus ad impatientiam erga Deum. Βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι, h. l. tardus ad iudicium ferendum et qverendum de Deo eiusqve gubernatione.

20. Ὀργὴ, h. l. indignatio, qverelae. Ἀνὴρ, qvidam. v. J. in voce ἄνθρωπος. Δικαιοσύνη, beneficium. J. Κατεργάζομαι, efficio. Ὀργὴ — κατεργάζεται, nemo qverimoniis suis efficit, ut a Deo beneficiis afficiatur. Cf. S. V. Koerneri Annotatt.

21. Ῥυπαρία, sordes. Metaphora desumta est a veste immunda. Περισσεία, reliqviae. Περισσείαν κακίας pro κακίαν περισσὴν. O. 5. E. Πραΰτης, modestia. E. Ἔμφυτος, ὁ, ἡ, insitus, i. e. inserendus. K. Λόγος, doctrina Evangelii.

22. Ποιητὴς, effector, observator. Ἀκροατὴς, auditor. Παραλογίζομαι, fallo, decipio. Γένεσις, natura. Non exprimit hebr. הוֹלָדוֹת, sed מוֹלֶדֶת; qvale exem-

exemplum est 2 Macc. 7, 23. Tota oratio Iacobi v. 23. 24. videtur proverbialis esse, qva summa oblivio declaratur, veluti illud Luciani: *Θᾶττον γȣ̃ν τοὔνομα ἕκαςος αὐτῶν ἐπιλάθοιτο τȣ̃ πατρός.* *Τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτȣ̃*, faciem suam nativam. *Ἔσωπτρον*, specular.

24. **Κατενόησε — καὶ**, simulatqve contemplatus est se, illico.

25. **Παρακύπτω**, introspicio. Verbo *παρακύψαι* innuitur rei reconditae indago, non in superficie speculi haerens, sed ad interiora penetrans. Sir. 14, 24. *Ὁ παρακύπτων διὰ τῶν θυρίδων τῆς σοφίας.* *Νόμος τέλειος ὁ τῆς ἐλευθερίας (νόμος,)* lex perfecta libertatis: est periphrasis Evangelii. Cf. Ioh. 8, 31. 32. *Παραμένω*, permaneo, persevero. Antitheton verbi *ἀπελήλυθε* v. 24. *Ουκ ἀκροατὴς ἐπιλησμονῆς γενόμενος*, cum non fuerit auditor obliviosus. O. 5. *Ἐπιλησμονὴ*, oblivio. *Ποίησις*, observatio et impletio verbi divini.

26. **Εἴ τις**, si qvis. *Ὁ θρῆσκος*, religiosus, cultor Dei. *Ἐν ὑμῖν*, inter vos. *Χαλιναγωγέω*, freno. *Μὴ χαλιναγωγῶν τὴν γλῶσσαν αὐτȣ̃*, neqve tamen sibi temperat a qverimoniis de Deo et iudiciis temerariis. Cf. v. 13. et 19. S. V. Koern. A. *Ἀπατῶν καρδίαν αὐτȣ̃*, corrumpens conscientiam suam sc. ita, ut rectum lingvae usum parum curet. *Μάταιος, α, ον* et *ὁ, ἡ μάταιος*, frustraneus.

27. **Ἀμίαντος, ὁ, ἡ**, immunis a labe. *Παρὰ τῷ θεῷ*, ex voluntate Dei. *Ἐπισκέπτομαι*, visito aliqvem, ut opem feram. J. *Ὁ ὀρφανὸς*, orbus parentibus, orphanus. *Ἡ θλίψις*, calamitas. *Ἄσπιλος, ὁ, ἡ*, immaculatus. *Ἀπὸ τȣ̃ κόσμȣ*, a pravis cupiditatibus. Cf. 1 Ioh. 2, 16. S. V. Koern. Annotatt.

CAP.

CAP. II.

1. Ἐν προσωποληψίαις ἔχω, i. q. προσωποληπτέω, cupidus sum. Sic ἐν γνώσει ἔχειν pro γινώσκειν dicitur Rom. I, 28. h. l. notat *contemnere* uti πρόσωπον λαμβάνειν, Lev. 18, 15. Ου λήψῃ πρόσωπον πτωχȣ̃, ȣ̓δὲ μὴ θαυμάσῃς πρόσωπον δυνάςȣ. Πίςις τȣ̃ Κυρίȣ, fides in Dominum. O. 8. Τῆς δόξης (Κυρίȣ) E. B. VII. 10. Μὴ ἐν προσωποληψίαις — δόξης, ne iniqvi ſitis arbitri fidei aliorum in Dominum noſtrum Ieſum Cyriſtum Dominum glorioſum.

2. Συναγωγὴ, coetus ſacri. Nomen a Iudaeis ad Chriſtianos traductum. Χρυσοδακτύλιος, ὁ, ἡ, qvi aureum annulum geſtat. Hanc dictionem dubito an praeter Iacobum ſcriptor aliqvis graecus uſurpaverit. S. Λαμπρὸς, ὰ, ὸν, candidus. Ῥυπαρὸς, ὰ, ὸν, ſordidus.

3. Ἐπιβλέψητε, intueamini ſc. cum reverentia. Φορεῖν ἐσθῆτα, geſtare veſtem, veſte indutum incedere. Ὧδε, hoc loco, hic. Καλῶς, commode, honeſte. Στῆθι, Aor. 2. Imperat. A. ab ἵςημι. Ὑπὸ, ſubter. Ὑποπόδιον, ſcabellum. Καὶ ȣ̓ διεκρίθητε — πονηρῶν, et cum non ſuſpendatis iudicium veſtrum, ſed ſitis temerarii iudices, *ſupple:* κακῶς ποιεῖτε. Κριτὴς — πονηρῶν, iudex temerarius, qvi malis cogitationibus indulget. E. B. VII. p. 11.

5. Ἀκȣ́σατε, perpendite. Ἐκλέγεσθαι, h. l. Chriſtianum facere, uti 1 Cor. 1, 27. Chriſtiani multi ex pauperibus erant; pauci ex divitibus, praeſertim inter eos, ad qvos Iacobus ſcripſit. Non ſermo eſt de electione ad vitam aeternam, ſed de *actu vocandi* ad Chriſtianae eccleſiae conſortium. (Εἰς vel τȣ̃ εἶναι) πλȣσίȣς ἐν πίςει, ut eſſent divites fide. Ἧς pro ἦν. O. 11.

6. Ἀτι-

6. Ἀτιμάζω, contumelia adficio. Καταδυναστεύω, per tyrannidem opprimo, imperiose aliqvem tracto. Κριτήριον, tribunal iudicis.

7. Βλασφημοῦσι, convitiis adficiunt. Cf. 1 Petr. 4, 14. Τὸ καλὸν ὄνομα (Χριστοῦ,) bonum nomen Christi, laudandum super omnia. Τὸ ἐπικληθὲν ἐφ᾽ ὑμᾶς, ex qvo appellati estis Christiani. Similis locutio extat Genes. 48, 16. Es. 4, 1.

8. Μέντοι abundat. Νόμον τελεῖν, legem observare. Νόμος βασιλικὸς, lex regia, i. e. lex primaria regis summi, qvi amoris plenus est et omnes amare iubet.

9. Προσωποληπτέω, cupidus sum, externa specie aliqvem metior h. l. contemno. Ἁμαρτίαν ἐργάζεσθαι, paccatum patrare. Ἐλεγχόμενοι, et redarguimini, reprehendimini.

10. Πταίω, pecco, violo legem. Ἐν ἑνὶ (μέρει,) una in re.

11. Εἶπε καὶ, dixit etiam.

12. Νόμος ἐλευθερίας, Evangelium, qvod misericordiam et amorem Dei pollicetur, qvodqve exigit fidem, qvae efficax sit per caritatem. Μέλλοντες κρίνεσθαι, iudicandi. Ἀνίλεως, durus. Ἀνίλεως (ἔσται,) iudicium enim durum statuetur in eum, qvi ipse fuit durus.

13. Ἔλεος, misericordia h. l. misericors. Abstractum pro concreto. Κατακαυχᾶται κρίσεως, at lenis homo et qvi mitis est, gloriatur contra iudicium, non habet, qvod sententiam eius damnatoriam metuat. V.S.V. Koern. Annotatt. Asyndeton est in hoc loco. Neglexit Apostolus maioris ἐμφάσεως caussa particulam, qva

Cap. 2, 13. Post ἔλεος S. R. Griesbachius καὶ omisit.

qva membra opposita coniungeret. Unde nata est duplex interpolatio; altera eorum, qvi καταχαυχᾶται mutant in κατακαυχάσθω, qvod placuit Grotio, qvoniam ita vertit Syrus; altera eorum, qvi τῷ κατακαυχᾶται praemittunt καὶ.

14. Τί τὸ ὄφελος (ἐστι,) qvae est utilitas? Μὴ δύναται — αὐτὸν; num potest fides (sine operibus sc. fides falsa et mortua) hominem beatum reddere? Non invicem opponit fidem veram et opera, sed inane *fidei iactatae* vocabulum et *fidem veram* cum operibus coniunctam. Non tribuit itaqve Apostolus salutem aeternam operibus, sed fidei eiqve vivae et verae, *i. e.* cum amore et bonis operibus coniunctae. Apostolus iis occurrit, qvi fidei praetextu bona opera facere fugiunt. Sic docebat Paullus: *ex fide est iustitia et salus, non ex operibus;* id ut omnia solet perversitas humana, iam tum in abusum rapuerant Pseudo-Christiani, et verba *Paulli* contra mentem Paulli usurparant. Qvare Iacobus (iisdem phrasibus, testimoniis et exemplis, qvae Paullus posuit Rom. 4, 3. Hebr. 11, 17. 31. hic repetitis v. 21. 23. 25.) non doctrinam Paulli, sed errorem abutentium refutavit.

15. Γυμνὸς, male vestitus. J. Λείπομαι, destituor, indigeo. Ἐφήμερος, ὁ, ἡ, qvotidianus. Τροφὴ, alimentum.

16. Εἰρήνη, felicitas. J. Ὑπάγετε ἐν εἰρήνῃ, abite incolumes s. salvi. Est formula hebraica dimittentis alium cum voto: abi, age feliciter. Θερμαίνω, calefacio. Θερμαίνομαι, Med. me calefacio, h. l. amicior, ex hebraismo. Nam opponitur voci γυμνὸς v. 15. Qvod patet ex Aggaei 1, 6. περιεβάλεσθε, καὶ οὐκ ἐθερμάνθητε ἐν αὐτοῖς. Cf. Iob. 31, 19. 20. Ἀπὸ δὲ κουρᾶς ἀμνῶν μου ἐθερμάνθησαν οἱ ὦμοι αὐτῶν. Addi potest 1 Regg. 1, 1. de Davide senio confecto: περιέβαλλον αὐτὸν ἱματίοις καὶ οὐκ ἐθερμαίνετο. Ergo

go pertinet hoc verbum ad *vestes*. Ἐπιτήδειος, ὁ, ἡ, idoneus. Τὰ ἐπιτήδεια τοῦ σώματος (χρήματα,) res ad corpus sustentandum necessariae. Τί τὸ ὄφελος (ἔσται,) qvid hoc iuvabit?

17. Καθ' ἑαυτὴν, sola, per se. Exprimitur particula לְבַד cum suffixo. Cf. Genes. 43, 32. E. Νεκρά ἐστι, mortua est, nulla est. Ut dicere illud, *cape cibum, potum, vestem*, non est cibus et potus satians, vestis calefaciens. Sic dicere: habeo fidem, non est fides vera proximo utilitatem adferens, ipsi dicenti salutaris. Appellatio *mortua* horrorem incutit. Abstractum ponitur: concretum innuitur, uti Cap. 3, 4. Fides est mortua: i. e. homo, qvi se fidem habere dicit, non habet illam vitam, qvae ipsa est fides. Similis hypallage occurrit Cap. 3, 4.

18. Ἀλλ' ἐρεῖ τις, sed dicet aliqvis, rectius sentiens, qvam ille aliqvis, de qvo v. 14., et veram fidei operumqve rationem vindicans. Δεῖξόν μοι, ostende, si potes, i. e. nullo modo poteris; tu iactas fidem, opera ego perpetro, ostendere debes mihi fidem tuam eiusqve vim per opera, uti ego tibi meam fidem ex operibus demonstro.

19. Σὺ πιστεύεις, tu credis (exempli gratia.) Καὶ φρίσσουσι, a) sed tamen propterea non amant. Φρίσσειν, detestari, odisse. Hoc sensu occurrit apud Homerum, Il. ω. 775. E. b) Et contremiscunt. F. Kr.

20. Κενὲ, inania verba iactans.

21. Ἐδικαιώθη, iustus cognitus et declaratus est. Ἐξ ἔργων, ex fide cum bonis operibus coniuncta, cf. supra v. 18. ubi qvoqve per *opera* intelligenda est *fides viva*. Ergo Iacobus Paullo non contradicit; non enim

 iusti

Cap. 2, 18. Ἐκ τῶν ἔργων σου. V. Griesb. praefert χωρὶς τῶν ἔργων σου.

iustificationem Abrahami operibus ipsius, sed fidei tribuit vivae et efficaci, qvod v. 22. uberius demonstratur. V. S. V. Koern. Annotatt.

22. Βλέπεις, videsne? Ὅτι ἡ πίστις — αὐτοῦ, actionibus eius fidem efficacem immistam fuisse. Τελειοῦσθαι, *integrum esse* per Hebraismum, h. l. integrum agnosci. E. B. VI. 22. Fides eo perfectior dicitur, qvo plenius perspecta est et cognita, et qvo efficacius vires suas exserit, qvae prius non ita apparebant: ut si dicatur alicuius arboris bonitas tum fuisse perfecta, cum optimum aliqvem fructum edidit. Nam qvia de caussa iudicamus ex effectis, videtur qvodammodo caussae vis vel minui vel augeri ex effectorum proportione. Sed hoc ex effectis intelligitur qvidem et aestimatur, non autem emanat. Gl. Ph. 219. Ex operibus fides habet, ut perfecta et vera demonstretur.

23. Καὶ ἐπληρώθη, ita intelligi debet. Φίλος Θεοῦ ἐκλήθη, *amicus* Dei appellatus est. a) I. e. minister. Cf. Gen. 18, 17. Abraham in Alexandrinae versionis exemplaribus παῖς Θεοῦ dicitur, hebraicum autem עֶבֶד, Esth. 2, 18. pulcre vertitur φίλος. Sic etiam παῖδες, Matth. 14, 2. iidem sunt, qvi *familiares* regum. L. b) Cf. 2 Chron. 20, 7. et Es. 41, 8. Post obitum ita appellatus est a posteris, et a Deo ipso. Amicus erat, active, *amator Dei*, id qvod pertinet ad opera; et passive, amatus a Deo, id qvod pertinet ad iustificationem ex operibus. Uterqve sensus vi relatorum coniunctus, habetur etiam, Ioh. 15, 14. Bengelius.

24. Τοίνυν, igitur, ergo. Ἄνθρωπος, qvilibet. J. Ἐξ ἔργων, ex fide cum operibus bonis coniuncta. Cf. notata ad v. 21. Καὶ οὐκ ἐκ πίστεως μόνον, et non tantum

tum

Cap. 2, 24. Τοίνυν V. Griesb. omittit.

tum ex fide sc. tali, qvae iactatur pro vera, cum sit vana tantummodo persvasio.

25. Ῥαὰβ ἡ πόρνη, vocatur meretrix, qvia talis olim fuerat. Denominativa et epitheta qvandoqve de subiectis suis dicuntur, etiamsi fundamentum ipsorum et denominationis ratio desierit. Gl. Ph. 8. 9. Rahab, qvum audivisset, mare cessisse Israelitis Dei miraculo, et post spatium 40 annorum, ab iisdem insigni victoria caesos fuisse reges Amorrhaeorum, iam dudum ad frugem redierat, anteqvam ad eam venirent exploratores; adeoqve ipsis professa est, se credere, qvod summum numen secundas Israelitarum res moderetur, ipsisqve Hierichuntem traditurus sit, Ios. 10, 11. Docuit igitur ipso facto, qvanta sit fides ipsius, recipiendis cum vitae suae periculo et dimittendis exploratoribus, qvos Hierichuntem miserat Iosua, adeoqve sola cum suis deinde servata fuit, Ios. 2, 12. coll. Cap. 6, 17. ubi non obstat, qvod etiam tum appellata sit πόρνη. Similiter enim dicitur ἁμαρτωλὸς, Luc. 7, 37. et Matthaeus τελώνης, Matth. 10, 3. Ἄγγελος, nuntius, legatus, explorator. Ἐκβάλλειν ex mente qvorundam Interpretum significat *festinanter emittere.* Notat vero simpliciter *mittere*, s. demittere, uti Luc. 10, 2; videturqve Iacobus hoc maxime verbo modum spectasse, qvo Rahab demitteret emissarios Iosuae, Ios. 2, 15. O. 2. γ.

26. Πνεῦμα saepe πνοὴν, *halitum*, vitae indicem denotat. Corpus absqve halitu exanime est. Qvantum igitur ab homine vivo cadaver distat, tantum est discrimen inter fidem vivam et mortuam, corpus exanime habet tantum speciem veri hominis, sic etiam fides sine operibus putatur fides esse, sed non est.

CAP. III.

1. Μὴ — γίνεσθε, ne omnes ſitis vel eſſe contendatis doctores. O. 12. γ. Doctoris non ſolum eſt alios inſtituere, ſed debet etiam munere cenſoris fungi; ad poſterius hoc Apoſtolus potiſſimum reſpexiſſe videtur. Cavere vult, ne nimis multi cenſoriam hanc ſibi arrogent auctoritatem, eaqve ad iniqvam aliorum reprehenſionem abutantur, ſed cogitent potius, aliorum diiudicationem ſeveram cum vario peccandi periculo eſſe coniunctam. Cf. Matth. 7, 1. et 23, 8. Vid. S. V. Koern. Adde qvod poena eo gravior ſit, qvo melius qvis noverit, qvid factu opus ſit. Κρίμα, poena.

2. Γὰρ, qvidem. (Κατὰ) πολλὰ, in multis, ſaepe. Λόγος, ſermo. Χαλιναγωγῆσαι, moderari, ſ. fraenare. Bene Syrus locum noſtrum interpretatur *ſervire facere*, qvemadmodum eqvi fraenis coguntur, ut ſerviant. Scilicet in verſione Alexandrina ſaepe ſignificat hoc verbum de hominibus dictum *cohibere aliqvem*, cogere aliqvem, ut faciat, qvae velis. Cf. 2 Reg. 18, 28. Caeterum exiſtimaverim verbum χαλιναγωγῆσαι in loco noſtro utramqve metaphoram et eqvorum et navium v. 4. complecti; ſic habemus fraena navium apud Eurip. Hec. 538. Sic infra Apoſtolus in utraqve ſimilitudine uſus eſt verbo μετάγειν tanqvam Synonymo, v. 3. 4. Ὅλον τὸ σῶμα, omnes actiones, qvae per reliqva membra peraguntur, poteſt recte dirigere.

3. Χαλινὸς, ὁ, fraenum. Πρὸς τὸ πείθεσθαι αὐτοὺς ἡμῖν, ut ipſi nobis pareant.

4. Μετάγω, circumago. Τηλικοῦτος, αὕτη, οῦτο, tantus, τηλικαῦτα ὄντα, cum tantae ſint magnitudinis. Καὶ, etiam. Σκληρὸς, vehemens, ſaevus. Πηδάλιον,

δάλιον, gubernaculum. Ὅπου ἂν, qvocunqve. Ὁρμή, impetus, impulsus. Εὐθύνω, dirigo.

5. Τὸ μέλος, membrum. Μεγαλαυχέω, grandia loqvor, magnifice me effero. Ὀλίγον πῦρ, ignis exiguus. Ἡλίκος, η, ον, qvantus. Ὕλη, silva, materia. Ἀνάπτει, potest accendere. O. 24.

6. (Ἐστὶ) πῦρ. Κόσμος, cumulus, insignis multitudo. J. Cf. Prov. 17, 6. Mundus dicitur pro re plena. Lingva est mundus iniqvitatis, h. e. res plenissima malorum, sicut mundus plurimis rebus repletus est. Ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας pro κόσμος ἄδικος. E. B. VII. p. 13. Gl. Ph. 1285. Σπιλόω, maculo. Φλογίζω, inflammo, incendo, perdo. Cf. 1 Macc. 3, 5. Τροχὸς, rota. Γένεσις, nativitas h. l. vita. Respondet voci מוֹלֶדֶת. Cf. Gen. 31, 13. Τροχὸς γενέσεως, rota vitae. Cf. Cohel. 12, 6. Iudith 12, 19. Πάσας τὰς ἡμέρας γενέσεώς μου. Metaphora *a rota rotunda* valde congruens; nam ut rota celerrime circumagitur, sic et hominis natura, et haec accensa, dum circumagitur, mox tota exardescit. Tota phrasis hebraici sermonis vim redolet. Nam vox τροχὸς exprimit hebraicum גַּלְגַּל, qvo usus erat elegantissime Salomo in subtili mortis descriptione, Eccl. 12, 6. ubi הַגַּלְגַּל אֶל־הַבּוֹר notat *circulationem sangvinis*, sic dictam propter magnam rerum similitudinem. Nonne vero maxime probabile est Iacobum Salomonis verba imitari maluisse, qvam qvidem nugas poetarum graecorum? Scilicet φλογίζουσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως est, *qvae incendit rotam vitae*, h. e. qvae inflammat sangvinem (veneno suo μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου,) totumqve

Rr 4 homi-

Cap. 3, 6. Οὕτως, sic. Haec vocula, Afris haud lecta, ex initio versus 5 huc est illata. Si Apostolus eam in hac similitudine iterum adhibere voluisset, non in medio, sed in principio apodoseos posuisset, οὕτω καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ. Bengel.

hominem corrumpit, qvod optime conſentit cum antecedenti σπιλȣ̃σα ὅλον τὸ σῶμα, ita ut totius verſiculi ſententia haec ſit: qvae totum corpus contaminat, adeoqve ſangvinem corrumpit et inflammat. Ex poëſi ſacra petita eſt haec ῥῆσις legiturqve Pſ. 83, 14. coll. 15. 16. S. Ἡ σπιλȣ̃σα — γεέννης, ſie verunreiniget den ganzen Menſchen, indem ſie ſowohl den ganzen Umlauf der menſchlichen Kräfte und Triebe in eine heftige Bewegung ſetzet, als auch ſelbſt vom Satan zum Läſtern und Lügen erhitzt wird. Sic S. V. Koernerus difficilem hunc locum optime παραφράζει. Φύσις θηρίων, i. e. θηρίων γένος. Heſychius φύσις, γένος. Τὸ ἑρπετὸν (ζῶον,) reptile, animal reptans. Ἐνάλιος, ὁ, ἡ, maritimus. Δαμάζω, domo. Δαμάζεται καὶ δεδάμασαι, omne genus animalium — domari poteſt, et revera domitum eſt. O. 24. Τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ, a genere humano.

8. Ἀκατάσχετος, ὁ, ἡ, qvi, vel qvae coerceri neqvit. Ὁ ἰὸς, venenum. Θανατηφόρος, ὁ, ἡ, letifer. Male interpretantur, qvi *de ſagittis venenatis* dici exiſtimant; ſpectantur omnino *ſerpentes;* nam verbum δαμάσαι docet figuram a beſtiis, non a ſagittis deſumtam eſſe.

9. Ἐν, per. Καταράομαι, exſecror, maledico. Καθ' ὁμοίωσιν Θεȣ̃, ad ſimilitudinem Dei. Amiſimus Dei ſimilitudinem: ſed exinde tamen remanet nobilitas indelebilis, qvam in nobis et in aliis debemus revereri, manſimus tamen homines ad ſimilitudinem illam, per voluntatem et benedictionem divinam, cui εὐλογία humana ſubſcribere debet, reformandi. Id interpellant, qvi maledicunt. Abſalom excidit gratia parentis: ſed tamen populus eum agnoſcit filium regis.

10. Ὀυ χρὴ, non decet.

11. Ὀπὴ,

11. Ὀπὴ, foramen. Βρύω, scatere facio. O. 19. Τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρὸν (ὕδωρ,) dulcem simul aqvam et amaram.

12. Ἐλαία, olea. Ποιέω, progenero, edo. J. Ἁλυκὸς, ὴ, ὸν, salsus. Οὕτως ἐδὲ ἁλυκὸν, (sc. πηγὴ ἁλυκὴ) γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ (δύναται,) sic neqve salsum (sc. fons salsus, aut mare salsum) non edere potest aqvam dulcem. Dixerat v. 11. ex uno principio non convenire, ut proficiscantur duo contraria: nunc ait, ex qvolibet principio, non nisi id, qvod suae speciei sit, provenire posse. *Salsum* casu recto habet vim substantivi, ut modo *dulce* et *amarum*. Apud Hesychium ἁλυκὴ ἡ θάλασσα· Iacobo ἁλυκὸν, latiore notione *lacus* aut *scatebra salsa aqvam fundens*.

13. Τίς (ἐςὶ) pro εἴτις ἐςὶ, si qvis est. Ἐπιςήμων, scientia praeditus, intelligens. Ἀναςροφὴ, vivendi ratio. J. Ἐν πραΰτητι σοφίας, in mansvetudine coniuncta cum vera sapientia.

14. Πικρὸς, amarulentus, *metaph.* iratus. Hesychius: πικρὸν, χαλεπὸν, ἀργαλέον. Ζῆλος πικρὸς, zelus ex animo iracundo profectus. Μὴ κατακαυχᾶσθε; annon perverse gloriamini? sc. de zelo vestro. Κατακαυχάομαι, glorior adversus aliqvem h. l. perverse glorior. Kr. Καὶ ψεύδεσθε κατὰ τῆς ἀληθείας, et mendacia loqvimini, qvae christianae religioni sunt dedecori, cum scilicet aliis persvadere conamini, zelum vestrum esse divinum. Vid. S. V. Koerneri Annott.

15. Ἄνωθεν, superne: item *e coelo*, i. e. a Deo. Vid. J. in voc. ἐρανός. Ἐπίγειος, ὁ, ἡ, terrenus, res terrenas spectans. Sic Philipp. 3, 19. τὰ ἐπίγεια

Cap. 3, 12. Pro ἐδεμία πηγὴ ἁλυκὸν καὶ γλυκὺ V. Griesb. ἐδὲ ἁλυκὸν γλυκὺ in textum recepit, praeeunte B. Bengelio.

(χρήματα) φρονῦντες, res terrenas sapientes dicuntur ii, qvi mentem habent tantum rebus externis et corporeis imbutam. Ψυχικὸς, ἡ, ὸν, naturalis, *in sensu theologico.* Sic Judae v. 19. ψυχικοὶ sunt homines, qvi non nisi naturae motus, brutis animantibus communes, seqvuntur, et sub imperio cupiditatum omnem vitam transigunt, nihilqve in se sentiunt operationis Spiritus Sancti. Kr. Δαιμονιώδης, ὁ, ἡ, daemoniacus, a malo genio proficiscens. F.

16. Ὅπȣ γάρ (ἐςι.) Ἀκαταςασία, seditio, status inordinatus. Ex α privativo et κατάςασις, collocatio cuiusqve rei in sedem suam. Ἐκεῖ (ἐςι,) illic est. Καὶ πᾶν φαῦλον πρᾶγμα, et nihil nisi malum negotium, i. e. nihil nisi turbae et varia vitiorum genera.

17. Ἡ δὲ ἄνωθεν (ȣ̃σα.) Ἁγνὸς, ὴ, ὸν, purus sc. a sordibus terrenis, naturalibus, daemoniacis. Εἰρηνικὸς, ἡ, ὸν, pacis amans et eam svadens. Ἐπιεικὴς, aeqvus, h. l. modestus. Εὐπειθὴς, ὁ, ἡ, qvi facile paret, moriger, obseqvens. Lässt sich leicht zum Nachgeben bewegen. Haec S. V. Koerneri explicatio contextui optime convenit. Μεςὸς καρπῶν ἀγαθῶν, beneficus. Ἀδιάκριτος, ὁ, ἡ, a) non dubitans, certus, F. b) Qvi discerni seu diiudicari non potest, h. l. ab omni contentione et rixa alienus, ex illo τȣ̃ διακρίνεσθαι significatu, qvo *contendere*, *litigare* notat. Opponitur ἡ σοφία ἀδιάκριτος praecedenti ζήλῳ, ἐριθεία, ἀκαταςασία. Neqve insolens est, Adiectiva, qvae significationem Passivam habent, interdum significationem Activam induere. Kr. c) Non faciens discrimen, ubi non opus est, v. gr. inter potentes ac tenues. Cf. supra Cap. 2, 2. Bengel. Ἀνυπόκριτος, non fucatus, alienus a simulatione.

18. Σπείρω,

18. Σπείρω, ſero, *metaph.* praeparo mihi res futuras, qvemadmodum, qvi ſerit, ad meſſem ſibi neceſſaria praeparat. Cf. Gal. 6, 8. Καρπὸς — σπείρεται, qvi iuſtitiae fructum conſeqvi cupit, is per pacem, ſementem facere debet. Kr. Ἐν, per. Τοῖς ποιοῦσιν εἰρήνην, illis ſ. bono eorum, qvi ſtudent paci. Ποιέω, perago, officium exſeqvor et impleo, ſtudeo. J.

CAP. IV.

1. Πόθεν (εἰσί.) Ἐν, inter. Ἐντεῦθεν, hinc. 2. Ἐπιθυμεῖτε, concupiſcitis ſc. cum vehementi affectu. Καὶ οὐκ ἔχετε, neqve tamen obtinetis. Φονεύετε καὶ ζηλοῦτε, occiditis per odia et zelum, eſt ἓν διὰ δυοῖν. Ζηλόω, ſtudioſe affecto, invideo. Ἐπιτυγχάνω, conſeqvor, adipiſcor. Πολεμέω, bellum gero. Διὰ, propter. Διὰ τὸ μὴ αἰτεῖσθαι ὑμᾶς, qvia ſoletis preces intermittere.

3. Δαπανάω, ſplendide vivendo bona abligurio, uti Luc. 15, 14.

4. Μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες, adulteri et adulterae, i. e. viri et mulieres fidem Deo datam frangentes. Cf. Ier. 3, 8. 9. Ieſ. 57, 15. Verba Iacobi cum verbis Chriſti ſunt comparanda, Matth. 12, 39. Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς, (adde Marc. 8, 38.) i. e. o progenies perverſa et perfida in Deum! Οὐκ οἴδατε, num ignoratis. Φιλία, amicitia. Καθίσταται, ſe ipſum conſtituit. *Medium.*

5. Κενῶς, fruſtra.

6. Ἢ δοκεῖτε — χάριν, a) an exiſtimatis, ſcripturam ſacram inaniter dicere variis locis: animum noſtrum pronum eſſe ad invidiam, ſed Deum etiam dare eo maiorem gratiam, ut cupiditates has pravas opprimere qveamus. Sic S. V. Koernerus ſenſum huius loci optime

optime explicat in Annotatt. b) An putatis, inaniter scripturam dicere; ad invidiam concupiscit spiritus, qvi habitat in nobis? Quae verba qvidam sumta esse arbitrantur ex Genes. 8, 21. ubi dicitur, *figmentum cordis humani esse malum a pueritia.* Melius fortasse alii ex Num. 11, 29. dixit autem Moses illi, an invides mea caussa? utinam totus populus Iovae spiritu ageretur! Qvod denotat: communis est ille spiritus, qvi in utroqve nostrum et in aliis Dei servis habitat; immerito igitur illis prophetantibus (Eldad et Medad) invides. Qvia sine omni invidia ego expeto, ut omnes et singuli in populo, Spiritu Dei instructi prophetare possint. Ab hypothesi igitur ad thesin progreditur Apostolus, et erotematice ait: ad invidiam concupiscit Spiritus, qvi habitat in nobis? qva interrogatione idem sensu exprimitur, qvod in paraphrasi verbi Mosis dictum modo est. Subiicit autem Iacobus v. 6. *maiorem autem dat gratiam.* Qvae non ad allegatum oraculum pertinent; sed distinctam propositionem constituunt, cuius sensus, si per ἀντίθεσιν antecedenti subiiciatur, hic est: tantum abest, ut ad invidentiam concupiscat, eave delectetur ille Spiritus in nobis habitans, ut contra maiorem det gratiam, nimirum modestis et humilibus, ἀφθόνως proximum diligentibus. Id qvod mox hac ratione illustrat: propterea dicit (scriptura sacra): Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Qvod ex Prov. 3, 34. desumtum, secundum LXX. translationem, et 1 Petr. 5, 5. etiam allegatum habetur. Gl. Ph. 1397 seq. c) Ex scriptura N. T. allegatio fit. Referunt alii ad Gen. 6, 5. 3. vel ad Num. 11, 29. vel ad Prov. 21, 10. vel ad librum qvempiam, qvi interciderit. Sed sat prope accedunt Iacobi verba ad Gal. 5, 17. ubi φθόνοι invidiae ponuntur inter opera carnis, et contra carnem concupiscere dicitur Spiritus, qvo qvi ducuntur, hi non sunt sub lege, sed

sub

sub gratia. Maxime vero assonant ad 1 Petr. 2, 1—5. Qvodqve hic seqvitur: *maiorem vero dat gratiam*, congruit cum illo: *svavis est dominus* v. 3. Qvi locum Petri habuerit animo probe impressum, Iacobi respectum ad illum prorsus agnoscet. Neqve obest Chronologica epistolarum series. Sic Iacobus non solum Petro, sed etiam Paullo subscribit. Vid. Bengel. Gn. Ἀντιτάσσομαι, oppono me.

7. Ὑποτάγητε, subiicite vos. O. 18.

8. Ἐγγίζω, accedo. Similis est exhortatio Asariae 2 Paral. 15, 2. Verbo ἐγγίζειν alludit Apostolus ad oeconomiam Leviticam sacerdotum V. T. qvibus haec vox sacra erat; sic qvoqve Paullus Hebr. 7, 19. Ἁγνίζω, purum reddo. Δίψυχος, ὁ, ἡ, qvi dubitat, cuius animus modo huc, modo illuc inclinat.

9. Ταλαιπωρέω, miser sum, sensu miseriae tangor. Πενθέω, lugeo, doleo. Γέλως, ωτος, ὁ, risus. Τὸ πένθος, luctus. Κατήφεια, vultus demissus, pudor cum moerore, qvi egregie opponitur τῇ ὑπερηφανίᾳ v. 6.

10. Ταπεινόω, humilem reddo. P. demissus sum.

11. Καταλαλέω, detraho, loqvor adversus aliqvem, obtrecto. Κρίνω, h. l. temerarie condemno. Καταλαλεῖ νόμου, detrahit legi. Κρίνει νόμον, iudicat legem eamqve condemnat. Proinde enim facit, ac si lex ipsa non faceret illud officium, in qvod homo eiusmodi involat.

12. Νομοθέτης, legislator. A versu 13. nova incipit sectio.

13. Ἄγε,

Cap. 4, 12. Post νομοθέτης V. Griesb. in textum recepit καὶ κριτής.

13. Ἄγε, age. Interiectio ad excitandam attentionem. Οἱ λέγοντες, qvi dicitis. Ἐις τήνδε τὴν πόλιν, in hanc vel illam urbem. Ποιέω, h. l. dego, commoror. Ἐμπορεύομαι, mercaturam facio. Κερδαίνω, qvaestum facio.

14. Τὸ (ἐκβὰν) τῆς αὔριον (ἡμέρας,) eventum crastini diei. Ἡ ἀτμὶς, ἴδος, vapor. Πρὸς ὀλίγον (χρόνον,) ad tempus exiguum.

15. Ἀντὶ τȣ̃ λεγειν ὑμᾶς, pro dicere vos, h. e. pro eo, ut dicatis, cum dicere deberetis. Praepositiones iunguntur infinitivo, latine per verbum finitum et coniunctionem explicandae. Gl. Ph. 447. Καὶ ζήσωμεν, ut vivamus. Est pars apodoseos. Nam si esset pars protaseos, καὶ non poneretur ante ζήσομαι. Καὶ h. l. pro ἵνα per Hebraismum, ad imitationem τȣ̃ ו. Sic usurpatur Rom. 11, 35. Καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ, ut reddatur ei.

16. Ἀλαζονεία, ostentatio.

17. Ἐιδότι ȣ̃ν, illi ergo, qvi novit.

CAP. V.

1. Οἱ πλȣ́σιοι, vos divites. De impiis divitibus sermo est. Ὀλολύζω, eiulo. Ἄγε — ὀλολύζοντες, iam vero, o divites, plorate, h. e. plorabitis eiulantes. Imperativus qvandoqve pro futuro indicativi

Cap. 4, 13. Pro πορευσόμεθα, ποιήσομεν, ἐμπορεύσομεθα, κερδήσομεν legit V. Griesb. πορευσώμεθα, ποιήσωμεν, ἐμπορευσώμεθα, κερδήσωμεν.

tivi ponitur. Huc pertinent omnia loca, in qvibus prophetae de rebus futuris vaticinantur per modum imperativi. Gl. Ph. 286. Ἐπὶ, propter. Ἐπέρχομαι, immineo, improviso et celeriter venio. Ταλαιπωρία, aerumna, calamitas. Scripta sunt haec paucis annis ante obsidionem Hierosolymitanam tristissima haec tempora Apostolus respicit. Cf. Matth. 24, 21. Hoc commate videtur Apostolus imitari Zach. 11, 2. ubi eadem fere verba leguntur in versione Alexandrina. Conferri qvoqve possunt verba Christi Luc. 6, 24.

2. Σήπω, putrefacio. M. putresco, putresio. praet. A. σέσηφα. praet. med. σέσηπα. Congestae vini, frumenti et olei copiae corruptae sunt. Σητόβρωτος, ὁ, ἡ, a vermibus corrosus.

3. Κατιόω, rubigine obduco seu consumo. Ὁ ἰὸς, aerugo, rubigo. *metaph.* eversio, perditio. Ὁ ἰὸς — ἔσται, a) corruptio et iactura (harum copiarum) arguet vos stultitiae, videbitis vos in corradendis his divitiis stulte egisse. Vid. S. V. Koern. Annotatt. b) Etiam divitiarum et vestimentorum situs erit in testimonium captivitatis, qva detentae facultates nemini profuere, sed otiosae iacuere sine foenore. Prior explicatio haud dubie praeferenda est; confirmatur enim per ea, qvae statim seqvuntur. Σὰρξ, corpus, vita. Per hebraismum σὰρξ et ψυχὴ qvandoqve loco pronominum ponuntur. Φάγεται τὰς σάρκας ὑμῶν pro φάγεται ὑμᾶς consumunt vos, attrahunt vestrum interitum. Ἐθησαυρίσατε, thesauros congerere voluistis, sed cumulastis vobis poenas divinas. Ἐν ἐσχάταις ἡμέραις, temporibus novissimis i. e. imminentibus iam iudiciis divinis. Thesaurus in posterum solet reponi: vos collegistis sero; non fruemini. Cf. 2 Tim. 3, 1. Apostolus adventum Domini ad terrorem impiorum h. l. exponit; ad solatium sanctorum v. 7.

4. Ἀμάω,

4. Ἀμάω, meto; τῶν ἀμησάντων, qvi messuerunt. Χώρα, ager. Ἀποςερέω, detraho. Βοὴ, clamor, vociferatio. Σαβαὼθ, Sabaoth. Hebr. צְבָאוֹת a צָבָא, exercitus. Videtur hoc nomine significari *potentia summa Dei.*

5. Τρυφάω, in deliciis vivo. Σπαταλάω, lascivio, vitam voluptatibus deditam et affluentem ago. Τρέφω, pasco, coeno, laute epulor. Ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς, a) ut in diem mactationis, ut aliqvando pecorum instar mactemini. Ἐν pro εἰς. O. 27. Kr. b) ut in die mactationis. Adagium. Mactatio hic innuitur non divitum, sed boum, ovium etc. ad epulas. Bengel.

6. Τὸν δίκαιον, iustum i. e. iustos qvosvis. K. Distributiva significatio in singulari numero locum invenit, denotans qvemlibet iustum, ut qvemqve nanciscuntur improbi. Singularis τὸν δίκαιον est pro plurali per enallagen, qvod saepe fit etiam ab Alexandrinis v. c. Prov. 23, 16. Itaqve non opus est per δίκαιον intelligere aliqvem hominem singularem, aut Christum ipsum cum Grotio, qvem recte deseruit Bensonius; qvi enim fieri posset, ut Apostolo nunc tandem sermo sit cum iis, qvi Christum interfecerant, qvi illo qvidem tempore vix amplius in vivis fuere superstites, uti Act. 3, 14. 17. Neqve si religionem Christianam amplexi erant, tot annis post castigari debuerunt. Qvodsi haec omnia largiamur, qvalis tandem huius reprehensionis nexus cum verbis superioribus iisqve, qvae mox seqvuntur?

7. Μακροθυμέω, patienter exspecto, uti Hebr. 6, 15. Καὶ ὅτω μακροθυμήσας, et cum hoc modo patienter exspectasset. Παρουσία τοῦ Κυρίου, adventus Christi

Chriſti ad evertendam Hieroſolymorum urbem et ad puniendos Iudaeos acerrimos Chriſtianorum hoſtes. Ἐκδέχομαι, exſpecto. Τίμιος, pretioſus, carus. Ἐπ' αὐτῷ (καρπῷ,) eum patienter exſpectans. Πρώϊμος, ὁ, ἡ, matutinus. Ὄψιμος, ſerotinus. Ὑετὸς πρώϊμος καὶ ὄψιμος, pluvia matutina et ſerotina. Reſpondet haec phraſis hebraico יוֹרֶה וּמַלְקוֹשׁ Deut. 11, 14. illa poſt ſemen iactum, haec paullo ante meſſem contingit; illa eſt autumnalis, haec vernalis, qvae efficit, ut fruges, cum iam adoleverint, latius et uberius proveniant. Per ὑετὸν ὄψιμον, pluviam ſerotinam, ergo intelligitur pluvia, non qvae circa veſperam decidit, ſed qvae ipſam meſſem antecedit. F. L.

8. **Στηρίζω**, confirmo, fortem reddo. Ἤγγικε, adeſt.

9. **Στενάζω κατά τινος**, gemitibus ex irato et impatiente animo profectis Deum excitare conor ad poenas alicui infligendas. Κριτὴς, iudex. Non additur articulus. Senſus eſt, *non deeſſe iudicem*. Chriſtus is eſt, in cuius officium involant, qvi perperam ſuſpirant, et iudicii tempus antevertunt. Πρὸ τῶν θυρῶν ἕστηκε, ante fores adſtat. O. 25.

10. **Κακοπάθεια**, vexatio, calamitas. Κακοπαθεῖν, proprie eſt vocabulum militare: militum qvippe eſt, variis moleſtiis adſveſcere, qvales ſunt fames, ſitis, vigiliae, labores et dolores 2 Macc. 2, 26. 27. κακοπάθεια denotat *laborem ſcriptoris*, laborem eruditum proferentis. Sic Ion. 4, 10. tu doles colocyntham, ὑπὲρ ἧς οὐκ ἐκακοπάθησας. Λαλέω, doceo. Τῷ ὀνόματι, auctoritate et iuſſu Chriſti.

11. Μα-

Cap. 5, 9. Pro κατακριθῆτε V. Griesb. in textum recepit κριθῆτε.
Kűttn. Hypomn.

11. Μακαρίζω, beatum praedico. Ὑπομένω, h. l. conſtans permaneo in perferendis calamitatibus. Ὑπομονὴ, patientia. Ἰὼβ, Iob: nomen viri ἄκλιτον, ab אָיַב, deſideravit. F. Τέλος, exitus alicuius rei, uti Matth. 26, 58. ἰδεῖν τὸ τέλος, videre exitum. Τὸ τέλος — εἴδετε, noſtis, qvalem Deus cum Iobo finem vel exitum fecerit. Idqve ex Hebraiſmo, ubi סוֹפוֹ שֶׁל יְהוָה eſt finis, qvem Deus facit. Fruſtra ergo ſunt, qvi h. l. de paſſione Chriſti ſermonem eſſe ſtatuunt. Kr. Aoriſti ſunt loco Praeſentis. Ἀκούειν ſaepe ſignificat *legere*, uti Luc. 16, 29. Sic inſcribitur libellus Plutarchi: περὶ τοῦ ἀκούειν. Spectat vero Iacobus inprimis teſtimonium de Iobo C. 1, 21. 22. Πολύσπλαγχνος, ὁ, ἡ, miſericors.

12. Πρὸ πάντων, inprimis. Μήτε (εἰς) τὸν οὐρανὸν, neqve per coelum. Cf. Matth. 5, 34. 37. Ἤτω pro ἔστω, praeſ. Imp. Ναὶ, imo, vere, ita. Τὸ ναὶ (ὂν) ἤτω ναὶ, qvod eſt, vel affirmandum eſt, eſto affirmatum ſ. affirmetur. Τὸ οὒ (ὂν) ἤτω οὒ, qvod negandum eſt, negetur. Ἵνα μὴ, ne, ut ne. Κρίσις, condemnatio, poena. Ἵνα μὴ — πέσητε, ne in condemnationem incidatis, ne poenas divinas vobis contrahatis.

13. Εὐθυμέω, bono ſum animo. Ψάλλω, h. l. hymnos cano in laudem Dei.

14. Ἀσθενέω, infirmus ſum, aegroto. Ἐπ' αὐτὸν, pro eo. Ἀλείψαντες ἐλαίῳ, ungentes oleo. Unctio Apoſtolica fuit privilegium ſingulare, cf. Marc. 6, 13. qvod neqvaqvam in regulam transformandum eſt. Nam miracula non ſunt omnium aetatum et temporum, ſed ſunt ornamenta certae vocationis. Eſt igitur κακοζηλία in imitatione exemplorum diligentiſſime vitanda.

tanda. Vid. Strigelii Hypomn. Unctio, qvae fiebat oleo, erat priscis temporibus ratio maxime usitata aegrotos sanandi. Apostolus igitur iubet et spiritualibus et naturalibus remediis uti ad prosperam valetudinem recuperandam. Vide S. V. Koerneri Annotatt. Ἐν τῷ ὀνόματι Κυρίου, iussu Domini et cum fiducia in eo posita. Cf. Marc. 6, 13. et Cap. 16, 18.

15. **Εὐχὴ**, preces. Εὐχὴ τῆς πίστεως, preces cum fide coniunctae. Σώζω, incolumem reddo. Κάμνω, laboro, h. l. aegroto. Ἐγείρω, erigo. Κἂν, etsi. Ἦι πεποιηκὼς pro πεποιήκῃ, perpetrarit. O. 26. α.

16. **Ἐξομολογεῖσθε — παραπτώματα**, confitemini invicem peccata perpetrata. Neqve de confessione peccatorum coram ministro verbi divini hic sermo est, neqve de confessione et deprecatione eorum, inter qvos fuerunt simultates; sed Apostolus iubet, ut peccata ea, ob qvae Deus nos castiget, neqvaqvam dissimulemus, qvo alii precibus suis veniam nobis impetrare possint. Vid. S. V. Koerneri Annotatt. Εὔχομαι, oro. Ἐνεργέω, efficaciter operor. Δέησις ἐνεργουμένη, precatio efficax, preces factae cum fervore Spiritus.

17. **Ὁμοιοπαθὴς, ὁ, ἡ**, iisdem affectibus obnoxius, h. l. qvi est eadem natura, uti Act. 14, 17. F. Προσευχῇ προσηύξατο, precibus rogavit. Τοῦ μὴ βρέξαι, ne plueret. Ἐπὶ τῆς γῆς, super terram i. e. super tractum qvendam Palaestinae.

18. **Βλαστάνω**, germino, profero.

19. **Ἀλήθεια**, doctrina vera Evangelii. Ἐὰν πλανηθῇ, si in errorem deductus fuerit, si aberraverit. Ἐπιστρέφω, reduco. Καὶ ἐπιστρέψῃ τις αὐτὸν, si

qvis eum ad Christianam religionem reduxerit. Γινωσκέτω, sciat, et conversus ut gratus obseqvatur. Πλάνη τῆς ὁδȣ͂, via erronea, h. l. doctrina erronea et falsa. Vid. J. in voc. ὁδός. Ψυχὴ, homo. J. Σώσει — θανάτȣ, non minus est beneficium, ac si aegrotantem sanasset, aut de vita periclitantem servasset. Connexio: non solum in corporis morbis v. 14. invicem succurrite, sed etiam animae perniciem depellite. Καλύπτω, tego, operio. *Metaph.* καλύπτειν πλῆθος ἁμαρτιῶν, a) est peccata pauciora facere. Kr. b) efficere, ut peccata, qvae errans commiserat, oblivioni tradantur. Vid. S. V. Koerneri Annotatt.

HYPO-

HYPOMNEMATA

IN

EPISTOLAM PETRI

I. ET II.

HYPOMNEMATA
IN
EPISTOLAM PETRI I.

CAP. I.

1. Ἐκλεκτοὶ, Christiani. Verbo ἐκλέγεσθαι cum derivatis constanter utuntur Apostoli ad exprimendum *tum* insignem qvendam erga certos homines amorem Dei et benevolentiam, (Act. 9, 15. Luc. 23, 35.) *tum* in primis beneficium illud, qvo ad religionem Iesu cum eaqve coniunctam olim in regno Messiae felicitatem homines a Deo adducuntur. Eph. 1, 4. J. Παρεπίδημος, ὁ, ἡ, advena. Παρεπίδημοι διασποράς vocantur Iudaei extra Palaestinam habitantes. De vocabulo διασποράς cf. notata ad Ioh. 7, 35. et Iac. 1, 1.

2. Γαλατία, Gallograecia. Κατὰ πρόγνωσιν — (ἐκλεκτοῖς) εἰς ὑπακοὴν καὶ ῥαντισμὸν αἵματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, iis, inqvam, qvi pro amore Dei patris per ministerium Spiritus Sancti, adducti ad fidem in Iesum Christum. Πρόγνωσις, amor. Vid. J. in vocabulo προγινώσκειν. Cf. Rom. 11, 2. Ὑπακοὴ — Χριστοῦ est periphrasis *fidei*. Ὑπακοὴ καὶ ῥαντισμὸς est pro ὑπακοὴ ῥαντισμοῦ. Tenendum est inter idiomata scriptorum sacrorum etiam esse hoc, ut utantur figura, qvae dici-

dicitur Hendiadys, h. e. ut duobus substantivis per καὶ coniunctis utantur, qvorum alterum debebat esse vel adiectivum, vel genitivus. Ὑπακοὴ τȣ̃ ῥαντισμȣ̃, e forma Paullina est ὑπακοὴ πίςεως, Rom. 1, 5. Scilicet fides h. l. exprimitur per adspersionem sangvinis Christi; intelligitur enim adspersio spiritualis, qvae nihil aliud potest esse, nisi *fides*. Ducta autem est haec formula a sacrificiis Iudaeorum, cum pontifex M. adspergeret sangvine vituli et hirci operculum, qvod spectabat Christum et eius satisfactionem. Αἷμα, mors Christi cruenta. E. B. VII. 15. Χάρις pro *beneficio* ipso atqve adeo felicitate ponitur. Ps. 84, 12. 14. Εἰρήνη ex hebraicae lingvae usu qvamvis felicitatem exprimit. Χάρις — πληθυνθείη, omnis generis beneficium et salus vobis large contingat.

3. Εὐλογητὸς (ἔςω,) gratias agimus. Θεὸς καὶ πατὴρ, Deus idemqve pater. Κατὰ, pro. Ἀναγεννάω, regenero. Ἀναγεννήσας — ζῶσαν, qvi nobis restituit spem vitae aeternae.

4. Ἄφθαρτος, incorruptibilis, perpetuus. Ἀμίαντος, ὁ, ἡ, impollutus. Ἀμάραντος, ὁ, ἡ, non marcescens, i. e. in aeternum duraturus. Εἰς ὑμᾶς, vobis.

5. Ἐν, per. Εἰς σωτηρίαν — ἐσχάτῳ, ad salutem, inqvam, qvae debuit revelari ultimis temporibus h. e. qvae in N. T. debuit penitus apparere.

6. Ἐν ᾧ, qvapropter. Ἀγαλλιάω, gaudio exsulto. Λυπηθέντες — πειρασμοῖς, etsi variis afflictionibus afficiamini. O. 22. (Κατ') ὀλίγον (χρόνον,) ad breve tempus, paullulum. Εἰ δέον (ἐςὶ,) ut fieri solet. Τὸ δέον a δεῖ, oportet.

7. Δοκίμιον, τὸ, exploratio. Δοκίμιον τῆς πίςεως ὑμῶν, fides vestra explorata. O. 5. Τίμιος, pretiosum. Χρυσίȣ — δοκιμαζομένȣ, ut pretiosior sit constantia

ſtantia fidei veſtrae auro perituro, qvamvis igne probatum ſit. Ἐις ἔπαινον — δόξαν, ut conſeqvamini laudem, honorem et gloriam. Haec tria vocabula faciunt periphraſin vitae aeternae. Ἐν ἀποκαλύψει — Χριςοῦ, in reditu Ieſu Chriſti ad iudicium extremum.

8. Ουκ εἰδότες, qvamqvam non videritis. Ἐις ὃν — ἀγαλλιᾶσθε, de qvo, vel propter qvem exſultate. Ἀνεκλάλητος, ὁ, ἡ, τὸ, ον, qvi, qvae, qvod verbis exprimi non poteſt. Ἀνεκδιήγητος latine non eſt *inenarrabilis*, ſed *ſummus*, *longe maximus*. Idem valet ἀνεκλάλητος, qvod non minus male vertunt vulgo *ineffabilis*. Vid. Cel. Fiſcheri Praef. ad Man. Paſ. p. 28.

9. Κομιζόμενοι, accepturi. Ex hebraiſmo praeſens pro futuro poſitum eſt. Τέλος, praemium. J.

10. Ἐκζητέω, ſtudioſus ſum alicuius rei cognoſcendae. Ἐξερευνάω, ſcrutor. O. 2. γ. Προφῆται — προφητεύσαντες, prophetae, qvi de gratia vobis deſtinata vaticinarentur. Χάρις h. l. eſt i. q. σωτηρία, dicitur ſic a cauſſa, qvia cauſſa ſalutis noſtrae eſt gratia Dei. Illi prophetae ſcire cupiebant, qvando eventum eſſet habitura promiſſio ſalutis per Chriſtum, qvando foret communicanda cum gentibus.

11. Ἐις τίνα — ἐδήλου, qvod aut qvale tempus deſignaret. Τὸ ἐν αὐτοῖς (ὂν) πνεῦμα, qvi in ipſis erat Spiritus. Προμαρτύρομαι, praenuntio. Τὰ εἰς Χριςὸν (ἐλθόντα) παθήματα, eventuras Chriſto perpeſſiones. Καὶ τὰς μετὰ ταῦτα δόξας, et poſt ſecuturam gloriam.

12. Διακονέω, h. l. trado. Οἷς — αὐτὰ, qvibus haec revelata ſunt, non ut ſibi ipſis i. e. eadem aetate viventibus, ſed nobis ea traderent. Ἐυαγγελισάμενοι ὑμᾶς, doctores veſtri, qvi vos ad religionem Chriſtianam adduxerunt. Ἐν, per. Παρακύπτω, incurvo

 me,

me, introſpicio in primis inclinando corpore, h. l. cognoſco. Παρακύπτειν apud Demoſthenem in prima Philippica eſt *negligenter et fortuito reſpicere:* καὶ παρακύψαντα ἐπὶ τὸν τῆς πόλεως πόλεμον, ubi forte converterunt oculos ad bella patriae, tamen h. l. ex mente Strigelii haud dubie ſignificat *defigere oculos* in aliqvam rem cum animi intentione, qvae ex admiratione exiſtit. Gl. παρακύψαι explicat: cupere plenam et perfectam myſteriorum Evangelii notitiam habere, ſummeqve iis delectari. Alludi ad Cherubinos, qvi erant ſuper propitiatorio, ſtatuit Piſcator. Fuit enim propitiatorium typus Chriſti. Rom. 3, 25. Gl. Ph. 1169.

13. Ἀναζωννύω, ſuccingo. Hoc verbum ſignificat ſtudium exeundi ad expeditionem, qvoniam cinctus hominem roborat et celeriorem reddit; ἀναζώσασθαι deinde *per metaph.* ſignificat *vires animi intendere.* Νήφω, ſobrietatis ſum ſtudioſus. Τελείως, a) conſtanter. E. b) *vere,* non ſimulate, *ardenter,* non frigide. Nam *perfectum* phraſi ſcripturae opponitur ſimulationi, ſicut Chriſtus inqvit: ſit gaudium meum plenum in iis, id eſt, ſine ſimulatione, Ioh. 16, 24. Strigelius. Ex collatione v. 22. patet potius de *gaudio conſtanti* in loco, ad qvem Strigelius provocat, ſermonem eſſe, qvam de gaudio non ſimulato. Φερομένην, ex hebraismo praeſens pro futuro poſitum eſt. O. 23. Τελείως — Χριςȣ̃, conſtanter ſperate vitam aeternam, qvae vobis continget in extremo iudicio.

14. Τέκνα ὑπακοῆς, filii obedientes. O. 5. Συσχηματίζομαι, accommodo me, alicui ſimilem me fingo. Ὡς — ἐπιθυμίαις, eſtote tanqvam filii obedientes, neqve obſeqvimini cupiditatibus, qvibus, ab Evangelii cognitione alieni, indulſiſtis.

15. Κατὰ

15. Κατὰ h. l. exprimit כ similitudinis. Κατὰ, ad exemplum. Ἀλλὰ — γενήθητε, sed exemplo eius, qvi vos Christianos fecit, sanctitati studete in omni vita vestra.

17. Ἐι, cum, qvoniam. Respondet hoc sensu particulae כִּי. Ἀπροσωπολήπτως, nulla cuiusqvam dignitate ratione habita, ita ut neminis auctoritate dignitateve moveare. Vid. J. in voc. προσωποληπτεῖν. Κρίνω, sententiam iudicialem dico. Κατὰ, pro. Ἐν φόβῳ, modeste, cum cura. Παροικία, peregrinatio, h. l. conditio inqvilini, i. e. eius, qvi non habet ius civitatis. Ἀναστρέφομαι, gero me, vitam instituo. J.

18. Ἐιδότες, reputantes. Ὅτι ἐλυτρώθητε, vos redemtos esse. Φθαρτοῖς (χρήμασι,) rebus corruptibilibus. Μάταιος, α, ον, h. l. idololatricus. Vid. J. in voc. Ματαιότης. Ἀναστροφὴ, vivendi ratio. J. Πατροπαράδοτος, ὁ, ἡ, a maioribus acceptus.

19. Ὡς, utpote. Per Hebraismum similitudinis particulis qvandoqve non similitudo, sed res ipsa notatur. Gl. Ἄμωμος, ὁ, ἡ, immaculatus, labis expers. Ἄσπιλος, ὁ, ἡ, incontaminatus, sordium immunis.

20. Προγινώσκω, h. l. destino. Καταβολὴ, initium. Πρὸ, ante. Φανερόω, conspicuum facio. Ἔσχατοι χρόνοι, tempora N. T. J. in voc. ἔσχατος. Christus dicitur agnus Dei προεγνωσμένος πρὸ καταβολῆς κόσμου, h. e. aeterno Dei decreto destinatus in victimam pro peccatis hominum offerendam. Gl. Ph. 978. Δι' ὑμᾶς, propter vos.

21. Δι' αὐτοῦ, eo auctore. Τοὺς — δόντα, (propter vos, inqvam,) qvi eo auctore crederetis in Deum, qvi ipsum suscitavit e morte ipsiqve maiestatem dedit. Ὥστε — θεὸν, ut fides et spes vestra firmiter niteretur Deo.

22. Τὰς

22. Τὰς — πνεύματος, purgate animos vestros fide doctrinae Evangelii per Spiritum S. tributa. Ἐν, per. Ὑπακοὴ, fides. Ἀλήθεια, doctrina evangelica. Ἀνυπόκριτος, ὁ, ἡ, non fucatus, minime simulatus. Ἐκτενῶς, omnibus viribus, ardenter.

23. Ἀναγεγεννημένοι — αἰῶνα, renati qvippe non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, nimirum doctrina Dei efficacissima eaqve in perpetuum duratura. Hic est locus classicus de regeneratione. Ex praecedentibus videmus 1) caussam efficientem esse Spiritum Sanctum, 2) instrumentum sc. verbum Dei, qvod comparatur cum semine, 3) effectus, nempe hi sunt *amor, puritas cordis.* E. Σπορὰ, semen. Λόγος ζῶν. Cf. Hebr. 4, 12.

24. Σὰρξ, homo, res, qvas homines magni faciunt. J. Ὡς χόρτος (ἐςὶ,) ut gramen est. Διότι — χόρτε, etenim omnis homo similis est gramini, et omne decus hominis simile est flori graminis. Ξηραίνω, arefacio. Ἐκπίπτω, decido. Ἐξηράνθη, ἐξέπεσε, solet exarescere, solet decidere. O. 24. Τὸ ἄνθος, flos.

25. Τὸ ῥῆμα, doctrina Evangelii. Τὸ δὲ — αἰῶνα, promissiones divinae nunqvam vim amittunt, qvia sunt a Spiritu S. E. Εἰς ὑμᾶς, vobis.

CAP. II.

1. Ἀποτίθημι, depono. Aor. 2. part. M. Ἀποθέμενοι ὖν, deponite igitur. Καταλαλιὰ, obtrectatio, maledicentia.

2. Ἀρτιγέννητος, ὁ, ἡ, recens natus, modo genitus. Λογικὸν, i. q. πνευματικὸν γάλα, Milch für den Geist. Cf. 1 Cor. 10, 4. Rom. 12, 15. Γάλα λογικὸν opponitur lacti σωματικῷ, qvod sumitur ore et alit

alit corpus. E. Ἄδολος, ὁ, ἡ, sincerus, purus. Ἐπιποθέω, expeto. Ἵνα — αὐξηθῆτε, ut illo lacte alamini et succrescatis, aucta sc. in mente scientia et sanctitate.

3. Εἴπερ, siqvidem. Γεύομαι, h. l. usu et re cognosco. Ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος (ἐστι,) dominum esse benignum.

4. Πρὸς ὃν προσερχόμενοι, ad qvem cum accesseritis. Praesens per Hebraismum positum est pro futuro. O. 23. Λίθον ζῶντα, tanqvam ad lapidem vivum s. praestantissimum. Ἀποδοκιμάζω, repudio. Ἔκλεκτος, probatus. J. in voce ἐκλέγεσθαι. Ἔντιμος, ὁ, ἡ, pretiosus.

5. Καὶ αὐτοὶ — πνευματικὸς, vos et ipsi vos geritis ut lapides vivos, ut constituatis corpus, qvod habeat similitudinem aedificii. Οἰκοδομέω notat stabilimentum et augmentum in emendationem animae et reddi potest: *admoneo*, *instruo*, *emendo*. Metaphora ab aedificatione domus desumta. Imago enim divina, in homine per diaboli fraudem destructa, restitui, homo vero interior qvotidie, tanqvam aedificium, in altum excrescere et proficere debet. Ἱεράτευμα, sacerdotium. (Εἰς τὸ) ἀνενέγκαι, ab ἀναφέρω, Aor. 1. Inf. A. ad offerendum. Πνευματικὰς θυσίας, spirituales hostias, i. e. cultus primae et secundae tabulae, praelucente agnitione et fiducia Servatoris, et relatos ad hunc finem, ut Deus celebretur. Εὐπρόσδεκτος, ὁ, ἡ, bene probatus. Διὰ, propter.

6. Περιέχει Syrus vertit passive אֱמִיר, *dicitur enim in Scriptura*. Et sic Beza vertit: *continetur in Scriptura*, περιέχει pro περιέχεται. Recte. Etenim περιέχει etiam neutraliter dici pro *extat*, continetur, testimoniis ex Iosepho probavit cel. Krebsius in Animadverss. ex Iosepho ad h. l. p. 398. Gl. Ph. 632. Ἀκρογωνι-

γωνιαῖος, ὁ, ἡ, angularis, ſummus. Ἐκλεκτὸς, probatus. J. Οὐ μὴ καταισχυνθῇ, nullo modo erubeſcet, plane non pudefiet, i. e. praeclare cum eo agetur. Καταισχύνω reſpondet hebraico בּוֹשׁ. Verba negantia pro contrariis affirmantibus per qvandam μείωσιν ſaepius ponuntur. Gl. Ph. 231.

7. Ὑμῖν, vobis, reſpectu veſtrum. Τιμὴ (ἐςι,) a) vitam aeternam affert. Cf. Rom. 2, 10. b) Honor, i. e. honoratus ſ. honorabilis eſt. K. Λίθον pro λίθος, ex Hebraismo et Graecismo. Relativum more Attico praecedenti reſpondet: qvod ad ſubſeqvens fuiſſet referendum. Sed qvandoqve ipſum antecedens caſum Relativi imitatur. Charit. VII. 6. ubi vid. Dorvillius p. 642. qvi ſcite monet verba haec λίθον ὃν a ſciolis mutata eſſe in λίθος ὅν. F. A. p. 305. Ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας, factuseſt lapis angularis. O. 39. Πρόσκομμα, offendiculum. Λίθος προσκόμματος, h. l. lapis percuſſionis. Πέτρα σκανδάλȣ, lapis confractionis. Cf. Matth. 21, 44.

8. Οἱ προσκόπτȣσι — ἐτέθησαν, a) iis, inqvam, qvi pereunt repudiata Evangelii doctrina, qva pernicie dignos ſe praebuerunt. *Ad aliqvid poſitum eſſe* ex hebraismo ſignificat aliqva re ſe dignum praebere. E. b) Ἀπειθȣ͂ντες (αὐτῷ ſ. πράγματι, ſ. κηρύγματι) εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν, non credentes *illi facto* vel etiam non parentes ei rei, cuius cauſſa vel ipſi conſtituti erant. Iudaei ſc. eum maxime in finem cultu religioſo prae aliis gentibus erant a Deo exornati, ut Meſſiam et cognoſcerent et amplecterentur et aliis commendarent. Aliis εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν eſt: id qvod etiam illis tributum ſ. de illis dictum eſt. K. c) In qvam perverſam mentem ſc. ut in Ieſum magis magisqve impingerent iuſto Dei iudicio propter contumaciam ſunt traditi, i. e. Deus permiſit eos in ſummum impietatis erga Ieſum gradum delabi. Rom. 1, 28. 11, 8.

Vide

Vide ad h. l. S. R. Dan. C. G. Michaelis N. T. adiectis annotationibus elaboratissimis illustratum. d) Offendunt lapidi, in qvem etiam impositi esse debebant, sicut vos lapides vivi (cf. supra v. 4. et 5.) super illo aedem spiritualem constituitis. Loqvitur Apostolus de Iudaeis incredulis, qvibus tamen promissiones de Christo in primis factae erant, et ex oraculis prophetarum constare poterant. Ratio est in ipsa eorum ἀπειθεία. Post οἳ προσκόπτουσι pone comma, τῷ λόγῳ ἀπειθοῦντες coniunge et post ἀπειθοῦντες iterum comma pone. Tum cohaerent οἳ προσκόπτουσι, εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν. Impingunt in lapidem, qvi iis etiam esse debebat ἀκρογωνιαῖος, qvo superstructi esse poterant. Neutrum ὃ est enallage generis. Forte in animo Petrus habuit θεμέλιον ut Paullus Ephes. 2, 20. τὸ θεμέλιον τῶν ἀποςόλων, et ἀκρογωνιαῖον Christum coniungit. Ratio, cur προσκόπτουσι, est, qvod sunt τῷ λόγῳ ἀπειθοῦντες. Τεθῆναι εἰς τι idem est, qvod ἐποικοδομεῖσθαι. Ne qvidem necesse est ad ὃ aliqvod Substantivum, ut θεμέλιον, supplere. Neutrum potest ad totam orationem vel simile referri. Bene fluit contextus v. 9. Illi ἀπειθοῦντες non amplius sunt γένος ἐκλεκτὸν, vos autem estis.

9. **Ὑμεῖς δὲ (ἐςε.) Γένος**, gens, populus. Βασίλειος, α, ον, regius. Ἱεράτευμα, sacerdotium. Λαὸς εἰς περιποίησιν, idem est, qvod περιούσιος, populus peculiaris. עַם סְגֻלָּה a radice סָגַר clausit, recondidit. Constat tertiam radicalem ל et ר saepe permutari. Denotat igitur populum, qvi instar thesauri a Deo curatur. Ἀρετὴ, h. l. benignitas. Ἀρεταὶ sunt effecta benignitatis, nempe *beneficia.* Thucydides metonymia caussae pro effecto et contra effecti pro caussa in primis afficit vocabulum ἀρετῆς, qvod nunc *famam* et *gloriam* fructum virtutis, nunc beneficentiam et libera-

beralitatem, beneficiumqve ipſum, effectum ab honeſto animo, notat. B. Ph. 230. 231. Ἐξαγγέλλω, celebro. Σκότος, ignorantia voluntatis divinae, mentis coecitas et error, uti Matth. 4, 16. Uſurpatur ad ſtatum pernicioſum exprimendum. Opponitur ei τὸ φῶς, i. e. omnis ſapientia et veritas, qvam Deus hominibus largitur. Cf. Iac. 1, 17.

10. Οἱ ποτὲ (ὄντες) ȣ̓ λαὸς (Θεȣ̃,) νῦν δὲ (ἐςε) λαὸς Θεȣ̃. Ἐλεεῖν, ubi de Deo dicitur, notat *libere*, pro arbitrio hominibus beneficia tribuere. Unde 1 Cor. 7, 25. ἠλεημένος eſt *beneficio divino dignus iudicatus*. Ἠλεημένος, h. l. carus.

11. Ὡς παροίκȣς καὶ παρεπιδήμȣς, cum ſitis inqvilini et advenae. Similitudinis particula h. l. rei veritatem notat. Gl. Ph. 434. Conditionem eorum temporalem eleganter refert ad ſpiritualem. Cic. 1. Offic. Peregrini atqve incolae officium eſt, nihil praeter ſuum negotium agere, nihil de alieno inqvirere, minimeqve eſſe in aliena Republica curioſum. Κατὰ, contra.

12. Ἀναςροφὴ, vita. J. Ἐν, inter. Καταλαλέω, criminor. Κακοποιὸς, improbus, maleficus. Ἐν ᾧ, eo qvod. Ἐποπτεύω, inſpicio, obſervo. Δοξάσωσι Θεὸν, laudent Deum ut auctorem ſanctitatis. Ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς, a) in die converſionis ipſorum, qvando Deus eorum qvoqve miſerebitur, ut gentes laudent Deum bono hoc exemplo ad amplectendam religionem Chriſtianam adductae. b) Qvando Deus infideles poenis afficiet, tum intelligent vos eſſe vere ſanctos. Cum conſpicient gentes, ſolos Chriſtianos ab illis malis, qvae Iudaeis ob turbulenta ac ſeditioſa ipſorum ingenia ubiqve locorum impendent, liberos eſſe. Kr. Ἐπισκέπτεσθαι et inde ἐπισκοπὴ reſpondet hebraico פָּקַד, qvod vel in bonam vel in malam partem accipi poteſt, et uti *benefacere*, ita et *punire* ſignificat.

S. V.

S. V. Erneſtio prior explicatio placet. c) Qvando magiſtratus pagani cauſſam veſtram cognoſcent atqve vos ab iſtis criminationibus abſolvent. Cognita Chriſtianorum innocentia deinde non raro hoſtes eorum commoti ſunt, ut et ipſi converterentur et Chriſtianam religionem amplecterentur. Iis, qvi hanc interpretationem, potiſſimum ob nexum cum ſeqventibus commendabilem, ſeqvuntur, ἐπισκοπὴ eſt *inſpectio*, *exploratio cauſſae.*

13. Ὑποτάγητε, ſubiecti eſtote, ſubiicite vos, Aor. 2. imp. P. Κτίσις ἀνθρωπίνη eſt ordinatio magiſtratus politica, magiſtratus. Ὑπερέχων, ſupremus, ſupereminens.

14. Ἐκδίκησις, punitio. Ἔπαινος, h. l. praemium. O. 1. Ἀγαθοποιὸς, probus, bonus.

15. Φιμόω, os obturo. Ἄφρονες, amentes h. l. dicuntur infideles. Ἀγνωσία, imperitia in iudicando.

16. Ἐλεύθεροι, liberati ſc. a peccato, ira Dei et aeterna morte. Ἐπικάλυμμα, tegumentum h. l. praetextus. Qvid haec vox ſignificet, ex dicto Ciceronis, qvod extat in prima epiſtola ad Q. fratrem, intelligi poteſt: multis ſimulationum involucris tegitur, et qvaſi qvibusdam velis obtenditur uniuscuiusqve natura.

17. Ἡ ἀδελφότης, fraternitas, h. l. coetus Chriſtianorum. Abſtractum pro concreto ſuo poſitum eſt. Gl. Φοβέω, revereor.

18. Οἱ οἰκέται, vos ſervi. Nominat. pro Vocat. Ὑποτασσόμενοί (ἐϛε,) ſubiecti eſtote. Φόβος, reverentia. Σκολιὸς, ὰ, ὸν, difficilis, pravus.

19. Χάρις (ἐϛὶ,) gratum eſt. Συνείδησις Θεȣ̃, cognitio Dei, i. e. vera religio. E. Τȣ̃το — ἀδίκως, hoc gratum eſt Deo, ſi qvis patitur calamitates ob conſcientiam Dei, i. e. ob veram religionem, ut ſibi con-

ſcius ſit, ſe non ob maleficium, (qvod v. 20. opponitur,) ſed ob honorem Dei tanqvam martyr et confeſſor, mortem doloresve pati, aut etiam, ſi qvis incommoda patitur, qvia ſciat patientiam Deo gratam, qvia Deus velit, ut parcatur dominis. B. Ph. p. 38. Λύπη, moleſtia, calamitas. Ἀδίκως, praeter ius, praeter culpam.

20. Κλέος, τὸ, laus, gloria. Κολαφίζω, colaphis caedo. Ἁμαρτάνοντες καὶ κολαφιζόμενοι per ἓν διὰ δυοῖν pro διὰ τὸ ἁμαρτάνειν κολαφιζόμενοι. Ἀγαθοποιέω, recte honeſteqve ago. Ει ὑπομενεῖτε, ſi ſufferatis, l. toleretis.

21. Εἰς τοῦτο γὰρ ἐκλήθητε, hac conditione Chriſtiani facti eſtis. Ὑπολιμπάνω, relinqvo. Ὁ ὑπόγραμμος, exemplar. Τὸ ἴχνος, veſtigium.

23. Λοιδορέω, convitiis laceſſo. Ἀντιλοιδορέω, convitia regero. Λοιδορούμενος, qvamvis maledictis inceſſeretur. O. 22. Παρεδίδου ſc. ἑαυτὸν, vel ut alii, τὴν αἰτίαν αὐτοῦ, cauſſam ſuam. Syrus legit τὴν κρίσιν αὐτοῦ, iudicium ſuum. Gl. Ph. 613.

24. Ἀναφέρω, attollo, ſurſum fero. K. Ἐπὶ, in, ſupra. Ξύλον, lignum crucis. Ἀπογίνομαι denotat 1) procul abſum, recedo; 2) liber ſum ab aliqva re; 3) morior. Ex Dativo apparet, hoc vocabulum h. l. denotare: operam do, ut peccata fugiam. E. Ὁ μώλωψ, verberum in cute veſtigium, tumor natus ex verberibus. Redundat αὐτοῦ ex hebraismo. Gl. 171.

25. Πρόβατα πλανώμενα ſunt, 1) quae non habent paſcua idonea, 2) qvae in periculo ſunt propter beſtias, nec habent, qvi vim depellat.

CAP.

CAP. III.

1. **A**ἱ γυναῖκες, vos mulieres. Ὑποτασσόμεναι (ἔςε,) obedite. Ἀνήρ, maritus. Ἵνα καὶ — κερδηθήσονται, ut, si qvi etiam Evangelio non statim credant, moribus mulierum allecti sua sponte et sine cohortatione ad religionem Christianam accedant, cum scilicet perspiciant castam vestram in religione Christiana vitam. Κερδαίνω, lucrifacio. Κερδαίνομαι h. l. ad religionem Christianam adducor.

2. Ἐν φόβῳ (Θεῦ,) cum reverentia erga Deum s. pietate coniuncta vita. Ἁγνός, castus.

3. Ἐμπλοκὴ τριχῶν, crispatio capilli calamistris inusti. Ὧν (ὁ κόσμος) ὐχ ὁ ἔξωθεν κόσμος ἔςω, qvarum ornatus non sit ille externus. Περίθεσις, ornatus, qvi cingit cervices. Ἔνδυσις, actus induendi, amictus.

4. Ἐν τῷ ἀφθάρτῳ (κόσμῳ,) vel ἀφθαρτὸν h. l. idem est, qvod ἀφθαρσία, Eph. 6, 24. vita pura et incorrupta. Πραΰς, lenis. Ἡσύχιος, ὁ, ἡ, tranqvillus. Ἀλλ' ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας (κόσμος, ὅς ἐςιν ὁ ἔσωθεν) ἄνθρωπος. Qvae per breviloqventiam omissa, e contextu supplenda sunt. Ἀλλ' ὁ κρυπτὸς — πολυτελές, sed internus cordis ornatus, qvi dicitur internus homo, cernitur in puritate animi mansveti et tranqvilli, cui ornatui ab ipso Deo magnum statuitur pretium.

6. Verba ὡς – τέκνα includenda sunt parenthesi. E. Ἧς ἐγενήθητε τέκνα, cuius deberetis esse filiae, imitatri-

Cap. 3, 1. Pro κερδηθήσωνται, qvam lectionem Gl. in Phil. p. 313. et Ven. Griesb. tuentur, legendum est κερδηθήσονται. Coniunctivus enim apud Graecos omnino caret futuris, et loca, qvae prae se ferunt illa, a sciolis videntur esse depravata. Vid. Cel. Fischeri A. p. 174.

tatrices. O. 12. β. Πτόησις, consternatio; καὶ μὴ — πτόησιν, mulieres maritis suis praestent officium suum ita, ut nullo coactae metu id faciant, sed sponte.

7. **Συνοικέω**, vivo cum aliqvo. Κατὰ γνῶσιν, a) modeste. Modestiam, Cicero ait, cerni in scientia modi in unaqvaqve re, qvi modus pertinet ad tempus, personam, et locum. Itaqve Apostolus maritos iubet ita cum uxoribus vivere, vt semper sint memores, qvid, qvo tempore et qvomodo qvidqve facere debeant, qvando debeant esse severi, qvando lenes. b) Secundum amorem. J. Kr. Γυναικεῖος, α, ον, muliebris. Σκεῦος γυναικεῖον, instrumentum muliebre *h.* e. ipsa mulier. J. Ἀπονέμω, tribuo, exhibeo. Ὡς καὶ συγκληρονόμοι (ὄντες.) Ἐγκόπτω, impedio.

8. **Τὸ δὲ τέλος**, idem significat qvod τὸ λοιπὸν, vel πρὸ πάντων, tandem, est locutio properantis ad finem. Ὁμόφρων, ὁ, ἡ, concors. Συμπαθὴς, mutuo molestiarum sensu affectus. Φιλόφρων, ὁ, ἡ, amica mente praeditus, benignus in aliis recipiendis.

9. **Τἐναντίον** pro κατὰ τὸ ἐναντίον μέρος, e contrario. Ἐις τῦτο — κληρονομήσητε, vos hac spe adductos esse ad Christianam religionem, ut omne felicitatis genus conseqvamini.

10. **Ζωὴ**, vita felix. J. Ἰδεῖν ἡμέρας ἀγαθὰς, felicem esse. Ὁ γὰρ — δόλον, si qvis appetit vitam eamqve felicem, is abstineat lingvam a malignis sermonibus et labia a dictis fraudulentis.

11. **Ἐκκλίνω**, deflecto, vito. Ποιέω, studeo. Εἰρήνη, concordia.

12. Οἱ

Cap. 3, 7. Lectionem συγκληρονόμοι V. Griesb. praefert lectioni συγκληρονόμοις. Ἐγκόπτεσθαι pro ἐκκόπτεσθαι legendum est. V. G.

Cap. 3, 8. Φιλόφρονες. E. ταπεινόφρονες. V. Griesb.

12. Οἱ ὀφθαλμοὶ — δικαίους, oculi domini intenti sunt in iustos. Ἐπὶ ποιοῦντας κακὰ, contra improbos. Πρόσωπον per ἀνθρωποπαθείαν h. l. *iram* ac poenas divinas denotat. Gl.

13. Κακόω, male tracto. Τίς (ἐστὶ) ὁ κακώσων; qvis autem est, qvi vos male habeat? Ἀγαθὸν, h. l. virtus. Μιμητὴς, studiosus.

14. Δικαιοσύνη, virtus. Μακάριοι (ἐστε,) felices estis, praeclare tamen vobiscum agitur. Ὁ φόβος h. l. obiective accipiendum est pro *caussa timoris*. Τὸν φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε, terrorem istorum, qvem vobis incutere volunt, ne exhorrescite, neqve consternamini.

15. Ἁγιάζειν h. l. i. q. δοξάζειν, magnitudinem extollere. J. Ἕτοιμοι δὲ (γίνεσθε,) parati autem estote. Πρὸς ἀπολογίαν, ad defensionem sc. doctrinae evangelicae. Αἰτεῖν λόγον, exigere rationem. Περὶ τῆς ἐν ὑμῖν (οὔσης) ἐλπίδος, de ea, qvae in vobis est, fide. Πραΰτης, lenitas. Φόβος, h. l. modestia.

16. Συνείδησιν ἔχοντες ἀγαθὴν, recte factorum conscientiam retinete. Ἐπηρεάζω, insigni contumelia afficio. Ἡ ἀγαθὴ ἐν Χριστῷ ἀναστροφὴ, consvetudo vivendi proba, praeceptis Christianae religionis consentanea.

17. Κρεῖττον γὰρ (ἐστι,) satius enim est; pro negativo adverbio h. l. comparativa particula posita est. *Sens:* bonum illud est, non vero hoc. Gl. Ἀγαθοποιέω, recte honesteqve ago.

18. Προσάγειν τῷ θεῷ, adducere ad Deum, hoc effectum est reconciliatione cum Deo et dato reditu ad felicitatem aeternam. Toto hoc loco usqve ad finem Capitis Apostolus nihil aliud voluit dicere, nisi hoc: debetis patienter ferre calamitates, qvia Christus etiam innocens passus est. Σὰρξ h. l. humana natura.

Θανατόω, morte adficio. Ζωοποιέω, vivum reddo. Πνεῦμα, ex lege oppoſitionis h. l. eſt divina natura. Ζωοποιηθεὶς — πνεύματι, in vitam revocatus eſt per vim illam divinam, qvae in ipſo fuit, nempe non tantum *operative*, ſed *perſonaliter*. Caeterum his verbis ineſt clavis interpretationis ſeqventium.

19. Ἐν ᾧ, qvo Spiritu divino. Ἐν ad imitationem hebraici ב redundat. Φυλακὴ, clauſtrum, h. l. carcer infernalis. Καὶ τοῖς (νῦν) ἐν φυλακῇ (οὖσι,) verſio vulgata tantum ſupplet οὖσι, qvi *ſunt* vel *erant*, et hinc Pontificii defendunt ſic dictum limbum patrum et infantum, ſed ſuppleri qvoqve debet νῦν. Qvi nunc ſunt in carcere, ſic et nos dicimus: mein ſeeliger Vater hat mir geſagt, d. i. mein ietzt ſeeliger Vater. Πνεύματα, intelligendae ſunt animae humanae ſimpliciter. Nam praedicatio verbi divini pertinet ad ſolos homines, non ad diabolos. Πορευθεὶς more hebraico et graeco redundat, qvod reſtat e ſimplicitate veteris lingvae, uti Luc. 19, 30. E. O. 34. δ.

20. Ἀπειθήσασί ποτε — μακροθυμία, qvi Spiritus olim non crediderunt, dum patientia divina exſpectabat. Si hic ſermo eſſet de Chriſti deſcenſu ad inferos, qvaerere poſſemus, qvare Chriſtus tantum iis praedicaverit, qvi vixerunt tempore Noachi. Capienda itaqve potius eſt haec praedicatio de eo, qvod Chriſtus concionatus ſit per Noachum. Fundamentum h. l. eſt Genes. 6, 3: nolunt obedire ſpiritui meo 2 Petr. 2, 5. Sermo eſt igitur de concione Chriſti per Spiritum S.; qvi ſemper fuit λόγος θεοῦ, et cuius ſpiritus ſemper fuit in prophetis. E. B. N. I. 120. Ἐν ἡμέραις Νῶε, tem-

Cap. 3, 19. Lectionem ἀπεξεδέχετο pro ἅπαξ ἐξεδέχετο V. Griesb. in textum recepit. S. V. Erneſti etiam praefert priorem.

temporibus Noachi. J. Ἐις pro ἐν. O. 27. Ψυχαὶ, homines. J. Διασώζω, incolumem ſervo. Διὰ, in; δι᾽ ὕδατος, mediis in aqvis.

21. Ἀντίτυπος, ὁ, ἡ, h. l. e regione poſitus, parallelus, typo cuidam reſpondens. Ὧι καὶ — βάπτισμα, cui reſpondens baptiſmus tanqvam imagini ſuae ſervat nos. Si pro ᾧ legas ὃ refertur ὃ ad βάπτισμα: ſic nos etiam ſervat aqva, ſed aqva baptiſmi, qvae ei reſpondet, ut umbrae ſuae. Ὀυ σαρκὸς — Θεὸν, non qvae eſt depoſitio ſordium, qvae ſunt in corpore, ſed qvoad eſt ſtipulatio bonae conſcientiae. Σὰρξ, corpus. Ὁ ῥύπος, ſordes, inqvinamentum. Ἐπερώτημα, interrogatio h. l. ſtipulatio. Nam in ſtipulatione et ſponſione eſt mera interrogatio. Ἐπερώτημα refertur maxime ad hominem, qvi Deo reſpondet in baptiſmo. Ad Dan. 4, 14. Schol. gr. habent ἐπερώτημα τȣτέςι ἀῤῥαβών. Qvilibet facile concedet hunc vocis ἐπερώτημα ſignificatum a contextu huius loci haud eſſe alienum. Nam recte dicitur baptiſmus inſtar pignoris eſſe, qvod propter Chriſtum peccata nobis ſint remiſſa. Ἐις Θεὸν, erga Deum. Verba:] ȣ̓ σαρκὸς — Θεὸν, parentheſi ſunt includenda.

22. Ἐξȣσία et δύναμις ſunt ſynonyma, magiſtratus et potentes, h. l. intelligendi ſunt potentes terrae et reges et principes. Ἐν δεξιᾷ (χειρί.) Πορευθεὶς εἰς τὸν ȣ̓ρανὸν, poſtqvam in coelum ſe contulit.

CAP. IV.

I. Χριςȣ̃ ȣ̓̃ν παθόντος, cum Chriſtus igitur perpeſſus ſit afflictiones corporeas. Hoc cohaeret cum Cap. 3, 18. ubi Petrus allaturus argumenta ad perſe-

Cap. 3, 21. Ὃ pro ᾧ, iudice S. V. Erneſtio, eſt vera lectio, qvam V. Griesb. in textum recepit.

perferendas patienter iniurias et afflictiones dicit, melius esse pati sine culpa, qvam cum culpa, et proponit exemplum Christi. Hinc illa digressio de Christo, sed nunc redit ad superiora. Ὁπλίζω, armo. Med. armo me, instruo me armis. Ἔννοια, sensus. Καὶ ὑμεῖς — ὁπλίσασθε, eodem sensu vos armamini. Παύω, cessare facio. Πέπαυται ἁμαρτίας, prohibetur et abstrahitur a peccando. In Graeca lingva verbum cessandi adiunctum habet participium, qvod pro infinitivo ponitur, eodem sensu h. l. constructum legitur verbum παύεσθαι cum genitivo πέπαυται ἁμαρτίας, desinit peccare. Gl. Ph. 358.

2. Ἐπίλοιπος, ὁ, ἡ, reliqvus. Ἐν σαρκὶ, in corpore, i. e. in hac vita. Βιόω, vivo, dego.

3. Ἀρκετὸς γὰρ ἡμῖν (ἐστὶ,) sufficit enim. Ὁ παρεληλυθὼς, praeteritus, partic. perf. Med. a παρέρχομαι. Θέλημα, libido. Πορεύομαι, incedo, vitam ago. J. Ἀσέλγεια, lascivia, luxuria. Ἐπιθυμίαι, nefandae libidines. Οἰνοφλυγία, vinolentia. Ὁ κῶμος, comessatio. Ὁ πότος, compotatio. Ἀθέμιτος, ὁ, ἡ, nefarius.

4. Ἐν ᾧ ξενίζονται (αὐτοὶ,) id qvod mirantur ceu novum et inexspectatum. Es befremdet sie. Ξενίζω, h. l. rei novitate in admirationem adduco. Μὴ συντρεχόντων — ἀνάχυσιν, qvod non consentiatis in eandem vitae dissolutionem. Ἀσωτία, luxus, vita perdita. Ἀνάχυσις, nimia intemperantia, luxus profusissimus.

5. Οἳ ἀποδώσουσι λόγον, qvi reddent rationem h. e. volentes nolentes cogentur difficilem et damnosam sibi rationem reddere iniuste factorum. Sic Matth. 12, 36. Verba enim qvaedam non tantum usitatam significationem, sed etiam qvandam eius qvasi qvalitatem, adiunctum, aut conditionem simul indicant. Gl. Ph.

Ph. 214. Τῷ ἑτοίμως ἔχοντι, ei, qvi in animo habet, qvi paratus est.

6. Νεκροῖς, a) i. e. (νῦν) νεκροῖς. Petrus ostendere vult hoc sic semper fuisse, scilicet fidelibus perferendas esse calamitates et expectandum in coelo praemium. Hoc consilio etiam iam mortuis spes vitae aeternae est tradita. Κρίνεσθαι opponitur τῷ ζῶσι, nihil aliud igitur esse potest qvam *interfici*. Hoc consilio iis etiam fidelibus, qvi dudum mortui sunt, traditum est Evangelium, ut intelligerent, etiamsi condemnarentur s. interficerentur ab hominibus, se tamen habere spem, fore, ut a Deo recipiant vitam spiritualem. Κατὰ ἀνθρώπους pro ὑπὸ ἀνθρώπων, ab hominibus. Κατὰ h. l. denotat ex mente et voluntate. Κατὰ θεὸν, ex mente et voluntate Dei. Cohaerent haec ita cum antecedentibus: Christus ipse sustinuit graves calamitates, similiter Christiani eas debent perferre ad coercenda peccata, et niti spe vitae aeternae. Hoc consilio omni tempore fidelibus, qvi iam dudum mortui sunt, Evangelium traditum est, ut intelligant se habere spem vitae longe melioris, qvae est a Deo, si forte vexentur atqve interficiantur ab hominibus. E. b) Peccatoribus, Matth. 8, 22. Rom. 8, 10. Peccatores enim habentur ipsi tanqvam cadavera, uti cadavera Es. 66, 24. Per fidem autem, qvi qva statum naturalem mortui erant, accipiunt spem vitae aeternae. S. Cf. Comment. in epist. ad Hebraeos p. 262.

7. Τέλος, vulgaris est sententia de fine vitae, mundi, et omnium rerum. Sed obstat 1) conseqvens, qvod est in eo, qvod ex his colligit, illos debere esse sobrios, qvia instat τέλος, ergo debet intelligi de re praesenti; 2) si sermo esset de iudicio extremo, Petrus errasset, existimans non multo post iudicium extremum esse venturum, sed absurdum est Apostolos do-

ctūros sic scripsisse, errare poterant in agendo, sed non in scribendo. Ergo *πάντα* sunt vaticinia prophetarum, Christi et Apostolorum de excidio gentis Iudaicae. Τέλος, exitus, eventus, Luc. 21, 32. coll. Cap. 22, 37. *Sens:* omnium, qvae praedicta sunt, exitus, eventus adest. Luc. 20, 34. de excidio Hierosolymorum accipitur. E. Σωφρονέω, sobrius i. e. mentis compos sum. Nam ad preces debemus afferre animum placatum, nullis affectibus turbatum. Νήψατε, vigilantes estote.

8. Πρὸ πάντων, inprimis. Καλύψαι, nam ille amor faciet, ut peccata hominibus condonentur, nec scelera multa committantur. Nempe, qvi alterum amat, eum admonet de peccatis fugiendis et detestandis, tum et condonantur peccata. Cf. Ps. 32, 1. Iac. 5, 20.

9. Φιλόξενος, ὁ, ἡ, hospitalis. Γογγυσμὸς, fremitus.

10. Ἐις ἑαυτὲς, ad communem usum. Ἀυτὸ διακονεντες, eo dono utatur. Ποικίλης χάριτος, multiplicium donorum.

11. Ἔι τις λαλεῖ, si qvis habet donum docendi, tum tradat doctrinam summa diligentia. Λόγιον, eloqvium. Ἔι τις διακονεῖ, si cui commissa est cura eleemosynarum colligendarum et erogandarum et aegrotorum. Ἐξ ἰσχύος — Θεὸς, pro viribus, qvas Deus suppeditavit. Χωρηγεῖν proprie notat 1) sumtus suppeditare ad ludos edendos, 2) valde liberalem esse. Χωρηγεῖ est exqvisitissime et elegantissime dictum. Ἧς. O. 11.

12. Ξενίζομαι, rei novitate turbor. Μὴ ξενίζεσθε, nolite mirari qvasi novi qvid. Πύρωσις, probatio qvae fit igne, *proprie* spectatio auri per ignem. Πύρωσις πρὸς πειρασμὸν est pleonastice dictum.

14. Ἐν

14. Ἐν ὀνόματι Χριστοῦ, propter religionem Christianam. Μακάριοι, ducite hoc in parte felicitatis. Τὸ τῆς δόξης καὶ τὸ τοῦ θεοῦ πνεῦμα, gloriosus ille et divinus spiritus. O. 5. Ἐφ᾽ ὑμᾶς ἀναπαύεται, super vobis qviescit, i. e. in vobis est, per hebraismum Num. 11, 25. 26. Luc. 4, 18. Est autem et operatur 1) in intellectu, qvando per lucem eius videmus veritatem, bona vera et falsa, ut possimus terrena contemnere et coelestia appetere; 2) in voluntate, ducens eam ad agendum bonum et deterrens a malo; 3) in corpore illud purum faciens ab omni libidine. Κατὰ αὐτοὺς, ab illis. Κατὰ ὑμᾶς, a vobis, uti supra v. 6.

15. Ἀλλοτριοεπίσκοπος, ὁ, ἡ, qvi se alienis et nihil ad se pertinentibus rebus immiscet, qvi curat res alienas.

16. Ἐν τῷ μέρει τούτῳ, propter hoc, hoc nomine.

17. Ὅτι ὁ καιρός (ἐστι,) etenim iam instat illud temporis punctum. Κρίμα, poenae et castigationes. Ὁ οἶκος τοῦ θεοῦ, ecclesia. Ὅτι ὁ καιρὸς — εὐαγγελίῳ, tempus adest, qvo incipiet iudicium ab ipsius domo et erumpet ira divina, si autem in nos primos venit iudicium, qvinam erit exitus eorum, qvi non credant Evangelio Dei?

18. Δίκαιος, fidelis. Ποῦ φανεῖται; ubi erit? φαίνω, fut. 1. M. φανοῦμαι h. l. sum.

19. Ὥστε καὶ, itaqve etiam. Πιστὸς, fidelis. Κτιστὴς, creator, h. l. dominus, uti קֹנֶה, qvi legitimus alicuius rei possessor est, is etiam solet eam fideliter curare et custodire. E. Παρατίθεμαι, commendo. Unde παρακαταθήκη 2 Tim. 1, 12. depositum, qvod alicui trado, ut bene custodiat. Ἐν ἀγαθοποιΐᾳ, recte faciendo, ut signum sit, qvo vere possimus commendare

dare res nostras Deo. Ἀγαθοποιΐα, recte honesteqve agendi studium.

CAP. V.

1. Συμπρεσβύτερος, consenior, qvi et ipse sum doctor.

2. Ποιμαίνω, rego. Ἐπισκοπέω, curo. Ἀναγκαστῶς, cum aegritudine. Αἰσχροκερδῶς, turpis qvaestus caussa. Προθύμως, promto animo, alacriter.

3. Κατακυριεύω, dominor, pro domino me gero. Κλῆρος, ipse populus, qvi ecclesiam constituit. Apud Scriptores sacros et ecclesiasticos κλῆρος triplici sensu dicitur, a) κλῆρος est grex Domini, uti h. l. ubi, qvi dicuntur οἱ κλῆροι, mox dicuntur τὸ ποίμνιον τοῦ Θεοῦ. Κλῆροι coetus Christianorum dicuntur, 1) qvoniam cuiqve episcopo et presbytero coetus suus contigerat per providentiam divinam. Sic Paullus ecclesiam, qvam fundaverat, canonem suum vocat, qvem sortitus sit, 2 Cor. 10, 13. 15. 2) qvoniam populus Israeliticus dicitur נַחֲלַת יְהוָה; b) ordo ecclesiasticus, ἡ τοῦ κλήρου τάξις, c) ipsa cura gregis Domini s. munus pastorale. Vid. Bengel. ad Chrysostom. de sacerdotio p. 504. Κατακυριεύοντες non *durum imperium* notat, qvod Pontificii inprimis defendunt ad summi Pontificis et episcoporum in ecclesiam dominium adstruendum. Sed clarissime refutatur haec opinio collatione locorum Matth. 20, 25. et Luc. 22, 25. ubi hic simpliciter κυριεύειν et ἐξουσιάζειν appellat, qvod ille κατακυριεύειν et κατεξουσιάζειν. O. 2. γ. Ἀλλὰ τύποι — ποιμνίου, ut simus duces ad veram fidem et virtutem, lumina et exemplaria ecclesiae.

4. Καὶ φανερωθέντος τοῦ ἀρχιποιμένος, tum vero, ubi conspicuus reddetur princeps doctor. E. Κομίζω, accipio. Ἀμαράντινος, ὁ, ἡ, non marcescens.

ſcens. Ὁ τῆς δόξης ϛέφανος, corona ſplendida. O. 5. Reſpicitur ad coronas, qvae donabantur victoribus in ludis Olympicis, qvae nullius erant pretii et mox flacceſcebant.

5. Νεώτερος, natu minor, h. l. νεώτεροι opponuntur πρεσβυτέροις et ex lege oppoſitionis intelligendi ſunt omnes reliqvi, qvi, exceptis Presbyteris, eccleſiam conſtituerent. Die Gemeine. Ἐγκομβόομαι, induo, ἐγκομβῶσθαι i. q. ἐνδύσασθαι, ut Coloſſ. 3, 10. 12. Τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθαι, aſſveſieri modeſtiae ita, ut habitum in hac virtute habeamus. O. 2. γ. Ἀντιτάσσομαι, oppono me.

6. Κραταιὸς, ὰ, ὸν, potens. Ἐν καιρῷ, tempore praeſtituto.

7. Ἐπιῤῥίπτω, reiicio.

8. Νήψατε, γρηγορήσατε, ſobrii et vigilantes eſtote. Ὠρύομαι, rugio. Solet autem leo eſuriens rugire, qvo epitheto Satanae cupiditas hominibus nocendi exprimitur. Καταπίνω, deglutio, devoro. Περιπατεῖ, obambulat, corona cingit et ab omni parte oppugnat pios, nunc manifeſta vi, nunc impia fraude, et alios qvidem ſpe inani propoſita vincit, multos metu frangit, nonnullos blanditiis amicorum debilitat.

9. Στερεὸς, ὰ, ὸν, firmus, qvi obnixe ſtat. Haec firmitas eſt a Deo, qvi eam vult augere exercitationibus fidei. Si ſtudemus, ut maiorem intelligentiam in religione conſeqvamur, ut ſcripturae ſ. dicta nobis fiant dilucidiora, et ſic qvoqve creſcimus certitudine cognitionis. Εἰδότες, cogitantes. Τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων pro τὰ αὐτὰ παθήματα. Ἀδελφότης, fraternitas, h. l. coetus Chriſtianorum. Τῇ ἐν κόσμῳ (οὔσῃ,) degenti in mundo. Ἐπιτελέω, perago, exſeqvor, perficior. Τὰ αὐτὰ — ἐπιτελεῖσθαι, easdem aerumnas reliqvis Chriſtianis eſſe exantlandas.

10. Ὁ

10. Ὁ Θεὸς πάσης χάριτος, Deus auctor omnium bonorum. Genitivus freqventer caussam indicat efficientem. B. Ph. 32. Καλεῖν, h. l. destinare. J. Ἐν, propter. Ὀλίγον (χρόνου μέρος,) ad breve temporis spatium. Καταρτίζω, instruo. Σθενόω, corroboro, fortem, validum reddo.

11. Αὐτῷ ἡ δόξα (ἔστω.)

12. Πιστὸς ἀδελφὸς, fidelis collega. Δι' ὀλίγων (λόγων,) breviter, paucis. Ἐπιμαρτυρέω, testificor. Παρακαλέω, doceo, doctrina Christiana instruo. Χάρις, h. l. fides. Ἐις pro ἐν. O. 27.

13. Βαβυλὼν, intelligenda est urbs Babylon ad Euphratem sita, in qva Petrus tum temporis commoratus est. Erat qvidem olim vastata, sed non penitus. Illud certum est, fuisse ibi synagogam, in qva Petrus ecclesiam fundasse videtur. Συνεκλεκτὴ, a) ἐκκλησία, ecclesia una vobiscum collecta et Deo cara. E. b) Qvidam intelligunt Petri uxorem coll. 1 Cor. 9, 5. Μάρκος ὁ υἱός μου, Petrus Marcum filium vocat, vel qvoniam eum ad Christianam religionem adduxerat, vel qvoniam ab eo singulari reverentia et amore colebatur. Huic Marco historiam de vita Christi evangelicam debemus. Τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, Christianis.

HYPO-

HYPOMNEMATA
IN
EPISTOLAM PETRI II.

PROLEGOMENA.

I.

Qvod haec epiſtola canonica polleat auctoritate, in dubium vocari neqvit. Nam a Petro, Apoſtolo Ieſu Chriſti, ſcripta, et libris propheticis et apoſtolicis analoga eſt, nullaqve ſufficiens dubitandi ratio reddi poteſt. Petro eam tribuendam eſſe, apparet ex eo,

1) qvod praeſcriptum eſt eius nomen.

2) qvod auctor dicit, ſe vidiſſe illam gloriam in ſancto monte, Cap. 1, 17. 18. coll. Matth. 17, 1—6.

3) qvod auctor Cap. 3. ſe inter Apoſtolos refert. Haec tria plus valere debent ſola ſtili diſcrepantia.

Syri hanc epiſtolam olim reiecerunt, et propterea in primis editionibus Syriacae verſionis non reperitur, et in eadem ſunt ſententia Syri moderni, qvamvis privatim hanc epiſtolam legant. Non autem Syri tantum, ſed et alii auctoritatem canonicam huius epiſtolae in dubium vocarunt, vid. Euſebii H. E. L. III. Cap. III. et qvidem ob ſtili cum priori diſſonantiam. Teſte vero Hieronymo in catalogo Scriptorum eccleſiaſticorum T. I. p. 196. longe plures illam agnoverunt. Nam hanc epiſtolam tanqvam genuinam in canonem receperunt ex Saeculo II. Iuſtinus Martyr, et Clemens Alexan-

Alexandrinus; ex Saec. III. Origenes et Anonymus, qvi canones Apoſtolicos compoſuit; ex Saec. IV. Athanaſius, Cyrillus Hieroſolymitanus, Hilarius, Epiphanius, Gregorius Nazianzenus, Amphilochius, Macarius, Ambroſius, Hieronymus, Philaſtrius et Patres Concilii Laodiceni, et ex Saec. V. Cyrillus Alexandrinus, Auguſtinus, Ruffinus, et Patres Concilii Carthaginenſis III. Forſitan non ſtatim de auctore huius epiſtolae conſtitit, qvapropter de eius auctoritate canonica a qvibusdam dubitatum eſt, et qvidem ad aetatem Hieronymi usqve; nam poſt illam in eccleſia graeca et latina ab omnibus pro canonica habita eſt.

II. Scripta eſt ad eccleſiam, ad qvam prior data eſt, forſitan eodem qvoqve loco, qvo prior, exarata eſt, nimirum Babylone, et paullo ante Petri mortem.

III. Stilus eſt diverſus a ſtilo in priori epiſtola adhibito, qvod etiam ab Hieronymo aſſeritur in *epiſtola* ad Hedibiam T. III. opp. p. 102. Diverſitas ſtili, iudice S. V. Erneſtio, non eſt niſi Cap. 2. neqve tanta eſt, ut alii auctori ſit adſcribenda haec epiſtola; nam in utraqve deprehenditur artificioſa brevitas cum ſumma maieſtate coniuncta. Procul dubio differentia materiae, qvam in hac et illa epiſtola tractat, ſtilum diverſum reddidit.

IV. Occaſio

1) mors Petri inſtans, Cap. 1, 14. 15.

2) deſiderium Petri, ut fideles in fide permanerent et creſcerent, Cap. 1, 12. 13. Cap. 3, 1. 18.

3) periculum Iudaeis fidelibus a Pſeudoprophetarum et empaectarum corruptelis imminens, qvibus iam tum eccleſia preſſa fuit, et qvorum plures venturi erant, Cap. 2, 1 ſeqq. Cap. 3, 3 ſeqq.

4) deſiderium Petri, conſenſum ſuum cum Paullo, de qvo qvidam dubitarunt, teſtificandi, 2 Petr. 3, 15. coll. Gal. 2, 14. 1 Cor. 2, 12.

V. Con-

V. Convenit qvodammodo cum epistola posteriori ad Timotheum et continet

1. exhortationem ad constantiam et profectum in fide et studio pietatis, Cap. I.
2. prophetiam de falsis doctoribus et irrisoribus adventus Domini, qvos reprehendit, addita pia admonitione et voto, Cap. II. et III.

Vid. S. R. Moldenhaweri Introduct. in libr. Can. p. 352.

CAP. I.

1. Δȣ̃λος, minister. J. Ἰσότιμος, ὁ, ἡ, aeqve pretiosus. Λαγχάνω, sortior, adipiscor. Part. Aor. 2. A. Δικαιοσύνη, benignitas. J. Ἐν, per. Ἐν δικαιοσύνῃ τȣ̃ Θεȣ̃, beneficio Dei.

2. Χάρις — πληθυνθείη, vide not. ad 1 Petr. 1, 2. Ἐν ἐπιγνώσει, una cum, nebst. E. B. N. I. 122. cognitione.

3. Ὡς, qvemadmodum, prout. Const. ὡς τῆς θείας δυνάμεως αὐτȣ̃ δεδωρημένης ὑμῖν πάντα τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν; prout nimirum divina potentia vobis largita est omnia, qvae ad vitam piam pertinent. Versui 3 et 4 inest antecedens, v. 5. conseqvens. Θεῖος, α, ον, divinus. Τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν per ἓν διὰ δυοῖν pro τὰ πρός ζωὴν εὐβεσῆ. Δεδωρημένης active intelligendum est: qvia donavit nobis vis divina. Tenendum est, in verbis, qvae perfecto vel alio tempore Mediae Vocis careant, loco temporis Medii passivum adhiberi, alias autem Passiva nunqvam significationem activam habere. Qvae observatio debetur S. V. Ernestio B. N. I. 119. Τȣ̃ καλέσαντος, illius, qvi vos Christianos fecit. Ἀρετή, h. l. benignitas. Διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς, per summam benignitatem atqve indulgentiam pro διὰ τὴν ἀρετὴν ἔνδοξον per ἓν διὰ δυοῖν. E.

4. Δι' ὧν, ex eo qvod. Μέγιϛος, maximus. Ἐπάγγελμα, promissum. Θείας κοίνωνοι φύσεως, a) participes felicitatis aeternae et beatae immortalitatis, qvae est in essentia divina. Celebratur sc. v. 3. magnitudo benignitatis divinae et v. 4. magnitudo felicitatis, qvam habituri simus in vita aeterna. E. b) Participes Dei et unionis cum Deo. Θεῖα φύσις est *Deus*, uti Iac. 3, 7. ἀνθρωπίνη φύσις est *homo*. Ἀποφεύγω, effugio, ἀποφυγόντες (part. aor. 2.) si effugerimus, τῆς ἐν κόσμῳ (ὄσης) φθορᾶς, corruptos mores, qvi in mundo sunt. V. 4. parenthesi includendus est.

5. Καὶ (κατ') αὐτὸ τοῦτο, et eodem modo. Prout Deus vires largitus est ad recte honesteqve agendum v. 3. ita et vos omne studium adferte. Παρεισενέγκαντες, Aor. 1. Act. a παρεισφέρω. Ἐπιχορηγέω, exhibeo. Ἐν, una cum. E. Γνῶσις, prudens vitae ratio.

6. Ἐγκράτεια, temperantia, continentia.

7. Ὑπομονὴ, tolerantia. Εὐσέβεια, pietas erga parentes. Ἡ ἀγάπη, communis amor.

8. Ταῦτα γὰρ ὑμῖν — πλεονάζοντα, per ἓν διὰ δυοῖν pro πλεοναϛικῶς ὑπάρχοντα, haec enim, si in vobis sint redundanter, si vobis large suppetant. Οὐκ ἀργοὺς — ἐπίγνωσιν, non vos sinent esse otiosos aut sine fructibus in cognitione Domini nostri Iesu Christi.

9. Ὧι μὴ πάρεϛι ταῦτα, cui haec non adsunt, qvi haec non habet. Μυωπάζω, coecutio, non procul cerno. Λήθη, oblivio. Λήθην λαμβάνειν, oblivisci, h. l. vim (sc. baptismi) amittere. Sic Gen. 41, 30. oblivіscentur fertilitatis, i. e. nihil iis proderit.

10. Ἐκλογὴ, delectus. Deus populum Israeliticum delegerat, ut esset suus. Qvia autem ex illo delectu pendent omnia bona, propterea dicitur de statu gratiae, ex qvo reliqva bona spiritualia fluunt. Κλῆ-

σις

σις καὶ ἐκλογὴ potest etiam per ἓν διὰ δυοῖν explicari, ita ut intelligatur benigna vocatio seu invitatio ad fidem Christianam, tum vocabulo ἐκλογῆς inest notio *benignitatis*. E Βεβαίαν ποιεῖσθαι, retinere, non amittere; opponitur enim τῷ λήθην λαβεῖν. Πταίω, offendo, impingo, accipitur de apostasia seu de eiusmodi lapsu, per qvem amittimus statum gratiae et fidem.

11. Πλουσίως, large. Ἐπιχορηγέω, suppedito, subministro, h. l. facilem et certum reddo. Εἴσοδος, introitus, via. Οὕτω γὰρ — Χριστοῦ, ita autem, (si studiosi bonorum operum retinebitis fidem,) facilis ac certa via ad aeternum Christi regnum vobis dabitur, ita ut veri Israelitae sitis.

12. Ἀμελέω, negligo. Ὑπομιμνήσκω, admoneo. Καίπερ εἰδότας, etsi peritos. Παρὼν, praesens.

13. Δίκαιος, aeqvus. Σκήνωμα, tentorium, h. l. corpus. Ἐφ᾽ ὅσον (χρόνον) — σκηνώματι, qvoad ero in corpore, qvam diu in his terris vivam. Διεγείρω, excito. Ὑπόμνησις, admonitio.

14, Εἰδὼς, cum sciam. Ταχινὸς, ή, ὸν, celer, instans. Ὅτι — μου, brevi futurum, ut tabernaculum meum deponam, ut corporis mei exuvias deponam. In hoc versu est argumentum, Petrum scripsisse ut θεόπνευστον.

15. Ἑκάστοτε, semper, ubivis. Ἡ ἔξοδος, exitus, mors. Μνήμη, mentio. Dabo operam, ut semper possitis horum meminisse post mortem meam.

16. Σοφίζω, sapientem reddo, h. l. argute aliqvid comminiscor. Sens: non secuti sumus fabulas more sophistico compositas. Agit de certitudine doctrinae evangelicae primo negative: non enim tradidimus vobis maiestatem Domini Iesu Christi potentissimam, i. e. efficacissimam, quae se demonstravit multis testimoniis, cf. Ioh. 1, 14. usi oratione arte polita,

ſed qvia ſpectatores fuimus maieſtatis eius. Etenim ab ipſo Deo accepit honorem, cum vox delata eſt e coelo: hic eſt filius meus, et nos audivimus hanc vocem, cum eramus una cum eo in monte ſancto. Ἐξακολυθεῖν, uti, adhibere. Γνωρίζω, doceo. Ἐπόπτης, ſpectator.

17. Ἐνεχθεὶς, delatus. Aor. 1. P. ab ἐμφέρω. Τοιᾶσδε, τοιάδε, τοιόνδε, talis. Μεγαλοπρεπὴς, ὁ, ἡ, magnificus. Ἀγαπητὸς, a) unicus, non *dilectus*. J. nam tum eſſet tautologia. Cf. Gen. 22, 3. b) dilectus. Qvoniam Paullus Col. 1, 13. Chriſtum vocat υἱὸν ἀγάπης, poſterior explicatio praeferenda videtur. E. B. VI. 492.

19. Καὶ, enim vero, inſuper. Apoſtolus alterum fundamentum certitudinis exponit. Λόγος προφητικὸς, libri prophetici et doctrina prophetica. Quidam verba καὶ ἔχομεν — λόγον ſic accipiunt: haec res maiorem firmitatem conſeqvitur ex eo, qvod omnia ipſi vidimus; ſed ſenſus eſt: habemus etiam demonſtrationem ex prophetis et conſenſum prophetarum, in qvo firmius eſt argumentum divinitatis, qvia viſio contigit paucis. Cum poſſimus docere ea, qvae a prophetis ante mille annos ſunt praedicta a Chriſto, ea nullam dubitationem et fraudem habere poſſunt. Apoſtoli autem ſaepe uſi ſunt demonſtratione ex prophetis. Nam verbum divinum certius eſt rebus, qvas contrectamus et videmus. Diſcipuli non credebant prae gaudio, cum Chriſtum viderent; ſed cum Chriſtus redderet demonſtrationem ex prophetis, tum ſtatim crediderunt. E. Ὧι προσέχοντες, cui ſi attenderitis. Λύχνος φαίνων, lux ſplendidiſſima. Αὐχμηρὸς, ὰ, ὸν, ſqvalidus, ſiticuloſus, deſertus h. l. caliginoſus. Ἕως ὗ — διαυγάσῃ, donec dies illuceſcat. A tempore deducta eſt metaphora. Videtur vita et gloria aeterna denotari, ut in verbis Apoſtoli

ſit

sit oppositio inter hanc et futuram vitam: qvarum illa loco obscuro, qvi indiget splendore alicuius lucernae, (lucerna autem ista doctrina prophetica statuitur;) haec vero claro diei, in qvo Christus, φωσφόρος noster, plenissima luce mentes credentium collustrabit, comparatur. *Et* hinc Scripturae propheticae (uti et Apostolicae, qvae illi exactissime conformis, eiusdemqve lumen est explicatorium,) summa perfectio probatur, qvod ad salutem aeternam obtinendam omnium sufficientissima est. Gl. Ph. 1050. Διαυγάζω, illucesco. Ὁ φωσφόρος, lucifer. Christum se ipsum vocat stellam *splendidam et matutinam*, Apoc. 22, 16. *Tum in genere* ob cognitionis salvificae splendorem, qvem de se edit, unde h. l. lucifer, in cordibus hominum per sermonem propheticus exortus dicitur, *tum in specie* ob promissionem vitae et salutis aeternae. Sicut lucifer s. stella matutina cito adfuturum solem denunciat: sic et facto (resurrectionis nimirum suae claritate) et verbo veracissimae promissionis Christus denunciat, qvanta gloriae lux in resurrectione universali credentibus sit affulsura, dum fulgebunt instar stellarum in aeternum, Dan. 12, 3. Phosphorus lucem qvidem praebet, at sole longe minorem. Sic lumen cognitionis Christi in hac vita non exaeqvat splendidissimum eiusdem in beatitudine futura iubar, qvod fide exspectamus, 1 Cor. 13, 12. Gl. Ph. 1000.

20. Τῦτο πρῶτον γινώσκοντες, hoc primo loco debetis cognitum perspectumqve habere. Πᾶσα — γίνεται, a) ἰδίας ἐπίλυσις, id qvod suo cuiusqve ingenio invenitur et excogitatur. E. Hoc sensu hic versus cum seqventi apte cohaeret, cui per γὰρ iunctus est; scilicet sententia haec: omne verum vaticinum non est humanae, sed divinae originis, v. 21. ulterius illustratur et confirmatur. b) Ἰδίας ἐπιλύσεως (ἔργον) ὖ γίνεται,

ται, propriae explicationis opus non est, qvam qvisqve ex proprio arbitrio vellet ac posset interpretari, sed omnia subsidia interpretationis recte adhibita sensum faciunt necessarium. Kr. Nullum vaticinium humanae declarationis interpretationisve est. פָּתַר et פִּתְרוֹנִים Interpretes graeci vertunt ἐπιλύειν et ἐπίλυσιν. L. c) Non est suae interpretationis omne vaticinium, i. e. non potest ex se et per se explicari, sed aliud est assumendum, sc. non potest intelligi, nisi ex eventu et historia, qvod v. praecedenti de doctrina prophetica asseritur. Vir qvidam doctus ad hanc interpretationem stabiliendam verba: καὶ ἔχομεν — λόγον ita explicat: itaqve habemus firmiorem doctrinam propheticam, nempe eventu comprobatam.

21. Ὀυ γὰρ θελήματι — ἄνθρωποι, non enim humana voluntate contigit unqvam vaticinium, sed homines sancti locuti sunt imbuti per Spiritum S. Φερόμενοι, inspirati a Deo. Φέρεσθαι notat *agi aliqva re*, ut homo non agat, qvae velit, sed qvae Deus iubeat. Metaphora desumta est a navibus vento agitatis. E. B. N. II. p. 46. Θεȣ̃ ἄνθρωπος, verbi divini minister. J.

CAP. II.

1. Ἐν τῷ λαῷ (τȣ̃ θεȣ̃.) B. Παρεισάγω, subintroduco, excogito et aliis trado. Ἁίρεσις ἀπωλείας, haeresis perniciosa. O. 5. Ἀρνȣ́μενοι, cum deserunt, non agnoscunt pro Messia.

2. Ἐξακολȣθεῖν, eadem consilia imitari. Δι' ȣ̃ς, propter qvos. Ἡ ὁδὸς, doctrina. J. Ἡ ὁδὸς τῆς ἀληθείας, doctrina Evangelii.

3. Ἐν, propter. Ἐν πλεονεξίᾳ, propter qvaestus cupiditatem. Πλαςὸς, ἡ, ὸν, fictus. Πλαςοὶ λόγοι, sermones ad fraudem compositi. Ἐμπορεύομαι, tanqvam

qvam mercem tracto, lucrum ex aliqva re peto. L. h. l. tanqvam fraudulentus mercator decipio. Kr. Οἷς τὸ κρίμα, qvorum poena est proxima, et iam dudum parata. Ἔκπαλαι, iam dudum. Ἀργέω, tardus sum. Νυστάζω, dormito, *metaph.* cunctor.

4. Εἰ γὰρ — ἐφείσατο, si enim Deus angelis peccantibus non pepercit. Deest membrum posterius, *neqve illis parcet*, qvi sc. v. 1. 2. 3. descripti sunt, sed gravissime in eos animadvertet, qvod e contextu est supplendum. Σειρὰ, catena. Ὁ ζόφος, caligo. In vocabulo ζόφȣ est idea primaria, σειραὶ significant necessitatem et immutabilitatem huius poenae. E. Caligo et tenebrae, cum omnium rerum pulchritudinem et nitorem celent, distinctionemqve, separationem, et definitionem confundant ac perturbent, adeoqve nihil grati vel laudabilis in se contineant, non nisi mali notionem significationemqve in scripturis sacris inferunt. Gl. Ταρταρόω, in carcerem coniicio.

5. Κόσμος, h. l. infinita multitudo, sic Prov. 17, 6. et Iac. 3, 6. ubi lingva est κόσμος ἀδικίας, magnus cumulus iniustitiae. Κατακλυσμὸν — ἐπάξας, diluvium infinitae impiorum multitudini inducens. Ὄγδοον Νῶε, octavum Noachum, i. e. eum una cum septem hominibus servavit. Δικαιοσύνη, poenitentia. Sic δικαιοσύνη Θεȣ̃ dicitur ratio ea, qva Deus homines poenis liberare praemiisqve et beneficiis ornare constituit. Vid. V. Kopp. Test. p. 100. Κήρυξ, praeco.

6. Τεφρόω, in cineres redigo. Καταστροφὴ, eversio. Καταστροφῇ κατέκρινε, eversione punivit. Ὑπόδειγμα — τεθεικὼς, exemplum impie victuris proponens.

7. Καταπονέομαι, vexor. Ἄθεσμος, ὁ, ἡ, qvi legem non observat, h. l. homo indomitae voluptatis.

8. Τὸ βλέμμα, adspectus, visus. Βασανίζω, excrucio, h. l. cruciatus continuos habeo. Activum verbum non *effective* semper, sed qvandoqve *habitualiter* significat. Βλέμματι — ἐβασάνιζε, aspectu et auditu, (h. e. qvocunqve vel oculos vel aures vertebat pius Loth habitans apud Sodomitas qvotidie sese propter eorum scelera ἐβασάνιζε, excruciabat h. e. cruciatus continuos habebat et sentiebat ob ista Sodomitarum scelera. Gl. Ph. 233.

9. Κολαζομένες, puniendos.

10. Ὀπίσω τινὸς πορεύεσθαι, aliqvem sectari. O. 39. Σὰρξ, h. l. mulier coll. Iud. v. 7. ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας. Ὁ μιασμὸς, pollutio, inqvinatio. Οἱ ὀπίσω — πορευόμενοι, stupratores. Ἐπιθυμία μιασμȣ̃, cupiditates impurae. O. 5. Κυριότης, magistratus. Duo praecipue peccata sunt, qvae Deus maxime punire solet sc. impuritatem veneream et contemtionem magistratuum, qvia sunt caussae multorum malorum. Τολμητὴς, homo effrenatae audaciae. Αὐθάδης, ὁ, ἡ, arrogans. Τρέμω, revereor. Αἱ δόξαι h. l. et Iudae 8. sunt personae in dignitate magistratus constitutae.

11. Ὅπȣ — κρίσιν, qvum tamen angeli potestate et dignitate praestantiores non contra illos (sc. angelos malos coll. Iud. v. 9.) sententiam ferant damnatoriam. Βλάσφημος κρίσις, h. l. durum, severum iudicium, iudicium maledictionis.

12. Ἄλογος, ὁ, ἡ, rationis expers. Ζῶον, animal. Φυσικὸς, ἡ, ὀν, naturalis, naturali impetu actus. Ζῶα φυσικὰ, animalia, qvae nihil nisi instinctum naturae seqvuntur. Ἅλωσις, captura. Φθορὰ, interitus, corruptela. Ἐν οἷς pro ἐν ἐκείνοις ἃ ἀγνοȣ̃σι βλασφημȣ̃ντες, qvi nesciunt, qvid et qvare convicientur.

tur. Ἐν τῇ φθορᾷ, propter corruptos mores. Ἐν τῇ φθορᾷ καταφθαρήσονται, propter perditos mores perdentur.

13. Κομιέμενοι — ἀδικίας, atqve ita accipient praemia improbitatis ſuae. Ἡ ἐν ἡμέρᾳ τρoφὴ pro ἡ καθ' ἡμέραν ἑκάστην οὖσα τροφὴ, qvotidianae deliciae. Reſpondet hebr. יוֹם לְ, Exod. 39, 36. Ἡδονὴν — τροφὴν, pro voluptate ducentes qvotidianas delicias. Gl. Ph. 31. Ὁ σπῖλος, macula. Ὁ μῶμος, dedecus. Abſtractum pro concreto poſitum eſt, i. e. homines macula et dedecore laborantes. Ἐντρυφάω, luxurioſe vivo. Συνευωχέομαι, una epulor.

14. Ἡ μοιχαλὶς, adulterium. Ἀκατάπαυστος, ὁ, ἡ, ceſſare neſcius. Participium cum verbo *ceſſandi* conſtructum pro Infinitivo ponitur, eodem ſenſu verbum παύεσθαι et adiectivum ἀκατάπαυστος cum genitivo conſtructum legitur. Ἀκαταπαύστους ἁμαρτίας, non deſiſtentes a peccando, ſeu peccare. Gl. Δελεάζω, ineſco. Ἀστήρικτος, ὁ, ἡ, infirmus. Κατάρας τέκνα, maledictionis filii h. e. maledictione digni. Gl. J.

15. Ὁδὸς Βαλαάμ, eſt conſilium Balaam de perdendo populo Iſraelitico data inconceſſarum libidinum copia. Βαλαὰμ (υἱοῦ) τοῦ Βοσόρ. Cum Num. 22, 5. pater eius בְּעוֹר appelletur ſtatuendum eſt vel Βοσὸρ ab interprete mutatum eſſe ex Βεὼρ, (cuiusmodi mutationes nominum propriorum crebro accidunt,) vel patrem Balaami fuiſſe binominem, qvi et Beor et Boſor appellatus fuerit. Inter has ſententias commodiſſimum eſſe videtur priorem ſententiam amplecti, et in Boſor, qvi pater Balaami fuit, variationem eiusdem

Cap. 2, 13. Lectioni ἀπάταις V. Griesb. lectionem ἀγάπαις praefert.

nominis Beor agnoſcere. Gl. Ph. 689. Ἠγάπησε, magis amavit, praetulit, per Hebraiſmum. J.

16. Ἔλεγξις, redargutio. Ἔλεγξιν — παρανομίας, exprobrata ei eſt haec improbitas. Ὑποζύγιον, Latinis non eſt *ſubiugis*, ſed *mula*, *aſina*, vid. F. Praef. ad Paſ. Man. p. 28. Ἄφωνος, ὁ, ἡ, mutus, ſermonis facultate deſtitutus. Ἐν ἀνθρώπου φωνῇ, voce ſimili hominis voci. Φθέγγομαι, loqvor. Κωλύω, inhibeo. Παραφρονία, dementia.

17. Οὗτοι (ψευδοδιδάσκαλοι.) Nimirum falſi doctores iactant ſe habere veram ſapientiam, qvam tamen non habent. Ἄνυδρος, ὁ, ἡ, aqva carens. Fons aqva carens eſt imago hominis, qvi bonam prae ſe fert ſpeciem. Gl. Ph. 1079. Νεφέλαι — ἐλαυνόμεναι, Apoſtolus loqvitur de falſis doctoribus, qvi in doctrina et confeſſione ſua fluctuant, nec ſalutaris doctrinae pluviam praebent. Ad id qvoqve Petrus reſpicere videtur, qvod qvaedam nobis videntur pluvioſae nubes ſub coelo eſſe, qvae tamen non ſunt, ſed tantum condenſatae nebulae, aqvae omnis expertes. Gl. Ph. 1068. Ἡ λαίλαψ, turbo, procella. Ὁ ζόφος τοῦ σκότους, caligo tenebrarum, חֹשֶׁךְ אֲפֵלָה, tenebrae craſſae, caligo tenebroſiſſima. Cf. notata ad. v. 4.

18. Ὑπέρογκος, ὁ, ἡ, tumidus, faſtuoſus. Ὑπέρογκα — φθεγγόμενοι, ore ſuo talia proferentes, qvae ſuperbiam et vanitatem indicant. Cf. Iud. v. 16. Τὸ στόμα αὐτῶν λαλεῖ ὑπέρογκα (ῥήματα,) os ipſorum loqvitur tumida et ſuperba, qvae phraſis etiam occurrit Dan. 11, 36. O. 5. Cf. infra notata ad Cap. 3, 3. Ὄντως, vere. Ἀποφεύγω, effugio. Τοὺς ἐν πλάνῃ ἀναστρεφομένους, qvi verſantur in incredulitate.

19. Ἐλευθερίαν — φθορᾶς, promittentes iſtis libertatem, cum tamen ipſi ſint ſervi ſceleris. Ἡττάομαι,

τάομαι, vincor. Ὧι γὰρ — δεδέλωται, nam a qvo qvis victus est, eius factus est servus.

20. Ἐι γὰρ ἀποφυγόντες — κόσμε, iam si effugissent sordes mundi. Μίασμα, inqvinamentum. Ἐν, per. Ἐμπλέω, implico.

21. Ἡ ὁδὸς τῆς δικαιοσύνης, doctrina Evangelii. Supra v. 2. ὁδὸς τῆς ἀληθείας dicitur. Ἐντολὴ h. l. i. q. ὁδὸς δικαιοσύνης, Evangelium s. tota religionis Christianae doctrina.

22. Συμβαίνω, evenio. Τὸ τῆς ἀληθε̃ς παροιμίας, qvod est in proverbio. Κύων — βορβόρε, canis redit ad suum vomitum, et porcus lotus revertitur ad paludes, in qvibus se volvat. Ἐξέραμα, vomitus. Ἡ ὗς, sus. Κύλισμα, volutabrum. Ὁ βόρβορος, lutum, coenam. Qvaeritur, an hoc caput sit Petri? de qvo dubitatum est propter diversitatem stili. Haec difficultas excogitata est sine legitima caussa. Optima sententia videtur Scherlockii, qvi ad hoc caput observat, Petrum et Iudam ex uno libro Hebraico veteri sumsisse descriptionem talium hominum, et ad hos accommodasse haereticos. Sed et alii credidere loca alia Scripturae S. sumta e libris, qvi periere, qvod non opus est statuere. Haec diversitas stili habet alias caussas. In vaticinio scilicet oratio semper est sublimior, qvam in aliis locis, sed propterea haec non sunt poetica, ut qvidam volunt. Conferatur ad haec intelligenda epist. II. ad Thessalonicenses. E.

CAP. III.

1. Διεγείρω, acuo aliqvem, ut sit solertior. Ὑπόμνησις, admonitio. Ἐιλικρινὲς, ὁ, ἡ, purus, sincerus. Τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν, puritatem mentis vestrae.

2. Ἐν

2. Ἐντολὴ, tota doctrina Apostolorum.

3. Τȣ̃το πρῶτον γινώσκοντες, sed ante omnia hoc nosse debetis. Ἐπ' ἐσχάτȣ τῶν ἡμερῶν, posthaec, h. l. temporibus reipublicae Iudaicae ultimis. In Hellenismo N. T. adiectivum neutrum, qvod pro substantivo ponitur, suum substantivum in genitivo casu post se regit. Gl. Ἐμπαίκτης, irrisor. Κατὰ τὰς ἐπιθυμίας πορεύεσθαι, a) secundum sua placita sentire, in opinionibus pravis retinendis suum sensum seqvi. Iudice S. V. Ernestio πορεύεσθαι non modo de *moribus*, sed et de *placitis* dicitur. b) Se gerere ex imperio cupiditatum. K.

4. Παρȣσία, adventus sc. ad iudicium extremum. Κοιμάομαι, obdormio, h. l. morior. Ἀφ' ἧς pro ἀφ' ἡμέρας ᾗ, s. Attice ἧς, postqvam, ex qvo. Πάντα — κτίσεως, nulla mutatio accessit inde a creatione mundi. Respondet Petrus 1) non omnia mansisse, ut fuerint ab initio integra, mundum enim semel iam periisse per diluvium 2) atqve periturum esse igne.

5. Λανθάνει θέλοντας, volentes nolunt scire. Ὅτι ἦσαν, fuisse. Ἔκπαλαι, iam olim. Συνίστημι, existo, fio. Συνεστὼς pro συνεστηκώς. Qvoniam hoc Participium perfecti per crasin formatum est, habet in fem. ῶσα, non υῖα, vid. Cel. Fisch. A. p. 135. Καὶ γῆ — λόγῳ, et terra, qvae ex aqvis et inter aqvas exstitit s. condita est per verbum Dei. K.

6. Δι' ὧν, a) in illo statu rerum. E. b) qvamobrem is, qvi tum erat mundus, aqva inundatus periit. Gl. Ph. 534. Κατακλύζω, inundo, submergo.

7. Οἱ δὲ νῦν (ὄντες) ȣ̓ρανοὶ — ἀνθρώπων, qvi autem nunc sunt coeli et terra, eiusdem Dei nutu conservantur destinati igni in die iudicii, qva punientur improbi. Θησαυρίζω, velut thesaurum servo.

8. Ἐν

8. Ἓν δὲ — ὑμᾶς, unum autem hoc, ne vos fugiat, hoc vero unum scitote. Ὅτι — ἔτη (ἐςὶ,) unum diem apud Dominum esse ut mille annos, et mille annos perinde ut unum diem, temporum dimensionem, qva nos utimur, immo tempus omnino apud Deum non esse.

9. Βραδύνω, retardo. Ἡ βραδύτης, ῆτος, cunctatio. Χωρέω, secedo, abeo. Εἰς μετάνοιαν χωρῆσαι, poenitentiam agere.

10. Ὡς κλέπτης, sicut fur, i. e. inopinate. Ῥοιζηδὸν, cum stridore, cum vehementi fragore a ῥοῖζος, stridor procellae. Παρέρχομαι, pereo. Στοιχεῖα, elementa. Grotius ςοιχεῖα h. l. recte interpretatur *astra*, et ita Veteres accepisse observat S. V. Ernesti in Dissert. de difficult. Interpret. Grammat. p. 21. Elementa philosophorum et initia rerum per se sunt parva, ut non opus sit ea dissolvi. E. Opp. 274. Καυσόω, accendo. P. ardore corripior. Λύω, dissolvo. Λυομένων pro λυσομένων. O. 23. cum igitur haec omnia dissolvenda sint. P. pereo. Κατακαίω, comburo.

11. Τούτων — εὐσεβείαις, qvia igitur haec omnia peribunt, qvales nos oportet esse in sanctis et puris vitae institutis?

12. Σπεύδω, impello, urgeo; et pronomine σαυτὸν s. αὑτὸν etc. subintellecto *festino*, propero. Saepe locum adverbii explet, uti Luc. 2, 16. et Cap. 19, 5. 6. h. l. προσδοκῶντας καὶ σπεύδοντας, cupide exspectantes. Δι' ἣν, in qva sc. die Domini. Πυρόω, incendo. P. ardeo, conflagro. Τήκομαι, liqvesco.

13. Δικαιοσύνη, bonitas et perfectio.

14. Ἄσπιλος, ὁ, ἡ, maculae et labis expers. Ἀμώμητος, ὁ, ἡ, inculpatus. Αὐτῷ, ab eo, ex eius volun-

voluntate. Ἐν pro εἰς εἰρήνην, ad salutem, ut potiamini aeterna felicitate. E. O. 27.

15. Μακροθυμία, lenitas. F. Κατὰ — σοφίαν, pro data ipsi sapientia.

16. Ὡς καὶ, ut etiam, ut fere. Λαλῶν περὶ τούτων, verba faciens de his rebus. Ἐν οἷς, qvibus in rebus. Δυσνόητος, ὁ, ἡ, difficilis intellectu. Ἀμαθὴς, ὁ, ἡ, a) rudis. L. b) tardus. L. c) melius reddideris *malitiosus*, qvam *indoctus*, adeo ut malitia dicatur in istis hominibus caussa esse pervertendi et corrumpendi verum sacrae scripturae sensum. Vid. de hoc significatu Observatt. Flav. p. 408. Kr. Ἀστήρικτος, ὁ, ἡ, parum constans. F. Στρεβλόω, detorqveo.

17. Προγινώσκοντες (ταῦτα,) cum haec praesciatis, ante iam cognoscatis. Φυλάσσομαι, caveo. Ἄθεσμος, ὁ, ἡ, qvi legem non observat, nefarius. Συναπάγομαι, simul abripior. Metaphora ducta est a vorticibus fluminis, qvi, qvae arripiunt, secum ducunt. Στήριγμος, constania. Ἐκπίπτω, excido, amitto.

18. Ἐν χάριτι, crescite in beneficiis divinis i. e. curate, ut illa in dies in vobis augeantur. Ἡμέρα, tempus. J. Εἰς ἡμέραν αἰῶνος, in tempora aeterna.

HYPO-

HYPOMNEMATA

IN

EPISTOLAM

IOHANNIS

I. II. ET III.

HYPOMNEMATA
IN
EPISTOLAM I. IOHANNIS.

CAP. I.

1. Ὃ, neutrum genus interdum pro masculino usurpatur, qvando nempe, ut h. l., de persona sermo est. Nam de filio Dei incarnato dicitur: *qvod erat a principio, qvod vidimus oculis nostris, qvod perspeximus, et manus nostrae contrectaverunt*. Gl. Ph. 55. Ἀπ᾽ ἀρχῆς, a) ab aeterno, uti 2 Thess. 2, 13. b) ab initio sc. temporum N. T. et praedicationis Evangelii, uti Luc. 1, 2. Ioh. 15, 27. ὅτι ἀπ᾽ ἀρχῆς μετ᾽ ἐμοῦ ἐστε, qvoniam ab initio (sc. praedicationis Evangelii) mecum estis et Ioh. 6, 64. ᾔδει γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ Ἰησοῦς τίνες εἰσὶν οἱ μὴ πιστεύοντες, noverat enim ab initio Iesus, qvi non sint credentes. Ex qvo sc. eum sectari coeperant, noverat cuiusqve animum. Kr. Ἀκηκόαμεν, ἑωράκαμεν, perf. ind. M. cum augm. Attico ab ἀκούω et ὁράω. Ψηλαφάω, contrecto. Ψηλαφᾶν, manibus contrectare designat *summam certitudinem*. F. Λόγος, a) verbum substantiale sive filius Dei; b) doctrina, narratio, uti Luc. 1, 2. Act. 1, 1. et infra v. 10. ὁ λόγος αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν. Λόγος h. l. i. q. v. 5. ἐπαγγελία. Περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς, sc. qvod attinet ad doctrinam de auctore salutis, (qvod referendum est ad ἀπαγγέλλο-

μεν v. 3.) annunciamus vobis. Περὶ hanc significationem habet Matth. 24, 36. Marc. 5, 16. Act. 21, 25. Ἡ ζωὴ, qvi vitam adfert, auctor salutis. Sic Ioh. 11, 25. Cap. 14, 6. Ἀπαγγέλλω, trado.

2. Καὶ, etenim, siqvidem. Φανερόω, conspicuum reddo. Ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος, auctor aeternus vitae aeternae. Εἶναι πρὸς τὸν πατέρα, qvando de filio Dei dicitur, notat, *eundem esse cum Deo* patre et eandem habere gloriam. Cf. Ioh. 17, 5. Vers. 2. parenthesi est includendus.

3. Κοινωνίαν ἔχειν μετά τινος, una cum aliqvo rei alicuius esse vel fieri participem. Qvi credunt iis, qvae docent Apostoli, ii veniunt in communionem Apostolorum et ecclesiae. Ἡμετέρα (ἦ).

4. Ἵνα ἡ χαρὰ — πεπληρωμένη, ut laetitia vestra ex Evangelio sit perfecta sc. ob certitudinem fidei.

5. Ἐπαγγελία, denuntiatio, doctrina. Φῶς ἐστι. Iohannes Deum vocat *lucem* utpote essentiam simplicissimam et purissimam, qvi propter haec duo attributa cum luce comparatur, qvae, qvamvis usibus nostris qvotidie inserviat, tamen res est incomprehensibilis. Cf. 1 Tim. 6. 16. φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον. Σκοτία, imperfectio, qvalis est, cum in tenebris versamur. Καὶ σκοτία — οὐδεμία, et tenebrae (tam naturales qvam morales) in eo sunt nullae.

6. Σκότος, h. l. vita perversa, qvalis est eorum, qvi tenebras qvaerunt et lucem aversantur. Ἔχειν κοινωνίαν h. l. esse in societate s. coniunctione cum aliqvo. Ἡ ἀλήθεια h. l. sanctitas vitae, omne qvod rectum, bonum, iustum est. Haec est veritas practica, qvam factis ostendimus. Ποιῆσαι ἀλήθειαν, facere veritatem coram Deo, occurrit Tob. 13, 6. Inde ἀλή-

Cap. 1, 5. Lectionem ἀγγελία pro ἐπαγγελία V. Griesb. in textum recepit.

ἀλήθεια opponitur τῇ ἀδικίᾳ, Rom. 1, 18. et τῇ πονηρίᾳ 1 Cor. 5, 8. Sic qvoqve in Vet. Test. Exod. 18, 21. Nehem. 9, 33. J.

7. Φῶς, h. l. vita Christiana. Ἐν τῷ φωτὶ περιπατεῖν, vitam sanctam gerere. Ὡς αὐτός ἐςιν ἐν φωτὶ, qvemadmodum Deus sanctus est. Αἷμα, sangvis Christi freqventer pro toto illius merito adhibetur.

9. Πιςὸς, benignus. E. I. Δίκαιος, misericors. J.

10. Ποιȣμεν, facimus, declaramus. Καὶ ὁ λόγος — ἡμῖν, doctrinam eius non admittimus.

CAP. II.

1. Τεκνίον, filius. Τεκνία, dilectissimi. Παράκλητος, h. l. defensor, caussae actor, deprecator. Si vero de doctrina sermo est, hoc vocabulum denotat *doctorem*. E.

2. Ἱλασμὸς, expiatio. Καὶ αὐτὸς — ἡμῶν, et ipse expiavit peccata nostra. Abstractum positum est pro concreto. Περὶ ὅλȣ τȣ͂ κόσμȣ, a) subaudi articulum περὶ (τῶν) ὅλȣ τȣ͂ κόσμȣ (ἁμαρτιῶν.) Gl. Ph. 137. b) Qvi minus hominibus ipsis, qvam eorum delictis, piaculum ac deprecator dici Christus debeat, non video, hoc a Glassio allatum articuli omissi exemplum per metonymiam rectius explicatur. B. Ph. 167.

3. Ἐν τȣ́τῳ γινώσκομεν, per hoc scimus, ex hoc ipso constat. Ὅτι ἐγνώκαμεν αὐτὸν, nos eum amare, si praecepta ipsius observamus. Cf. infra v. 5. et J. in voc. γινώσκω.

5. Ἡ ἀγάπη τȣ͂ Θεȣ͂, caritas Dei h. e. qvae in Deum dirigitur s. qva Deus diligitur. Genitivus h. l. denotat subiectum occupans, qvod obiectum vocant. Gl. Ph. 77. Τελειόω, consummo, perfectum reddo. Ἐν τȣ́τῳ γινώσκομεν, ex eo constat. Ἐν αὐτῷ ἐσμεν, nos cum Deo arctissime coniunctos esse.

6. Ὁ λέγων — περιπατεῖν, qvi autem dicit, se cum eo coniunctum esse, is debet imitari exemplum Iesu Christi.

7. Ἣν εἴχετε, habebatis, habuistis, Imperf. Act. Ἀπ' ἀρχῆς, ab initio, cum ad Evangelium estis conversi. Λόγος, doctrina Evangelii.

8. Πάλιν, contra vero. Ἐντολὴν καινὴν γράφω ὑμῖν. Apostolus respicere videtur ad verba Christi Ioh. 13, 34. ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, praeceptum novum do vobis. Amor aliorum hominum proprie non est mandatum novum, a Christo tamen commode ita dicitur, qvia illud praeceptum a spuria expositione antiqvorum Rabbinorum vindicaverat, et qvasi innovaverat, Kr. Ὃ, neutrum, refertur interdum ad totam rem, uti Rom. 6, 10. Sic et h. l. *Sens:* tale qvid praecipio vobis, qvod revera est in Christo, immo et in vobis. Ἐν αὐτῷ, a) (Χριστῷ,) cuius veritas et vis in Christo conspicua fuit; b) pro ἐν ἑαυτῷ, qvod in se verum est. Ἐν ὑμῖν (ἀληθὲς ἔστω καὶ εἴη,) ut etiam in vobis verum sit i. e. morem ei geratis, opto. Explicationem hanc, qvae S. R. Carpzovio placuit, ego etiam praefero priori. Καὶ, immo vero. Σκοτία, inscitia verae religionis, vitae et morum pravitas.

9. Ἐν τῷ φωτὶ εἶναι, cum Christo, vera luce, coniunctum et vera fide praeditum esse. Ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶν ἕως ἄρτι, adhuc in regno Diaboli est et laborat adhuc inscitia verae religionis.

10. Σκάνδαλον, a) obstaculum. J. Καὶ σκάνδαλον — ἔστι, nec se nec alium impedit, qvo minus in cognitione veri et in praxi pietatis crescere possit. b) peccatum. Cf. Ps. 119, 165. אֵין לָמוֹ מִכְשׁוֹל, non peccant.

11. Περιπατεῖ, vitam agit. J. Ὑπάγω, vado, h. l. vitae rationem ineo. Τυφλόω, coecum reddo.

12. Τε-

12. Τεκνία, filioli, h. l. dilectiſſimi. Ἀφέωνται pro ἀφεῖνται, Attice. Ὄνομα. O. 34. α. Διὰ τὸ ὄνομα αὐτῦ, eius cauſſa.

13. Πατέρες, titulo honoris ſunt *ſeniores*. a) Hoc verſu Apoſtolus theſin primariam tradidit, qvam deinde uberius expoſiturus erat; unde etiam in ipſa uberiori huius ſententiae primariae explicatione toties ἔγραψα repetiit, qvoties aliam huius theſeos primariae partem explicare coepit. Cf. infra v. 14. 21. 26. Conſtituit tres Chriſtianorum claſſes; primi ordinis ſunt *patres*, qvo nomine eos indigitavit, qvi Chriſti temporibus vixerunt et qvorum multi Chriſtum de facie norant. Secundi ordinis ſunt *adoleſcentes*, ſc. ii, qvi inde a Chriſti temporibus adulti ſunt facti. Παιδία tandem ſunt *parvuli*, ad qvos potiſſimum admonitio de temporibus periculoſis imminentibus ſpectavit. V. 12 — 16. ſic fluere videtur: γράφω, admoneo vos, patres, iuvenes, pueri — de qvibus cum recte admonuerim vos, nolite mundum amare — qvi ſc. amor conditione veſtra indignus foret. Τὸν ἀπ' ἀρχῆς (ὄντα,) eum, qvi eſt ab initio ſc. Chriſtum. Ὁ πονηρὸς, malignus. Sic κατ' ἐξοχὴν dicitur Satanas. Adoleſcentes maxime tentat Satanas eosqve facilius poteſt vincere qvam ſeniores, qvoniam cupiditates eorum ſunt vehementiores. Cf. v. 15. E.

14. Ἔγραψα — ἀπ' ἀρχῆς, ſupple: ergo non opus eſt plura addere, qvia Chriſtianae religionis ſcientia iam inde a longis temporibus adeo bene eſtis inſtructi, ut ulteriori inſtitutione haud indigeatis. Ἰσχυρὸς, fortis. Ὁ λόγος τῦ θεῦ, Evangelium. Bengelius. b) S. R. Carpzovius verſum 13. et 14. ſic optime interpungit atqve vertit: Scribo vobis, Seniores, (qvi cognoſcitis ſenem aeternum;) adoleſcentes, (qvi diabolum viciſtis;) iuvenes, (qvi imitamini Deum pa-

 trem

trem vestrum:) *Repeto.* Vobis, patres, (aeternum enim patrem diligitis;) vobis, adolescentes, (fortes qvi estis et divinam facitis voluntatem et superastis malum;) vobis haec scribo, inqvam: nolite mundum atqve mundanas Deo praeferre res etc.

15. Μηδὲ, neqve. Τὰ ἐν τῷ κόσμῳ (ὄντα,) res in mundo obviae.

16. Ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς, voluptas, qvae est in cibo, potu, Venere. Σὰρξ, corpus. Ἡ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, desiderium oculorum, omnia, qvibus oculi pascuntur et oblectantur. Ἀλαζονεία, fastus, magnificentia in vestitu et cultu reliqvo. Ουκ ἔστιν ἐκ, non proficiscitur a.

17. Ὁ κόσμος, h. l. res humanae. Παράγομαι, praetereo h. l. pereo.

18. Παιδία — ἐστι, filioli, extremum periculum adest, qvo Respublica Iudaica inclinat. Ὥρα enim qvandoqve tempus periculosum et ipsum qvoqve periculum denotat, uti Ioh. 12, 27. Etiam ἔσχατος h. l. reddi potest *periculosus, pessimus.* Sic *ultima, extrema* pati notissimum est. Kr. Monente S. R. Carpzovio haec epistola scripta est regnante Domitiano; minime ergo tempus, urbis et templi excidio proximum, intelligi potest. Ἀντίχριστος, adversarius Christi, h. l. in specie denotat eum, qvi Messiae doctrinam et vitam reiicit, et alios in errorem coniicit. Kr. In promtu est ἀντιχρίστους h. l. et ψευδοπροφήτας Cap. 4, 1. esse eosdem. Etenim ita describuntur ab Apostolo Cap. 2, 22. tanqvam ἀρνούμενοι, ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ὁ Χριστὸς, et Cap. 4, 3. tanqvam μὴ ὁμολογοῦντες τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα. Sed qvinam hic intelligendi sunt? Moshemius Instit. H, E. mai. p. 313. et cum eo alii, probe distingvendos esse existimant utrumqve hoc genus hominum, atqve sub illis

Iudae-

Iudaeos, qvi divinam Iesu Christi naturam, sub his vero haud dubie Gnosticos intelligendos, qvi humanam inficiebantur; etenim aliud est, ait, ἀρνεῖσθαι, ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ὁ Χριστὸς, aliud vero: μὴ ὁμολογεῖν τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα. Sed miror, Moshemium discrimen fecisse, ubi nullum esset: etenim ex comparatione utriusqve loci manifestum est, hos modos loqvendi habere vim plane eandem, nimirum hanc: negare Iesum, Mariae filium, esse Christum, servatorem generis humani, a Deo missum in hunc mundum. Nam in promtu est, iterare Apostolum Cap. 4, 3. qvae Cap. 2, 22. dixerat, atqve hanc veluti notam dignoscendorum verorum falsorumqve magistrorum constituere, ut isti, Iesum esse Christum, generis humani redemtorem profiteantur, hi vero negent. Igitur qvod in illo loco est: ὁ ἀρνούμενος, ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ὁ Χριστὸς, id in hoc: ὃς μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα. Et qvodnam tandem discrimen esset, si negarem, Iesum Mariae filium esse Messiam h. e. generis humani servatorem, sive Iesum, qvi sit Messias, venisse in mundum? Neqve adeo Iudaei aut Gnostici possunt intelligi; etenim primo ἀντίχριστοι, illi dicuntur religionem Christianam deseruisse v. 19. ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, qvod saltem in Iudaeos non convenit; deinde de Gnosticis docet Moshemius l. c. et multis aliis locis habuisse eos Iesum pro Dei filio et humani generis servatore. Igitur humani aliqvid passus est Vir praestantissimus. Sed qvinam alii intelligendi sunt? Nimirum adversarii Iesu Christi, qvi abnegata fide Christiana, ipsius redemtionem, omnino totam religionem convitiis proscindebant, atqve in primis impostores illi, qvi se ipsi Messiam iactantes, servatorem nostrum e medio tollere conabantur, atqve adeo ἀντίχριστοι iidem sint, qvi ψευδόχριστοι, qvod non modo patitur natura rei; nam ψευδό-

χριςος idem etiam eſt ἀντίχριςος; ſed fert qvoqve lingvae graecae indoles, ut ἀντίχριςος ſit, *qvi ſe iactat Chriſtum*, ſeu: *locum Chriſti occupat;* nam ἀντὶ in compoſitione ſic dicitur, ut ἀντίδοτον, *donum*, qvod pro altero datur. Ac tales homines delirantes, qvi perſonam Meſſiae iactarent, illo tempore plures fuiſſe, conſtat ex Ioſepho et aliis atqve vel ex vaticinio Chriſti, Matth. 24, 5. 24. Vide S. R. Tittmanni Tract. de Veſtig. Gnoſtic. p. 180.

19. Ἐξ ἡμῶν — πάντες ἐξ ἡμῶν, ex nobis egreſſi ſunt, ſed non erant ex nobis, i. e. orti qvidem ſunt ex nobis, ſed non erant noſtri generis, moris et indolis, non habebant eandem fidem, ſcientiam et ſanctitatem, alias non deſeruiſſent veram doctrinam, ſed hoc factum eſt, ut appareret, non omnes, qvi ſunt ex noſtro numero, veros eſſe Chriſtianos. Ἵνα h. l. non *cauſſam finalem*, ſed *eventum* denotat, ut manifeſtarentur, hoc eſt, qvia illi exierunt per ἀποςασίαν, inde factum, ut manifeſtarentur, non omnes ex nobis eſſe, ſeu myſtici corporis viva membra eſſe, qvi in externa ſocietate nobiſcum converſentur. Ἀλλ' (ἐξῆλθον ἐξ ἡμῶν,) ἵνα φανερωθῶσι. Repetita illa phraſis, *egreſſi e nobis ſunt*, qvae in graeco textu deeſt, in Syra verſione habetur. Gl. Ph. 637.

19. Μεμενήκεισαν, manſiſſent, plusqvamperf. indic. A. a μένω, augmentum plusqvamperfecti excidit. Ἂν, coniunctio potentialis. Imperfecto, Plusqvamperfecto et Aoriſtis indicativi addit vim coniunctivi.

20. Χρίσμα, ungventum. Ungventum eſt Spiritus S., quo tum ipſe Chriſtus, tum nos, ſocii eius, uncti ſumus. Pſ. 45, 7. Illius dona, in primis donum interpretandi ſcripturam ſacram habemus ἀπὸ τοῦ ἁγίου, i. e. a Ieſu Chriſto, qvi Spiritum S. miſit. Is nos ungit Spiritu Sancto. Qvo facto ſcimus omnia, qvae ad ſalutem noſtram ſunt neceſſaria; nam v. 27. additur,

τὸ

τὸ αὐτὸ — πάντων, illud ipſum ungventum docet nos de omnibus: Spiritus S. docet nos omnia. Cf. Ioh. 14, 26. Illud igitur χρίσμα, ille Spiritus S. in nobis debet manere, neqve malitia noſtra expelli, qvo facto non ſolum ſcientia noſtra in rebus divinis erit firma, ſed etiam de ſalute noſtra ſumus certiſſimi. Vulgo *unctionem* vertunt, et neſcio qvam abſtruſam ideam Theologiae ſubtilioris in hac voce latere credunt, adeo ut qvidam ſyſtemati Theologico alium articulum de Spiritu S., alium de unctione inſeruerit. Galli qvoqve librum aliqvem, vel etiam vitam, plenam unctionis dicunt, qvae idea ſingularis eſt et nihil fere ſignificans. Evolvantur omnia Lexica et Gloſſaria, et omnes auctores, ſacri pariter et profani, nullam aliam huius vocis ſignificationem invenies. Kr.

21. Ὅτι ὀκ οἴδατε, ac ſi haud noſſetis. Ὅτι, praecedente ὡς, notat ac ſi v. c. 2 Cor. 5, 19. 11, 21. 2 Theſſ. 2, 2. Hoc ſenſu eſt etiam ſine ὡς Phil. 3, 12. et h. l. Ἀλήθεια, vera doctrina. Ψεῦδος, doctrina falſa. Ὅτι ὀκ ἔςι ἐκ τῆς ἀληθείας, nullo modo cum veritate ſ. vera doctrina cohaerere..

22. Ψεύςης, h. l. idem, qvod ψευδοπροφήτης. Ὁ ἀρνόμενος — ὀκ ἔςι, qvi negat Ieſum non eſſe Chriſtum, h. e. qvi negando ait, Ieſum non eſſe Chriſtum. Nam verbis negativis et prohibitivis particulae negativae adduntur et videntur abundare. Gl. Ph. 423.

23. Ὀυδὲ ἔχει, neqve retinet, neqve ſtatuit.

24. Ὃ ἠκόσατε ἀπ' ἀρχῆς, (τῦτο) ἐν ὑμῖν μενέτω, doctrinam, qvam ab initio didiciſtis, retinete.

25. Καὶ ἄυτη — αἰώνιον, et haec eſt promiſſio, qvam ipſe pollicitus eſt nobis, vitam aeternam pro *vita aeterna*, qvam promiſit nobis. Relativum pronomen

 qvan-

Cap. 2, 23. Poſt verba ὀδὲ τὸν πατέρα ἔχει V. Griesb. ὁ ὁμολογῶν τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα ἔχει in textum recepit.

qvandoqve antecedens in suum casum pertrahit, et id sibi subiunctum habet. Gl. Ph. 169.

26. Περὶ τῶν πλανώντων ὑμᾶς, propter eos, qvi vos corrumpere conantur. O. 12. δ.

27. Καὶ ὑμεῖς, ad vos vero qvod attinet. Concisa est locutio, qvam Latini similiter vel elliptice efferunt; de me, de me autem etc. vel plene: ad me qvod attinet. Gl. Ph. 70. Τὸ χρίσμα, vide supra notata ad. v. 20. Ὡς, prout, uti. Ψεῦδος, falsa doctrina. Μενεῖτε, illud retinere debetis.

28. Καὶ νῦν, nunc igitur. Ἐν αὐτῷ (Χριστῷ.) Ὅταν φανερωθῇ, qvando apparebit.

29. Ἐὰν — γεγέννηται, qvodsi autem scitis, eum esse iustum, pariter et iudicare debetis, omnem, qvi recte agat, esse eius filium. Hoc intelligendum est de regeneratione, qvae gignit fidem et facit nos filios Dei. E.

CAP. III.

1. Ποταπὸς, ὴ, ὸν, qvantus et qvalis. Ἴδετε ποταπὴν ἀγάπην, en qvantum beneficium! Per metonymiam caussae *caritas* ponitur pro munere seu beneficio *caritatis.* Emphasis hic summa est, ac si caritatem ipsam suam nobis largitus sit Iova, dum in filios nos gratiose adoptat. Donando hoc beneficium se ipsum donat, ac nobis unit, qvi est ipse *Caritas* Cap. 4, 8. Gl. Ph. 827. Ἀγάπην δίδοναι, beneficium amoris exhibere. Ἵνα, nimirum ut. Καλεῖσθαι, esse. J. Διὰ τοῦτο — αὐτὸν, propterea impii non norunt, qvod simus, qvia Deum non norunt.

2. Τί ἐσόμεθα, qvales futuri simus, qvanta felicitas nos exspectat. Ὀψόμεθα — ἐστι, videbimus eum ut est, i. e. felicitas summa orietur ex sensu perfectionum suarum clarissimo.

3. Ἁγνί-

3. Ἁγνίζει ἑαυτὸν, purificat se ipsum. In negotio salutis hominibus credentibus et salvandis ea adscribuntur, qvae verbo Dei ζωοποιοῦντι et Deo ipsi per verbum suum nobiscum agenti competunt: qvibus phrasibus nihil aliud indicatur, qvam homines illos ordini divino se submittere, verbum Dei legitime, sancte et devote usurpare et operationi Spiritus S. gratiosae non resistere. Gl. Ph. 238.

4. Πᾶς ὁ ποιῶν — ἀνομία, a) qvicunqve se inqvinat peccatis, is etiam culpam violatae legis sibi contraxit; nam peccatum non differt a violatione legis. E. Vulgo existimant Apostolum disputare h. l. ad modum philosophi subtilis, initium facientis ab explicatione rei; qvod non erat facturus, nisi habuisset consilium refutandi certos qvosdam homines. Atqve hi qvinam sunt? Non alii haud dubie, qvam Gnostici. Sed valde dubito. Nam profecto h. l. non continetur explicatio peccati, ut vulgo putant, sed potius admonitio ad fugiendum peccatum, afferenda duplici ratione, qvarum prima petita est a foeditate peccati, qvam corpori animoqve contrahat, altera vero a culpa legis violatae, qvam adducat. Etenim non qvidem arbitror in verbis, πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, magnam esse aliqvam emphasin, ut putat Alberti in Obs. ad h. l. et alii, sed existimo tamen in voce ἁμαρτίας esse h. l. notionem foeditatis peccati, qvod inde patet, qvoniam opponitur verbis ἁγνίζει ἑαυτὸν, καθὼς ἐκεῖνος ἁγνός ἐστι. Igitur sensus huius loci est hic: qvicunqve se inqvinat male faciendo, idem eadem opera violat legem, legisqve violatae culpam sibi contrahit, sed illa ipsa foeditas, qvae est in peccato, eadem est aberratio a lege. Haec admonitio in se tam egregia est atqve insignis, ut nullo modo videri possit nimis identica aut superflua, etiamsi ipsius consilium non

fuit

fuit hoc, ut Gnosticorum improbitas refutetur, ut existimat Michaelis Vir Ill. in introduct. ad N. T. p. 1741. Vid. S. R. Tittmanni Tract. de Vest. Gnost. p. 183 sqv. b) Qvicunqve se inqvinat peccatis, adversatur religioni Christianae; nam peccatum cultui Christiano adversatur. Sic meo iudicio vocabulum ἀνομίας optime explicat S. V. Carpzovius. Alias occurrit νόμος Χριστοῦ, sic analogice dicitur ἀνομία, qvicqvid cum religione Christiana pugnat.

6. Πᾶς, qvisqvis. Οὐχ ἁμαρτάνει, laborat diligenter, ne peccet consulto. Πᾶς ὁ ἁμαρτάνων — αὐτὸν, qvicunqve peccat consulto, non habet veram cognitionem Christi, nec eum amat. Γινώσκω, amo. J. *Videre* et *nosse* Deum eiusdem notionis voces esse manifestum est, hinc repete sub γινώσκω.

7. Μήδεις πλανάτω ὑμᾶς, nemo in errorem vos ducat, nolite errare, ut putetis, eum esse pium, qvi non sancte vivat.

8. Ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστὶ, idem qvod v. 10. τέκνον τοῦ διαβόλου ἐστὶν. Ἀπ᾽ ἀρχῆς — ἁμαρτάνει, ab initio diabolus peccat, i. e. diabolus est inchoator peccati, qvasi dicat, natura Spirituum et hominis condita fuit a Deo sic, ut Deo placeret, recte ordinata esset et Deo obediens. Sed diaboli voluntas se se libere avertit a Deo. Postea diabolus etiam humanas voluntates impulit obtrusa falsa imaginatione, ut se averterent a Deo.

9. Ἁμαρτίαν οὐ ποιεῖ, in Ecclesiaste Cap. 7. dicitur: non est iustus in terra, qvi qvanqvam facit bona, non etiam peccet. Sunt enim magnae infirmitates et multa errata etiam optimorum et vigilantissimorum. Necesse est igitur peccatum h. l. intelligi de contumacia in atrocibus delictis, qvalis est in diabolo et Cain, qvorum hic fit mentio. Hic gradus peccati non cadit in sanctos, qvi lapsi agnoscunt suam infirmitatem, et

converſi ad Deum petunt veniam fiducia mediatoris, et deinceps maiore cura vitant ſcandala, nec perſeverant in manifeſtis et atrocibus delictis. *Strigelius.* Hunc verſum, qvem nonnulli ad Gnoſticos referunt, putarim commode me poſſe interpretari de apoſtaſia. Probo qvidem vehementer rationem Theologorum doctiſſimorum, qvi verba: καὶ ἐ δύναται ἁμαρτάνειν, πρὸς τὶ intelligant, nimirum: qvoad eſt regenitus et qvamdiu in regeneratione et fide permanet, ſed eo non opus habemus, ſi interpretamur in hanc ſententiam: qvicunqve per vim verbi divini ad religionem Chriſtianam adductus eſt, eiusqve veritatem praeſtantiam et ſvavitatem cognovit, ſenſuqve atqve experientia penitus percepit, profecto ab ea non deficiet, qvoniam verbum divinum ſemper ſuam efficaciam in animo ipſius confirmando exſerit; immo vero non poteſt fieri, ut hanc religionem ſemel agnitam deſerat atqve eiuret; nam beneficio divino animus eius ita eſt confirmatus corroboratusqve, ut hoc plane videatur ἀδύνατον. Profecto haec ſententia non eſt abſurda et contextui reiqve ipſi convenientiſſima; nam Apoſtolus addit: ὅτι σπέρμα αὐτῦ ἐν αὐτῷ μένει· ſed σπορὰ, qvod idem eſt cum σπέρμα, diſerte dicitur 1 Petr. 1, 28. de vi Evangelii, deinde, qvantam vim in animo habeat religionis Chriſtianae veritas atqve praeſtantia, et ſua qvemqve experientia poteſt docere, et ex eo poteſt perſpici, qvod tot millia hominum varii ordinis eam non ſolum in ipſis exqviſitiſſimis ſuppliciis intentatis, conſtantiſſime defenderent, ſed etiam cum admirabili qvadam animi laetitia ſangvine ſuo et ignominioſa acerbiſſimaqve morte obſignarent, vitamqve millies profundere, qvam eam abnegatam eiurare mallent.

10. Ἐν τέτῳ, per hoc. Φανερὰ — διαβόλε, ex eo poteſt intelligi, qvinam ſint filii Dei, et qvinam

filii

filii diaboli h. e. qvi Deo ſimiles ſint aut diabolo. Cf. ſupra v. 8. et Cap. 2, 29. Gl. Ph. 97. vid. J. in voc. υἱὸς et τέκνον. Ποιεῖν δικαιοσύνην, facere iuſtitiam, denotat *ſponte*, *lubenter* et *ſerio* iuſtitiae deditum eſſe. Nam verba qvaedam non tantum uſitatam ſignificationem, ſed etiam qvandam eius qvaſi qvalitatem, adiunctum, aut conditionem ſimul indicant. Gl. Ph. 214. Ἀδελφὸς, Chriſtianus. J.

11. Ἀγγελία, mandatum a nuntio perlatum.

12. Ἐκ τῦ πονηρῦ ἦν, cum maligno illo fecit, eius filius et illi ſimilis fuit. Ου καθὼς Κάϊν (ὃς) ἐκ τῦ πονηρῦ ἦν, ſc. ellipſin relativi אֲשֶׁר ſcriptores N. T. imitantur. Σφάττω vel σφάζω, occido. Καὶ (κατὰ vel διὰ) χάριν τινὸς, cuius rei gratia, qvam ob cauſſam.

14. Ἡμεῖς — ζωὴν, ſcimus, nos per fidem ductos eſſe a pernicie ad vitam ſpiritualem. E. Non dicit dilectionem eſſe cauſſam transferentem nos ex morte in vitam, ſed diſerte inqvit dilectionem eſſe ſignum, id eſt, qviddam incurrens in ſenſus, qvod nos commonefacit de aliqva re, qvae coniuncta eſt illi ſigno, videlicet de translatione ex morte in vitam. Ut enim ſpiratio non cauſſa eſt vitae, ſed ſignum vitae, ut Ennius ait: ſic dilectio non qvidem nos vivificat, id eſt, non delet peccatum et mortem, nec reſtituit iuſtitiam et vitam, qvod ſolius mediatoris proprium eſt, ut paullo ante dixit: filius Dei apparuit, ut deſtruat opera diaboli, ſed eſt ſignum commonefaciens nos et alios de reſtitutione in vitam. Θάνατος, pernicies. J.

15. Ἀνθρωποκτόνος, ὁ, ἡ, homicida. Πᾶς — μένϐσαν, homicida non habet ius, nullam ſpem vitae aeternae, qvia in eo non eſt vera fides.

16. Τὴν ἀγάπην, veram indolem amoris. Ἐκεῖνος ſc. Χριϛός. Ψυχὴ, vita. J. Ὑπὲρ, pro. Priori

loco

loco ὑπὲρ *meritum* et *satisfactionem* notat; posteriori simpliciter *utilitatem* et *commodum:* nemo enim fratrem redimere ullo modo potest.

17. Ὁ βίος, victus, facultates, divitiae, res omnis ad vitam sustentandam necessaria. Ὁ βίος τοῦ κόσμου, divitiae mundanae. Κλείω, claudo, occludo. Σπλάγχνα, viscera, misericordia.

18. Λόγος, species externa, qvae rei ipsi et veritati opponitur h. l. uti et Col. 2, 23. Μηδὲ γλώσσῃ, neqve lingva, i. e. simulatis significationibus animi bene affecti et blandimentis. Ἔργῳ, re ipsa. Ἀλήθεια, h. l. integritas animi.

19. Ἐκ τῆς ἀληθείας εἶναι, integrum esse. O. 5. Πείθω, tranqvillo, tranqvillum ac metu liberum efficio. Ἔμπροσθεν αὐτοῦ, coram ipso, in eius conspectu, i. e. vere. O. 35. Cf. 1 Thess. 1, 3. Καρδία, h. l. conscientia.

20. Ὅτι — καρδία, si conscientia nos condemnat, et dicit in nobis non esse veram fidem et unionem cum Deo, supple: *qvid faciet Deus?* ὅτι — πάντα, qvi est multo maior, qvi omnia novit, qvi est multo gravior iudex, qvam conscientia nostra. E. Ad ἀνθρωποπαθείαν hoc pertinet, cum Dei infiniti et immensurabilis qvaedam instituitur dimensio, et cum toto hoc universo collatio, cum inter finitum et infinitum proprie nulla sit proportio. Sensus huius loci est: si conscientia, qvae in multis coeca est, nos de hypocrisi convincat, qvanto magis Deus omnium maximus et infinitus scientia, propter hypocrisin in suo iudicio nos arguet. Gl. Ph. 994.

21. Παῤῥησία, fiducia, confidentia. Πρὸς, erga.

22. Ἐντολαὶ, praecepta, h. l. tota doctrina evangelica. Ἀρεστὸς, ἡ, όν, gratus, acceptus. Ἐνώπιον αὐτοῦ, vere. O. 35.

23. Ἔδωκεν

23. Ἔδωκεν ἐντολὴν, praecepit.

24. Τηρέω, obſervo. J. Hoc ſenſu uſurpatur in N.T. ad imitationem vocis שָׁמַר; etſi enim apud Graecos invenias τηρεῖν νόμους etc. longe alio ac in Novo Teſtamento ſenſu id occurrit. Vid. Cel. Krebſii Comment. ad Decret. Flavian. pag. 92 ſq. Μένειν ἔν τινι exprimit ſtilo Iohannaeo duas ideas, 1) cum aliqvo coniunctum eſſe, 2) aliqvem amare; hoc eſt antecedens, illud conſeqvens; utrumqve ſimul innuitur. Cf. Ioh. 14,23. ὁ πατήρ μου ἀγαπήσει αὐτὸν — καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν, et 1 Ioh. 1, 6. v. S. R. Seileri gemeinnützige Betrachtung der neueſten Schriften, Beylage auf das Jahr 1778. p. 12. Ἐν αὐτῷ μένει, καὶ αὐτὸς ἐν αὐτῷ, mutuus amor inter Deum et illum eſt. Ἐν τούτῳ, per hoc. Ὅτι μένει ἐν ἡμῖν, eum amare nos. Πνεῦμα h. l. ſingularis Spiritus S. inſtinctus et impetus ad id loqvendum et agendum, qvod Deo placet. Οὗ pro ὅ. O. 11.

CAP. IV.

1. Πνεῦμα, qvod interdum doctrinam a Spiritu S. (ſive vere, ſive putative) revelatam denotat, h. l. concretive accipiendum eſt pro *doctore.* Ita enim etiam accipitur 1 Tim. 4, 1: *extremis temporibus deſciſcent qvidam a fide, attendentes Spiritibus impoſtoribus*, h. e. doctoribus, qvi praetendunt ſe doctrinam proferre ex Dei ſpiritu. Gl. Ph. p. 819. Μὴ παντὶ — πιστεύετε, nolite cuilibet doctori credere, qvi Spiritum S. et inſpirationes iactat.

2. Σάρξ, corpus, ſeu humana natura. Ἐν τούτῳ, ex hoc.

3. Τὸ τοῦ ἀντιχρίστου (πνεῦμα,) et hic eſt ille Spiritus antichriſti. *Spiritus* nomen h. l. pro doctrina a Spiritu S. (ſed putative et iactative) revelata accipitur.

tur. Gl. Ph. 819. Ἀκήκοα, perf. ind. med. cum augmento attico. Ὃ — ἔρχεται, qvem audivistis venturum esse. O. 23. Ὁ κόσμος, h. l. impii homines. E.

4. Ὁ ἐν ὑμῖν (ὢν,) maior esse dicitur Deus eo, qvi est in mundo h. e. antichristo, qvem, virtute Dei infiniti et invicti gratiose in se habitante, credentes vincunt. Cf. notata ad Cap. 3, 20.

5. Ἐκ τοῦ κόσμου εἰσὶ, ad mundum pertinent, i. e. ad gregem impiorum. Ἐκ τοῦ κόσμου λαλεῖν, mundano more, i. e. talia loqvi, qvae impiis placent. Ἀκούειν, h. l. obedire, laudare, probare. J.

6. Ἡμεῖς sc. Apostoli sumus doctores a Deo missi. K. A. Γινώσκω, amo, probo. J. Ἀκούει ἡμῶν, probat nostram doctrinam. Ἐκ τούτου — πλάνης, ex hoc, scilicet ex consensu cum doctrina nostra, cuius divinitas vobis est demonstrata vel ex dissensu ab ista cognoscimus, utrum aliqvis sit verus doctor, an impostor. Cf. v. 2. K. A.

8. Ἔγνω, a) non cognovit Deum h. e. non cognoscit; non praeditus est salutari Dei cognitione et vera fide. Aoristus pro praesenti positus est. Gl. b) Ὁ μὴ ἀγαπῶν (ἀδελφοὺς) — θεὸν, qvi alios Christianos non diligit, etiam amoris erga Deum expers est. Praecedens ἀγαπῶμεν ἀλλήλους docet, de amore mutuo inter Christianos sermonem esse. Γνῶναι denotat per Hebraismum *amare*. J. Eadem sententia repetitur infra v. 20. Ὅτι ὁ θεὸς ἀγάπη ἐστὶ, qvoniam *Deus* est unice amans et benignus, ergo ii, qvi Deum redamant ad eius exemplum se componere atqve etiam alios diligere solent.

9. Ἐν τούτῳ, per hoc. Ἐφανερώθη ἡ ἀγάπη, conspicua facta est caritas. Ἐν pro εἰς. O. 27. Ἐν ἡμῖν, erga nos. Ζάω, vivo, h. l. felix fio. F.

10. Ἐν τούτῳ ἐστὶν ἡ ἀγάπη, in eo est caritas posita, s. ex eo maxime amor Dei elucet. K. A. Ἱλασμὸς, propitiatio. Abstractum pro concreto positum est.

11. Οὕτως, hoc adverbium similitudinis non in comparatione solum, sed et aliis modis usurpatur. Huc pertinet, qvod rei magnitudinem et praestantiam ἐμφατικῶς exprimit, idem notans ac tantopere. Gl.

12. Πώποτε, unqvam. Θεάομαι, specto. Perfect. Pass. τεθέαμαι, spectavi. O. 18. Θεὸν — τεθέαται, qvia Deum oculis videre non possumus, eius praesentia in nobis aliis modis perspicuis *est intelligenda*. Ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν μένει, tunc apparebit Deum nobiscum coniunctum esse. Τετελειωμένος, perfectus. Perfectum phrasi Iohannis opponitur simulationi.

13. Πνεῦμα, h. l. Spiritus S. dona. Μαρτυρέω, testis sum, testimonium edo.

14. Ὁμολογεῖν, confiteri Christum, non *qvamvis*, sed *illam confessionem* notat, *qvae ex vera fide manat, et quam caritas consequitur.* Nam verba qvaedam non tantum usitatam significationem, sed etiam qvandam eius quasi qvalitatem, adiunctum aut conditionem simul indicant. Gl. Ph. 213. Ὁ Θεὸς — Θεῷ, cf. notata ad Cap. 3, 24. ubi eadem phrasis occurrit.

16. Ἐν pro εἰς. O. 27. ἐν ἡμῖν, erga nos.

17. Ἐν τούτῳ — ἡμῶν, a) per hoc declaratur magnitudo amoris erga nos. b) Ex hoc intelligimus amorem nostrum sincerum esse. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ, h. l. qvod attinet ad tempus iudicii extremi, uti 1 Cor. 9, 18. Εἰς τὸ μὴ — ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, ut non abutar potentia mea, *qvantum* ad Evangelium spectat. Ἵνα — κρίσεως, ut etiam fiduciam habeamus ratione iudicii extremi. Καθὼς ἐκεῖνος — τούτῳ, a) sicut Christus in his

his terris vixit, ita et nos vivamus inter homines improbos, si imitamur vitam Christi, in nobis est vera fides. b) Sicut ipse amat homines summopere, ita etiam nos invicem diligimus sincere in hac vita. Post ἐςὶ subintelligendum ὅτως.

18. Φόβος, timor sc. talis, qvi non caret alienatione animi et odio, ut timent servi dominos, et qvi iniusta potentia oppressi sunt, tyrannos. Ὀυκ ἔςι, non locum habet. Κόλασις, cruciatus. Ὁ φόβος κόλασιν ἔχει, metus cruciatum habet; est sc. adfectus ingratus, qvi mentem hominum adfligit.

19. Πρῶτος, h. l. prior. Superlativus positus est per comparativo.

20. Ὅτι abundat. O. 28. Ὁ ἀδελφὸς, Christianus. J.

21. Καὶ, etiam.

CAP. V.

1. Ὁ ἀγαπῶν — ἀυτȣ̃, qvi amat patrem, amat etiam filium ipsius, i. e. hominem, qvi est filius Dei adoptivus.

2. Τηρεῖν, observare legem. J.

3. Ἀγάπη τȣ̃ θεȣ̃, amor erga Deum. Βαρὺς, onustus, molestus.

4. Ὁ κόσμος, denotat h. l. omne id, qvod nos a vera fide abducere conatur. Cf. supra Cap. 2, 16. Ἡ νίκη, victoria, h. e. instrumentum victoriae. Gl.

Cap. 4, 18. Pro κόλασιν Grotii codex, qvi est vetus Anglicanus, habet κόλȣσιν. Κόλȣσις est *deminutio*. Ὁ φόβος κόλȣσιν ἔχει, timor debilitat amorem. E.

6. Τὸ ὕδωρ, baptismus. Διὰ, *cum*, vel *per*. Αἷμα, h. l. mors Christi. Οὗτός ἐστιν — ἀλήθεια, hic est, qvi attulit duplex divinitatis suae argumentum sc. baptismum suum et mortem suam h. e. Christi divinitas demonstrata est duabus rebus, 1) baptismo ipsius, in qvo est argumentum divinitatis, qvia vox de coelo lapsa est: hic est filius meus. 2) Effusione sangvinis ipsius, qvia est in vitam revocatus. E. Καὶ τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ μαρτυροῦν, huius rei testimonium perhibet Spiritus S. qvia in baptismo Christi descendit sub specie columbae, et descendit etiam festo Pentecostes. Itaqve Spiritus S. illud testimonium de divinitate Christi ratum fecit per has duas res. Ὅτι — ἀλήθεια, (supple: et hoc certissime credi debet,) nam Spiritus S. est verissimus. E.

7. Τρεῖς εἰσιν — εἰσι.

8. Τρεῖς,

Cap. 5, 7. a) Griesb. comma 7. omisit. Summa eorum, qvae contra huius commatis γνησιότητα disputat, haec est:

1) Exstant verba ista in codice graeco nullo, praeter 34 illum Dublinensem s. Monfortii, sc. britannicum, ad qvem Erasmus iam provocavit. Non defuerunt tamen, qvi existimarent, britannicum (qvem post Erasmi tempora nemo mortalium vidit, aut ubinam terrarum lateat indicavit,) diversum fuisse a nostro Dublinensi. Sed codex est recentissimus, Saeculo XV. aut XVI. scriptus. Praeterea in codice Raviano, qvi in bibliotheca Regia Berolinensi asservatur, ita ut in editione Complutensi legitur. Sed, qvod viri docti dudum viderunt, codicem hunc non esse nisi apographum editionis Complutensis, id nos ipsi verissimum esse deprehendimus, cum librum istum diligentius tractaremus, atqve cum bibliis complutensibus ex parte conferremus. Stephanus pericopam, de qva disputamus, in nullo invenit codice manuscripto.

2) Non

8. Τρεῖς, dici debebat τρία εἰσὶ μαρτυροῦντα, sed qvoniam de aqva, sangvine et Spiritu, tanqvam de per-
 sonis

2) Non legitur comma septimum in editionibus Erasmi prima et secunda, Aldi, Gerbelii, Wolphii Cephalaei, Colinaei, et graeco-anglicana Londinensi. Nec habetur in editionibus versionis Lutheri, qvae ipso vivo prodierunt, immo etiam multis aliis post Lutheri obitum excusis; et in versione latina Tigurinorum; extat qvidem in versione Tigurinorum germanica, item Castalionis, et Belgica et Anglica veteri, sed vel uncinulis inclusum vel asteriscis notatum. Extat in lectionariis Graecorum recentioribus, item in editionibus versionis teutonicae e Vulgata ante Lutheri tempora factae. Complutensis editio exhibet comma septimum ita, ut comma hoc verbis καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσι claudat, octavo vero commate verba ista omittat.

3) Omittunt versiones Syriacae, nec non Armenica. Non invenitur in scriptis ecclesiarum orientalium, apud Iacobitas, Nestorianos, alios: nec in Lectionario gallicano antiqvissimo a Mabillonio edito.

4) Omittunt patres graeci omnes, qvamvis antecedentia et conseqventia excitent, argumenta pro trinitate ac divinitate filii ac Spiritus S. corradant, imo v. 8. ad Trinitatem applicent, aut Spiritum S. Deum esse ex antecedentibus aut conseqventibus probent. Qvae vero Bengelius aliiqve invenisse sibi visi sunt vestigia loci apud Graecos initio lecti, (qvae rarissima esse ipsi fatentur) aut plane spectant ad alios locos scripturae sacrae, aut mysticis interpretationibus versus octavi procul dubio accensenda sunt. Habent tamen Graeci recentiores, non solum in lectionariis e versione Neograeca, sed allegavit etiam Manuel Calecas, Dominicanus, Saec. XIV. medio.

5) Codices latini ante saeculum X. scripti plane non habent, nec habebant codices vulgares eo tempore, qvo prologus galeatus conscriptus est. Nonnulli saeculo X.
et

ſonis loqvitur, mutat Apoſtolus genus neutrum in maſculinum. Gl. Ph. 52. Πνεῦμα, Spiritus Sanctus, cuius

et XI. exarati habent. In multis non legitur in textu, ſed in margine, vel ab eadem vel a recentiore manu adiectum. In aliis habetur qvidem prologus galeatus, qvi omiſſionem infidelibus translatoribus tribuit, et tamen omittitur dictum. Antiqviores fere anteponunt comma octavum ſeptimo. Permulti poſt teſtes terreſtres omittunt: *et hi tres unum ſunt.* Alii non ſolum legunt: *et hi tres unum ſunt*, ſed addunt praeterea: *in Chriſto Ieſu.* Alii, (praeſertim ii, qvi in margine tantum aut ex emendatione demum habent,) aliis utuntur verbis atqve formulis.

6) A patribus latinis non citatur, ubi vel maxime ad rem pertineret, atqve omnino exſpectari poſſet.

7) Comma iſtud ſeptimum praecipue, ne dicam unice, nititur teſtimonio, fide atqve auctoritate Vigilii Tapſenſis, qvi finiente ſaeculo qvinto clare ad teſtes coeleſtes provocavit, libro contra Varimadum arianum, qvem aſſumto Idacii Clari nomine ſcripſit „Ioannes Evangeliſta ad Parthos: *Tres ſunt*, inquit, *qvi teſtimonium perhibent in terra, aqva, ſangvis et caro, et tres in nobis ſunt; et tres ſunt, qvi teſtimonium perhibent in coelo, pater, verbum, et Spiritus, et hi tres unum ſunt.*“ Iam de Vigilio hoc obſervandum eſt, 1) parum laudabilem eſſe hunc ſcriptorem, qvod libellos ſuos ſub nominibus fictis Athanaſii, Auguſtini, Idacii etc. maluerit in lucem emittere, qvam ſuum nomen profiteri. 2) Scriptionibus iſtis monſtri aliqvid ſubeſſe. Solent enim ſub variis formis recurrere. 3) Non defuerunt, qvi Vigilio abiudicarent libros contra Varimadum, tum etiam eos ad Theophilum, eosque adſcriberent Idacio, ſed non Claro illi, verum alii iuniori, Lemicenſi Hiſpano. qvi circa annum 445 floruit. Sic editores Athanaſii Benedictini. Certe in his omnibus nihil eſt, ubi pedem tuto figere poſſis. 4) Plane non convenire Vigilii allegationem cum textu noſtro, nec in verbis, nec in ſenſu. Illud

ius effusio testimonium de Christo perhibuit. Ὕδωρ, aqva in baptismo adhibita. Αἷμα, sangvis Christi pro

nobis

Illud etiam: *in Christo Iesu* unum sunt, sensum omnino mutat. Immo liber contra Varimadum discrepat etiam a libris contra Theophilum in recitandis dictis verbis. 5) Sollemne esse Vigilio excitare hunc locum variis additamentis auctum. 6) Alibi etiam Vigilium habere textum interpretamentis deformatum. Post Vigilium legerunt comma septimum Fulgentius Afer, Saec. VI. ineunte, Cassiodorus eodem fere tempore in complexionibus, Ambrosius Ansbertus, mortuus 778. in comment. in Apocal. 1, 5. et 3, 14. Etherius, Axumensis in Hispania episcopus, finiente Saec. VIII. contra Elipandum libr. I. etc.

Si tam pauci, dubii, suspecti, recentes testes, et argumenta tam levia sufficerent ad demonstrandam lectionis cuiusdam γνησιότητα, licet obstent tot tamqve gravia et testimonia et argumenta: nullum prorsus superesset in re critica veri falsiqve criterium, et textus Novi Testamenti universus plane incertus esset atqve dubius. Ego qvidem, si tanti esset, sexcentas lectiones ab omnibus reiectas atqve futilissimas defendere possem, testimoniis et rationibus aeqve multis atqve validis, immo pluribus plerumque atqve validioribus, qvam sunt ea, qvibus utuntur huius dicti patroni; nec haberent genuini textus defensores tot tantaqve argumenta, qvae conatui meo inani opponere possent, qvot qvantaqve fautoribus huius dicti supra opposita sunt.

b) S. R. Ernesti artis criticae peritissimus iis, qvae Ven. Griesbachius attulit, addit epicrisin hanc: si γνησιότης commatis septimi e solis codicibus graecis penderet atqve ex iis solis esset aestimanda, tum Griesbachius caussam obtinuisset. Sed qvanqvam Codices graeci textus principatum in his rebus definiendis tenent, tamen docti et usu criticarum rerum praediti viri alia etiam adiumenta reqvirunt. Mihi qvidem, inqvit, maxime obstat nexus cum antecedentibus et conseqventibus, qvominus

nobis effusus. Ἐις τὸ ἕν εἰσι, i. q. ἕν εἰσι. O. 39. unum sunt, i. e. consentiunt in testimonio de Christo. Antiqviores codices latini fere omnes anteponunt comma

minus sententiae eorum, qvi hoc comma delendum esse censent, subscribam; nam v. 9. comparatio instituitur inter testimonium hominum et Dei ipsius, qva haud dubie ad testes illos coelestes respicit Apostolus, qvorum paullo ante meminerat. E. B. N. IV. 108. Inst. Interpr. p. 109. Doctissimus Carpzovius Theologus pariter atqve Philologus celeberrimus, cum nuper de dissensu Criticorum nobilem hunc locum partim repudiantium partim probantium disseruisset, monuit, rem *in medio relinqvendam et nihil definiendum esse,* statuitqve, *tum eos*, qvi dictum impugnassent, tum etiam eos, qvi illud defendere studuissent, in duo extrema prolapsos esse, qvae sententia V. Griesbachio displicuit, vid. N. Test. p. 236. Sed malim hoc dixisse, qvam illud Griesbachii p. 326: *comma septimum lectionibus ab omnibus reiectis atqve futilissimis esse accensendum et eodem cum istis numero habendum.* Virum doctissimum, cum haec scriberet, fervore disputandi abreptum fuisse qvis est, qvi non sentiat? Ego qvidem contra non possum non Carpzovii Viri supra laudes meas positi modestiam probare, qvi nemini qvidem auctor svasorqve esse cupit, ut hoc dictum aliis obtrudat, vel eo contra pertinacem adversarium utatur, nec tamen id sibi probandum sumit, defensores huius dicti adeo, ut V. Griesbachius contendit, omnibus idoneis destitutos esse argumentis. Res non tantum redit ad Vigilium, ut V. Griesbachius probare adnititur p. 233; sed valde probabile est Cyprianum, immo ante eum Irenaeum et Tertullianum hoc comma legisse. Scripta Cypriani autem sunt antiqviora omnibus codicibus graecis, in qvibus ob ὁμοιοτέλευτον facile omissio fieri potuit; porro numerum eorum codicum latinorum, qvi versum 7. legunt, numero eorum, qvi non legunt, maiorem esse, ipse Griesbachius fatetur p. 228; accedit tandem nexus cum antecedentibus et conseqventibus, qvo in primis argumento ad defendendam huius commatis lectionem utitur S. V. Ernesti.

ma octavum septimo: si v. 8. prior ponitur, tum sententia melior est propter gradationem. E.

10. Ἔχει τὴν μαρτυρίαν ἐν ἑαυτῷ, is habet testimonium in se, i. e. testimonio fidem habet. Πεποίηκε, declaravit.

11. Ζωὴ, salus, felicitas. Ἐν, per.

12. Ὁ ἔχων τὸν υἱὸν, qvi credit in filium.

13. Ὄνομα, O. 34.

14. Ἡ παῤῥησία, fiducia, confidentia. Κατὰ τὸ θέλημα αὐτȣ̃, ex voluntate eius.

15. Ὃ ἂν — αὐτȣ̃, qvicqvid rogemus, scimus nos habere, i. e. impetrare ab ipso.

16. Ἁμαρτάνειν ἁμαρτίαν pro ἁμαρτάνειν, perpetrare peccatum. Ἁμαρτία πρὸς θάνατον, peccatum mortiferum. Qvidam intelligunt peccatum in Spiritum S., alii peccatum eiusmodi actuale, qvod Deus tum solebat morte corporis punire. Vix dici potest, qvae sententia praeferenda sit. E. Δώσει (θεὸς. Gl.) vitam ei conservabit Deus.

17. Καὶ, sed verum. Ὀυ πρὸς θάνατον (ἐσα.)

18. Τηρέω, observo, ich nehme mich in Acht für Sünden. Πονηρὸς, malignus. Ἅπτομαι, laedo, noceo. J. Sic ἅπτεσθαι pro *laedere*, *perdere* est Ios. 9, 19. ubi in hebr. נָגַע: unde ἀφὴ est hebr. נֶגַע, Deut. 17, 6. Ἅπτεται, nocere potest. O. 12. α.

19. Ἐκ τȣ̃ θεȣ̃ εἶναι, cum Deo coniunctum esse. Oppositum est: ὁ κόσμος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται, mundus in diabolo (is enim est h. l. ὁ πονηρὸς) qvasi

inclusus iacet, et in potestate illius versatur. Κόσμος, impii homines.

20. Διάνοια, h. l. vera sapientia. Οὗτος — αἰώνιος, qvi sc. Iesus Christus verus Deus est et auctor vitae aeternae. Photiniani haec verba non ad proxime praecedens, filium sc. Dei Iesum Christum, sed ad *remotius*, Deum sc. Patrem referenda esse dicunt; qvo veram Iesu Christi Deitatem subvertant, ut ex Socino contra Bellarm. et Wieck. Cap. 5. et in comment. 1 Ep. Ioh. p. 516. videre est. Sed, qvod regula etiam praecipit, nonnunqvam hoc fieri debet (sc. ut pronomina non ad propinqvius, sed ad remotius *sint referenda*) contexto nempe sermone ita iubente. Usus vero pronomin.. n relativorum et demonstrativorum regularis est, ut a.. proxime praecedentia referantur. Et de demonstrativo ὗτος in ipso Iohanne exempla in promtu sunt, Ioh. 1, 2. 7. 30. 1 Ioh. 1, 2. 5, 6. 2 Ioh. v. 9. etc. Cum igitur necessitas nos nulla cogat, ut naturalem hunc demonstrativi usum in explicatione huius loci deseramus; scopus praeterea Apostoli sit, *Christi* servatoris veram descriptionem tradere; et collatio insuper ostendat, ei praedicatum τῦ ἀληθινῦ Θεῦ καὶ τῆς ζωῆς αἰωνίυ vere competere, conf. Cap. 1, 1. 2. 5, 11. 12. et Ioh. 1, 1. 24. recte a nobis defenditur, ὗτος ad proxime praecedens Ἰησῦν Χριστὸν, non ad remotius Deum ἀληθινὸν referendum esse. Gl. Ph. 156.

HYPO-

HYPOMNEMATA IN EPISTOLAM II. IOHANNIS.

PROLEGOMENA.

I.

Nullum eſt dubium, qvin Iohannes hanc ſcripſerit epiſtolam; nam continet ſtilum, verba et ſententias Iohanneas (v. 6. coll. 1 Ioh. 2, 7. v. 7. coll. 1 Ioh. 2, 18. et Cap. 4, 2.) et ab Irenaeo, Clemente Alexandrino et Tertulliano aliisqve ſine dubitatione Iohanni tribuitur. Nomen ſuum huic epiſtolae Iohannes non inſcripſit, qvoniam feminae illi Chriſtianae, ad qvam eam miſit, ſatis cognitum fuit. Presbyterum autem ſe appellat, ſine dubio reſpectu aetatis; nam illo tempore, qvo hanc ſcripſit epiſtolam, nonagenarius et Apoſtolis reliqvis omnibus ſuperſtes fuit, forſitan qvoqve ſub ingraveſcentem ſenectutem ſenioris nomine honorifice a Chriſtianis appellatus eſt.

II. Qvum haec epiſtola a Iohanne viro θεόπνευςῳ ſcripta ſit, conſtat, illi auctoritatem canonicam tribuendam eſſe. Qvia epiſtola haec perbrevis, et uni tantum perſonae aut familiae inſcripta eſt, et propterea non ſtatim in omnium notitiam pervenit, nomenqve presbyteri forſitan qvosdam aliqvamdiu ſuſpenſos tenuit, (Petrus vero ſe etiam συμπρεσβύτερον vocat 1 Petr. 5, 1.) auctoritas canonica illius a qvibusdam in dubium vocata eſt, vid. Euſebii Hiſt. Eccl. L. III. Cap. 25. qva-

propter

propter qvoqve in primis editionibus versionis Syriacae N. T. omissa est; at illi patres, qvorum auctoritas et critica ingenii vis fuit summa, nunqvam de illa dubitarunt. Nam in numerum canonicorum librorum referunt Irenaeus, Clemens Alexandrinus, Tertullianus, Cyprianus, Origenes, Athanasius iunior, Cyrillus, Didymus, Ambrosius, Hieronymus, Auctor constit. Apost. Chrysostomus et patres Concilii Laodic. et Carthag. III.

III. Persona, ad qvam missa est, fuit matrona qvaedam, qvae a Iohanne v. 1. vocatur ἐκλεκτὴ, qvia ad Christum conversa fuit, et Christiani illo tempore ἐκλεκτοὶ appellati sunt, et κυρία, vel qvia *illustri* genere nata fuit, vel ob famulitium ipsi subiectum, aut coniugium cum qvodam magnate. Ex Ioh. 20, 15. apparet, hoc nomen honoris etiam interdum hominibus infimae fere classis esse tributum. Heumannus putat, qvod nomen huius matronae Cyria fuerit, ad qvam sententiam stabiliendam in *Poec.* qvosdam affert, qvibus nomen κυρίας et Cyriae haesit, et provocat ad Rom. 16, 13. Meminit illius sententiae ante Heumannum Gomarus in Opp. p. 739. qvi etiam refert, martyrologia qvosdam *Dominos* nominatim referre.

v. 1. Ὁ πρεσβύτερος h. l. non vertendum est *presbyter*, sed *senex, grandaevus Apostolus.* Kr. Ἐκλεκτὴ Κυρία, eine fromme christliche Frau. E. Sic Μάρθα est Chald. מַרְתָא et *dominam* significat, qvod sententiam eorum adiuvat, qvibus κυρία nomen proprium est. Ἐν ἀληθείᾳ, vere, sincere. Οἱ ἐγνωκότες τὴν ἀλήθειαν, Christianam religionem amplexi. Est periphrasis *Christiani.* Ἀλήθεια, vera religio.

2. Διὰ τὴν ἀλήθειαν — αἰῶνα, amo vos (inqvam) propter cognitionem veri cultus divini, qvam nunc habetis, et in aeternum habebitis.

3. Ἔσαι,

3. Ἔσαι, sit, contingat. Ἐιρήνη, felicitas summa. J. Ἐν ἀληθέια καὶ ἀγάπη, qvod attinet ad confirmationem fidei et caritatis, sc. gratia divina se efficacem praebeat in fide et caritate augenda. Ἐν vel pro εἰς positum dici potest, uti 1 Cor. 7, 15. vel explicandum per *qvod attinet ad.*

4. Ἑυρίσκω, deprehendo. Περιπατεῖν ἐν ἀληθέια, Christianam religionem recepisse, et se istius beneficii sensu affectum probare, Christianae religioni convenienter vivere. J.

6. Περιπατέω, vivo. J.

7. Ὁ πλάνος, seductor, impostor. Οὗτος pro τοιῦτος, qvi est huiusmodi, qvomodo sc. in antecedentibus fuit descriptus, qvod non confiteatur Iesum Christum natum esse hominem et vixisse inter homines. Gl. Ph. 154. Ὁ πλάνος καὶ ὁ ἀντίχριςος articulus additus haudqvaqvam, ut Bellarminus statuit, semper singularem personam notat. Conferatur locus Hebr. 9, 7. ubi ὁ ἀρχιερεὺς cum articulo qvosvis sibi invicem succedentes pontifices Vet. Testamenti tempore notat. Apparet illud etiam ex h. l. ubi praecedit: ὅτι πολλοὶ πλάνοι εἰσῆλθον εἰς τὸν κόσμον. Gl. Ph. p. 141.

8. Βλέπετε ἑαυτὲς, respicite vos ipsos, animum ad vos ipsos attendite. Ἐργάζομαι, acqviro.

9. Παραβαίνω (ἐντολὴν,) violo praecepta legis et Evangelii. Θεὸν ὀυκ ἔχει, cum Deo non coniunctus est.

10. Φέρω,

v. 7. Pro εἰσῆλθον rectius legitur ἐξῆλθον. V. Griesb.

v. 8. Ἀπολέσωμεν, ἃ εἰργασάμεθα, praeferenda est lectio: ἀπολέσητε ἃ εἰργάσασθε et pro ἀπολάβωμεν, ἀπολάβητε.

10. Φέρω, adfero. Χαίρειν λέγειν τινὶ, salutem alicui dicere. Prohibet tantum Apostolus, ne cum iis, qvi se Christianos profiteantur, cum tamen veram doctrinam pervertant, contrahant familiaritatem, minime autem vetat qvenqvam etiam erga eos communibus humanitatis officiis defungi.

11. Κοινωνέω, in societatem venio, particeps fio.

12. Πολλὰ ἔχων ὑμῖν γράφειν, qvamvis multa habeam, qvae vobis scribam. O. 22. Ἠβουλήθειν attice pro ἐβουλήθην. Ὁ χάρτης, charta, vox latina. Τὸ μέλαν (χρῶμα,) atramentum. Ἐλπίζω ἐλθεῖν, spero me venturum esse. Στόμα πρὸς στόμα, coram. O. 42. Πεπληρωμένος, perfectus.

13. Ἀσπάζομαι, salutem dico.

v. 12. Pro ἀλλὰ ἐλπίζω V. Griesb. ἐλπίζω γὰρ in textum recepit. Lectioni ἐλθεῖν praefert γενέσθαι.

HYPO.

HYPOMNEMATA
IN
EPISTOLAM III. IOHANNIS.

PROLEGOMENA.

I.

Scripta eſt haec epiſtola a Iohanne, et propterea auctoritate canonica gaudet. Conf. qvae dicta ſunt in proleg. ad Epiſt. II. Iohannis.

*II. G*aius ſ. Caius, ad qvem haec epiſtola miſſa eſt, fuit amicus Apoſtoli. In ſcriptura ſacra fit mentio Gaii Macedonici Act. 19, 29. Derbenſis Act. 20, 4. et Corinthii 1 Cor. 1. 14. Rom. 16, 23. et ad hunc Corinthium Gaium miſſum eſſe hanc epiſtolam, putant nonnulli, qvod ex 3 Ioh. v. 5. 6. coll. Rom. 16, 23. probare adnituntur. Aliis autem eſt alius, ſiqvidem Corinthius a Paullo ad fidem in Chriſtum perductus ſit, 1 Cor. 1, 14. et Iohannes illum, cui hanc epiſtolam inſcripſit, filium ſuum v. 4. appellet, et propterea veroſimile ſit, eum a Iohanne converſum eſſe; ſunt autem, qvibus haec appellatio tantum amoris argumentum eſt, provocantes ad 1 Ioh. 2, 12. 18. 28.

III. Conſilium Apoſtoli in ſcribenda hac epiſtola fuit, Gaium in bono confirmare, et ad beneficentiam erga fideles continuandam exhortari, importunitatem ſcandalumqve Diotrephis mitigare, et Demetrium ipſi commendare. Cf. S. R. Moldenhaweri Introductio in libros Can. p. 362.

2. Περὶ

2. Περὶ πάντων, ante omnia, inprimis. Εὐοδόω, prosperum iter praebeo. Εὐοδόομαι, prosperum iter nanscifcor, h. l. prospero rerum successu utor. J. Ψυχή μου, ex hebraismo idem est ac, *ego ipse*. Cf. Hebr. 10, 38. Sic ψυχή σου loco pronominis secundae personae usurpatur. Καθὼς, — ψυχή, sicut iam vera felicitate gaudes.

3. Ἡ ἀλήθεια, h. l. denotat utramqve veritatem theoreticam et practicam, tum doctrinam puram, tum vitam sanctam. Μαρτυρεῖν, h. l. testimonio laudis impertire aliqvem. Ἐν ἀληθείᾳ περιπατεῖν, recte, ac prout par est, se gerere.

4. Περιπατοῦντα pro περιπατεῖν. O. 22. Τέκνον, filius fidei, qvem qvis ad fidem perduxit. Cf. 1 Cor. 4, 14. 17. Kr.

5. Πιστὸν (ἔργον) ποιεῖς — ἀδελφοὺς, fideliter, i. e. Christiane, ut Christianum fidelem facere oportet et decet, agis, qvodcunqve exhibeas erga fratres. Πιστὸν adverbialiter usurpatur. Sic Libanius: οὐχ ἑλληνικὸν τοῦτο ποιεῖς, hoc faciens, id facis, qvod homine Graeco indignum est. Kr.

6. Προπέμπω, aliqvem deducendum alio curo, dimitto hospitem hospitaliter et benefice. Ἀξίως τοῦ θεοῦ, ut decet eos, qvi Dei caussa et propter religionem Christianam erga alios liberales sunt. Cf. Tit. 3, 13.

7. Ὑπὲρ γὰρ τοῦ ὀνόματος sc. Χριστοῦ, nam Christianae religionis caussa.

8. Ἀπο-

v. 5. Pro ἀδελφοὺς καὶ εἰς τοὺς ξένους rectius legitur ἀδελφοὺς καὶ τοῦτο ξένους.

v. 7. Post ὀνόματος V. Gr. αὐτοῦ omisit. Pro ἐθνῶν eodem versu legendum censet ἐθνικῶν.

8. Ἀπολαμβάνω, excipio. Συνεργὸς, ὁ, ἡ, adiutor; ἵνα συνεργοὶ — ἀληθείᾳ, ut ministri simus doctrinae evangelicae propagandae.

9. Φιλοπρωτεύω, primas partes affecto vel mihi arrogo. Οὐκ ἐπιδέχεται ἡμᾶς, non admittit litteras nostras commendatitias. Apostolorum aetate litterae systaticae in usu fuerunt, qvibus eos instruxerunt, qvi in pietatis studio sinceros se praestiterant, qvo ipso Apostoli et primi Christiani multa pericula anteverterunt.

10. Ὑπομιμνήσκω, memoriam rei innovo. Φλυαρέω, garrio, nugor. Λόγοις πονηροῖς φλυαρῶν ἡμᾶς, verbis improbis in nos debacchans. F. Μὴ ἀρκούμενος ἐπὶ τούτοις, non his contentus.

11. Μιμέομαι, imitor. Ἀγαθοποιέω, bene ago, beneficus sum. Ἑώρακε perf. indic. A. cum augmento attico ab ὁράω. Οὐχ ἑώρακε τὸν Θεὸν, non vidit Deum i. e. non vivam Dei cognitionem habet, nescit nec expertus est, qvis et qvalis sit Deus ipsiusqve amor. Nam qvia Deus ipse est amor, non aliter Deus cognosci potest, qvam si qvis amoris exercitium et opera, ut sunt beneficentia, misericordia, benignitas, efficit atqve exercet. Vera igitur et viva Deo cognitio h. l. innuitur; oculi nimirum sunt in amore duces. Ioh. 14, 7. 9. 1 Ioh. 3, 6.

12. Μαρτυρεῖν τινι (sc. καλῶς,) testimonio bono mactare aliqvem. Δημητρίῳ, est Dativus commodi. Δημητρίῳ — πάντων, in honorem Demetrii testimonium

v. 12. Pro οἴδατε rectius legitur οἶδας. Griesb.

nium perhibetur ab omnibus. Ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας, a veritatis maxime amantibus et studiosis. Abstractum pro concerto positum est.

13. Πόλλα εἶχον γράφειν, multa possem scribere. Ὁ κάλαμος, calamus scriptorius.

14. Στόμα πρὸς ϛόμα, praesentes. O. 42.

15. Εἰρήνη σοι (ἔϛω,) opto, ut valeas. Est salutandi formula. J. Κατ' ὄνομα, nominatim.

HYPOMNEMATA

IN

EPISTOLAM

IUDAE.

HYPOMNEMATA
IN
EPISTOLAM IUDAE.

PROLEGOMENA.

I.

Scripta eſt haec epiſtola a Iuda Cap. 1, 1. hebraice יְהוּדָה, qvod *confeſſorem* denotat, Gen. 29, 35. Appellatus quoqve eſt Thaddaeus et Lebbaeus, Matth. 10, 3. coll. Luc. 6, 15. qvorum primum nomen a הוֹדָה deductum eiusdem notionis cum Iuda eſt, et alterum a לֵב, qvod S. R. Moldenhawerus interpretatur *cordatum*, beat. Schmidius autem *corculum*. Procul dubio ultimum nomen ipſi inditum eſt, ut diſtingveretur a Iuda Iſchariothe, proditore Ieſu Chriſti. Patrem habuit Alphaeum, et fratres *Iacobum minorem*, qvi nobis epiſtolam reliqvit, *Ioſem* et *Simonem Cananaeum*. A Chriſto conſtitutus eſt Apoſtolus, Luc. 6, 13. 16. Qvia e matertera Ieſu Chriſti natus fuit, frater Ieſu Chriſti dicitur. Iohannes refert Cap. 14, 22. qvandam qvaeſtionem, qvam Ieſu propoſuerit, et praeterea nihil de illo in hiſtoria evangelica relatum legimus. In Ægypto, Syria, Arabia, Meſopotamia, Ponto et Perſide docuiſſe dicitur. Muneris apoſtolici non meminit, aeqve ut Iacobus, et ſine dubio eandem ob

caussam, et appellat se non filium *Alphaei*, sed *fratrem Iacobi*, qvia nomen Iacobi in summa fuit existimatione, et forsitan alii Alphaei fuere. Conf. Marc. 2, 14. Grotius, qvum intellexisset, extremo saeculo post Christum primo scriptam esse epistolam nostram, neqve apostolicam dignitatem in exordio expressam videret, statim excogitavit alium Iudam, *qvartum decimum Hierosolymorum* post Iacobum minorem *episcopum*, de qvo narratio legi potest apud Eusebium Hist. Eccl. L. IV. 5. vixit ille sub Adriano, paullo ante Barcochebae tempora. Sed magno conatu profecto nihil egit Grotius; perpetuum ecclesiae testimonium constanter Iudae Apostolo epistolam nostram tribuit, nunqvam Iudae Hierosolymitano. Muneris Iudae apostolici mentionem faciunt inscriptiones in codicibus graecis et vulgata, epistolae nostrae praemissae, qvotqvot extant; sic qvoqve inscriptio Complutensis; nec muneris tantum apostolici, sed cognationis qvoqve cum Domino I. C. meminerunt inscriptiones versionum Orientis, Arabicae et Syriacae; sic qvoqve Epiphanius Iudam huius epistolae auctorem ait esse τὸν ἀδελφὸν Ἰακώβου καὶ Κυρίου λεγόμενον. Chrysostomus T. VI. p. 400. affert Iudae v. 4. hac formula usus: Ἰούδας Ἰακώβου εἶπε. Similiter qvoqve alii Patres haud pauci, ut omnibus antiqvitatis testimoniis Grotii sententia refellatur.

II. Iudas scripsit epistolam nostram ad Iudaeo-Christianos διασπορᾶς Πόντου, Γαλατίας, Καππαδοκίας, Ἀσίας καὶ Βιθυνίας, ut ipsos moneret, de iisdem sectis, qvas in altera epistola descripserat, et partim qvoqve brevi extituras praedixerat Petrus. Qvod facile nobis dabunt omnes praeiudicata opinione vacui, si 2 Petr. Cap. 2. integrum ingenuo studio cum epistola Iudae conferre voluerint. Idem omnino consilium Iudae propositum fuisse, ita qvidem, ut singulas Petri-

nae

nae orationis partes confirmaret magisqve declararet, res ipsa docet.

III. Iam vero ex illis, qvae hactenus dicta sunt, qvodammodo colligi potest, qvonam tempore scripserit S. Iudas. Petrus enim, qvi alteram epistolam paullo ante mortem exaravit, crucifixus est a. Dion. 67. Unde liqvet S. Iudam certe non nisi aliqvot annorum spatio post illum scripsisse, postqvam scilicet exortae erant sectae, qvas Petrus brevi metuendas praedixerat. Attamen non nimis longum intervallum statuendum esse, primo exinde patet, qvoniam in mentem revocat Christianis monita, qvae ex ipso Apostolorum ore accepissent, deinde ex eo qvoqve, qvod Nicolaitarum nomen a Iuda nondum expressum videmus, cuius tamen mentio fit in Apocalypsi, qvippe tardius, sub Domitiano, scripta, ultimo imperii eius anno, qvi est Dionys. 96. uti ex Irenaeo constat. Puto itaqve S. Iudam scripsisse paullo post vastata Hierosolyma, recenti adhuc Apostolorum memoria, circa annum Dion. 75. Verum ubi tunc commoratus fuerit Apostolus, plane non liqvet.

IV. Eam auctoritate canonica pollere, liqvet ex consideratione auctoris epistolaeqve, et futilitate obiectionum. Negari neqvit, qvosdam auctoritatem canonicam huius epistolae in dubium vocasse et negasse, et qvidem propterea, qvia non a multis Veterum excitatur, vid. Euseb. Hist. Eccl. L. II. Cap. 23. forsitan qvoqve ob vaticinium Enoci allatum, qvod et Hieronymus in catal. script. eccl. T. I. Opp. p. 172. innuit, longe vero plures illius auctoritatem canonicam agnoverunt. Inter patres, qvorum scripta supersunt, primus huius epistolae divinam originem asseruit Clemens Alex. p. 239. ubi adhibito qvoqve nomine S. Iudae magnam eius partem laudat. Tertullianus de habitu muliebri p. 402. Ori-

genes in ecclesiis Palaestinae hanc epistolam agnitam fuisse, testimoniis suis confirmat. V. Comment. in Matth. p. 223. Ἰούδας ἔγραψεν ἐπιστολὴν, ὀλιγόστιχον μὲν, πεπληρωμένην δὲ τῶν τῆς οὐρανίου χάριτος ἐῤῥωμένων λόγων. Versic. I. laudat p. 332. v. 6. laudat p. 396. 483. etc. Athanasius saeculo qvarto apud Alexandrinos, Clementis auctoritate usus; in canonicis libris eam recenset Epist. 39. ἑορταστικῇ. Qvin etiam Didymus in eam commentatus est absqve ulla censura. Cyrillus Hierosolymit. Catechesi IV. ubi indicem librorum canonicorum utriusqve Testamenti recenset, septem qvoqve catholicas epistolas exprimit. Lucifer, Calaritanus episcopus, multa epistolae **Iudae**, *gloriosi* Apostoli, tanqvam divinae loca affert. Concilii Laodiceni canon LX: incidit hoc concilium circiter in annum 365. aerae vulgaris. Epiphanius haer. XXVI, 11. de Gnosticis. Accedit post Ephrem Syrum, qvi eam aliqvoties laudat, Gregor. Nazianz. Carmine 33. p. 98. Auctor libri ad Novatianum haereticum Opp. Cypriani T. III. p. 479. qvanqvam Iudae epistolam haud nominet, utitur tamen vaticinio Enoci e Iudae v. 14. 15. tanqvam divino vereqve prophetico. Ruffinus Exposit. in Symb. Apost. inter Opp. Cypriani p. 575. catholicas sic recenset: Petri Apostoli epistolae duae: Iacobi fratris domini et Apostoli una: Iudae una: Iohannis tres. Philastrius in haeresi apocr. ait: statutum esse ab Apostolis et eorum successoribus, non aliud legi in ecclesia debere catholica, nisi legem et prophetas, et Evangelia et Acta Apostolorum, et Paulli epistolas et septem, Petri duas, Iohannis tres, Iudae unam, et Iacobi unam, qvae septem Actis apostolicis coniunctae sunt. His addatur Hieronymus, nec non Augustinus C. D. XV. 23. ubi hanc epistolam canonicam vocat et Chrysostomus T. VI. p. 400. qvi divinae auctoritatis caussa affert dictum huius epistolae.

V. Occa-

V. Occasionem dederunt homines gratiam Dei ad peccandi licentiam traducentes s. obtentu libertatis Christianae vitam impurissimam, turpissimam et sceleratissimam agentes, et exemplo suo doctrinae et vitae puritatem corrumpentes, v. 4. 7. 8. 10—13. etc. Cf. S. R. Moldenhaweri Introduct. in libr. Can. p. 363. et beat. C. F. Schmidii Observatt. super epist. S. Iudae p. 5. sqv.

v. 1. Δȣ̃λος, minister. J. Est dignitatis nomen apud Hellenistas; minime igitur exinde colligi potest cum Grotio, qvod Iudas noster non fuerit *Apostolus*. Cf. Phil. 1, 1. Rom. 1, 1. 2 Petr. 1, 1. Ἐν, a, ab, uti Luc. 4, 1. Ἐν θεῷ πατρὶ ἠγαπημένοις, a Deo patre dilectis. Ἰησȣ̃ Χριστῷ τετηρημένοι, a Iesu Christo conservati. Dativus caussam reddit. O. 9. Intelligenda est conservatio mentis piae per Spiritum Christi regenitae. Κλητοὶ i. q. Χριστιανοί. Sic 1 Cor. 1, 24. κλητοὶ iidem sunt, qvi πιστεύοντες, qvi vocationem clementiae divinae acceperunt.

2. Ἔλεος, benignitas (sc. Iesu Christi.) Εἰρήνη, gaudii solatiiqve plena vis (sc. Spiritus Sancti. Cf. 2 Cor. 13, 13. ubi loco εἰρήνη est κοινωνία τȣ̃ ἁγίȣ πνεύματος.) Καὶ ἀγάπη πληθυνθείη, et amor (patris) large vobis contingat. Cf. infra v. 20. et 21. ubi hoc votum plene exprimitur.

3. Σπȣδὴν ποιεῖσθαι, vehementer cupere. E. Κοινὴ σωτηρία, h. l. publica Christianorum doctrina. Inde κοινὴ πίστις Tit. 1, 4. 2 Petr. 1, 1. qvare extremo hoc commate seqvitur de πίστει. Sic σωτηρίας vox de doctrina salutari evangelica dicitur, oppositae λόγῳ i. e. doctrinae legis, Hebr. 2, 3. coll. v. 2. Ἀνάγκην — παρακαλῶν, non potui non per litteras vos monere.

 Ἐπα-

v. 1. Lectioni ἡγιασμένοις praeferendum est ἠγαπημένοις.

Ἐπαγωνίζομαι, *proprie denotat* pro aliqva re vel retinenda vel tuenda pugnare pergo, *deinde*, in aliqva re magnum studium pono. L. Ἐπαγωνίζεσθαι, ut firmiter teneatis. Ἅπαξ h. l. idem, qvod πρῶτον, prius. E. Παραδῦναι, docere, praecipere *sermonibus* doctrinae scriptae *contradistinctis*. Ἅγιοι, Christiani. Πίστις, h. l. doctrina.

4. Παρεισδύω, vel παρεισδύνω, subrepo, irrepo. Προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρίμα, in qvos iam inde a priscis temporibus, interpretibus prophetis, haec poena statuta est. Iudiciaria formula; uti Iudaeis בכתבים למיתם sunt, in qvos mors *statuta est*, *i. e.* capitis damnati. Cf. Ps. 149, 9. Κρίμα, pernicies. Istam perniciem brevi extituram praedixerat Petrus 1 Ep. 4, 17. vereqve illam evenisse satis docet locus Greg. Naz. T. I. p. 414. Χάρις est ἐλευθερία, qvam vocem habet Petrus 2 Ep. 2, 19. coll. 18. et 1 Petr. 2, 16. Sic χάρις de ingenua Christianorum conditione legitur Rom. 6, 14. Μετατίθημι, transfero, verto. Ἀσέλγεια, licentia, foeda libido. Hesychius ἀσέλγεια, πορνεία. Δεσπότης, herus s. rex, uti Arabs.

5. Ὑπομνῆσαι — ἀπώλεσε, volo vos admonere, qvanqvam dudum ipsi sciatis dominum, cum ante populum ex Aegypto ductum servasset, tamen deniqve eos, qvi credere noluerunt, perdidisse. E. Εἰδότας pro καίπερ εἰδότας, uti in loco simili, 2 Petr. 1, 12. O. 22. Ἅπαξ, a) ante. E. b) semel. Duae illae voces: ἅπαξ τοῦτο, cum verbo praecedente ὑπομνῆσαι congrue cohaerent, tanqvam si hoc modo legeretur, ὑπομνῆσαι δὲ ὑμᾶς βούλομαι ἅπαξ τοῦτο, καίπερ

v. 4. Post δεσπότην falso additam vocem Θεὸν recte omittunt vetustissimi MSti et Vulgata. S.

περ εἰδότας ὑμᾶς, etsi scio, vos haec tenere cognita, tamen semel adhuc (dum sc. in tabernaculo hoc sum) vos de eo commonefaciam. Cf. 2 Petr. 1, 12. Gl. Ph. 389. c) Ἅπαξ et τὸ δεύτερον invicem opponuntur, uti Hebr. 9, 28. Sententia totius commatis est haec: Enim vero vos monere animum induxi, qvanqvam omnes iam satis edocti sitis, ut cogitetis, Deum semel iudaicam gentem perniciei eripuisse, ita ut salvam eam sospitemqve ex Ægypto educeret; iterum vero perfidis veniam haud dedisse, immo exempli caussa ipsos statim perdidisse.

6. Ἀρχὴ, dignitas angelorum pristina, status primaevus. Sic Iohannes dicit ὁ τῆς ἀρχῆς λόγος i. e. doctrina evangelica, qvae et qvalis ab initio tradita fuit. Male vertitur h. l. principatus, Fürstenthum. E. Οἰκητήριον, sedes suas. Δεσμοὶ, de *mentibus geniisqve* dicti, sunt terrores gravissimo irae divinae sensu exagitati. Sic qvoqve syn. σειραὶ, qvam vocem Petrus habet, exprimit חֲבָלִים i. e. dolores et miseriam, qva qvis opprimitur. Ac similiter prorsus ἅλυσις σκότους Ægyptios tenuit, tenebrarum tempore summis terroribus exagitatos et in angustias redactos, Sap. 17, 17. coll. 18. 19. 22. Exprimit simul *imminutam potestatem pro arbitrio agendi*, uti Apoc. 20, 2. Ζόφος, caligo, describit carcerem i. e. tartarum.

7. Ὡς Σόδομα — ὑπέχουσαι, porro Sodoma et Gomorrha vicinasqve urbes, qvae Veneri nefariae indulserant, propositas esse ut documenta ignis aeterni iram et poenas divinas sustinentes. Τούτοις (sc. ἀνθρώποις.) Ἐκπορνεύω, scortor. O. 2. γ. Σάρξ ἑτέρα, a) foemina, qvacum ius concumbendi non est. E. b) coniux alterius. S. Ἐκπορνεύσασαι καὶ ἀπελθοῦσαι per ἓν διὰ δυοῖν pro ἀπελθοῦσαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας ἐξεπόρνευσαν. Ἀπελθεῖν ὀπίσω τινός. O. 39. sectari

ſectari aliqvem. Δεῖγμα, exemplum. Δίκη, ſupplicium. Ὑπέχω, ſuſtineo. Δίκην ὑπέχειν, poenas dare. Δεῖγμα — ὑπέχουσαι, ſuſtinent poenam ignis perpetuo et adhuc fumantis. L. Loqvitur Apoſtolus de urbibus, qvarum interitus debuit eſſe δεῖγμα damnationis aeternae. Dicitur *ignis aeternus*, qvia Philo Libr. II. de vita Moſis et Ioſeph. Antiqv. L. IV. c. 8. tradunt, illas urbes nunc qvoqve fumare perpetuo; hoc ſine dubio ſpectavit Apoſtolus.

8. Μέν τοι, enim vero. Ἐνυπνιάζομαι, ſomniis indulgeo, i. e. pravis opinionibus, hae enim ſunt mera ſomnia. Σάρξ, corpus. J. Κυριότης, principatus, magiſtratus. Ἀθετέω, nihili facio. Δόξας βλασφημοῦσι, perſonas magiſtratuum ſanctas profanant.

9. Διακρίνομαι (τινι,) cum aliqvo diſcepto, altercor. Διαλέγομαι, diſcepto. Κρίσις βλασφημίας a Petro 2 Ep. 2, 11. κρίσις βλάσφημος dicitur, et eſt ſententia damnatoria ob blaſphemiam. Ὁ δὲ Μιχαὴλ — Κύριος, enim vero cum archangelus Michael pugnaret cum diabolo de corpore Moſis, non auſus eſt ferre iudicium durum, ſed dixit tantum: Dominus te increpet. Sermo eſt de facto, qvod debuit eſſe notum inter Hebraeos, alioqvin non potuiſſet argumentum inde duci. Cum Moſes mortuus eſſet, Deus miſit angelum, qvi ſepeliret eum in loco, qvi nemini eſſet notus. *Sepelire* autem denotat ex conſpectu hominum *cadaver* tollere qvovis modo. Ergo Deus cadaver Moſis e conſpectu hominum removit; Satanas autem ſine dubio voluit, ut hoc corpus more conſveto ſepeliretur. Inde videtur poſtea diſceptatio exorta eſſe inter Michaelem, cui mandata eſſet cura abſcondendi futuris temporibus corporis Moſis, et inter Satanam, qvi iſto vellet ad necromantiam vel etiam ad idololatriam abuti.

10. Οὗτοι

10. Οὗτοι — βλασφημοῦσι, qvae enim non intelligunt, de iis tamen improbe loqvuntur, e. g. non intelligunt, qvam praeclara res sit magistratus. Ὅσα δὲ — φθείρονται, pereuntqve per ea, qvae natura sentiunt, uti bestiae ratione destitutae. *Cicero:* bestiae nil sentiunt praeter voluptatem; libidinis enim et voracitatis cupiditate unice se ferri patiuntur. Tales erant, qvos describit v. 12. Φυσικῶς, naturaliter, per instinctus naturales. Φθείρονται, se se corrumpunt, his ad perniciem suam abutuntur. Scriptores hebraizantes ad coniugationem Hithpael exprimendam non possunt, nisi verbis passivis et mediis uti, specialiorem determinationem contextus suggerit. Gl. Ph. 254.

11. Οὐαὶ — ἀπώλοντο, vae illis! etenim imitantur mores Caini, et mercedis caussa aberrant ad modum Bileami, et seditione eadem, qva Core, pereunt. Ὁδὸς, mores. J. Πορεύομαι, me gero. J. Ἐκχύομαι, in errorem inducor. Sic Ps. 73, 2. παρ' ὀλίγον ἐξεχύθη τὰ διαβήματά μου, parum abest, qvin declinarent gressus mei. Τῇ πλάνῃ — ἐξεχύθησαν, i. q. ἐξεκλίθησαν, eodem errore, qvo Bileam mercede abductus, abducti sunt. Ἐκχύομαι exprimit simul cupiditatum impetum, cf. 1 Petr. 4, 4. Μισθοῦ (χάριν) idem est, qvod infra v. 16. ὠφελείας χάριν. Ἀντιλογία, rebellio. J.

12. Σπίλας, ἡ, etsi optimis scriptoribus graecis significat *scopulum marinum,* qvod multis exemplis docuit Wetstenius ad h. l.; videtur tamen Iudas de more Hellenistarum locutus esse, eosdemqve indicasse, qvos locus parallelus describit 2 Petr. 2, 13. ubi iidem impii vocan-

V. 12. Παραφερόμεναι est recta lectio. Altera lectio περιφερόμεναι ex Ephes. 4, 14. huc translata. G.

vocantur σπῖλοι καὶ μῶμοι. Ἀγάπαι, ſunt convivia Chriſtianorum primis temporibus, Liebesmahle. Iſtae ἀγάπαι conſummabantur per adminiſtrationem eucharistiae, easqve primis temporibus fere ſingulis diebus inſtitutas fuiſſe, ita ut ex oblationibus a populo factis ſumerentur panis et vinum ad uſum ſacrum, recte docuit Pearſonus ad Act. 2, 42. Editur, ait Tertull. p. 710. qvantum eſurientes capiunt, bibitur, qvantum pudicis eſt utile. Saepe ἀγάπαι tardius coepere: hinc legimus, Paullum in eiusmodi conventu ad mediam vsqve noctem verba feciſſe, Act. 20, 7. tum vero facile libidinis occaſionem captarunt flagitioſi. Οὗτοι — σπιλάδες, hae ſunt maculae veſtrarum agaparum. *Sens:* iſtos homines ex talibus conviviis eſſe amovendos, qvia illis ſunt indigni. Συνευωχούμενοι ἀφόβως, nam epulantur vobiscum audacter. Haec intemperantia in agapis effecerat, ut tandem ſacramentum non niſi a ieiunis ſumendum ſtatueretur. Vid. Chryſoſt. T. XI. pag. 298. Φθινοπωρινὸς, ἡ, ὸν, autumnalis; δένδρα φθινοπωρινὰ, arbores ſine foliis, ſine grato aſpectu, qvales tempore autumnali eſſe ſolent. Ἄκαρπος, ὁ, ἡ, ſterilis. Δένδρα δὶς ἀποθάνοντα, a) arbores prorſus emortuae. Δὶς ἀποθανεῖν denotat *mortem acerbiſſimam,* itaqve h. l. ſunt arbores prorſus arefactae, tum ſeqvitur eradicatio et combuſtio. Sic eſt pulcherrima gradatio. Nam ſunt arbores ſine foliis, ſine fructibus, arefactae, eradicatae. E. b) Bis mortuae. Deſcribitur hac et ſeqventi formula miſera indoles et conditio doctorum, qvi duplicis perfidiae in Deum rei ſunt, primum *ſub iudaica* religione, iterumqve, poſtqvam veluti arbores transplantati fuerant, *ſub chriſtiana.* S.

13. Κύματα, fluctus, qvibus exprimitur vehementia cupiditatum. Ἄγριος, ία, ον, ſaevus, immanis. Κύματα ἄγρια habes qvoqve Sap. 14, 1. His verbis

bis docet Iudas valere de auctoribus ſectarum vaticinium Eſ. 57, 20. Ἐπαφρίζω, deſpumo. Sicut mare ſpumam colligit, qvando vehementius agitatur, ſic eiusmodi doctores furore immani agitati flagitia ſua effutiunt palam, et impura qvaevis, docent aguntqve. Ὁ πλανήτης, erraticus; ἀςέρες πλανῆται, ſtellae erraticae, ſidera vaga. Ζόφος τȣ̃ σκότȣς, caligo tenebrarum h. e. denſiſſimae tenebrae, horribilis caligo, tartara nigra. Οἷς — τετήρηται, qvibus aeterna ſupplicia ſunt parata.

14. Προεφήτευσε — Ἐνὼχ, at enim vero de iſtis qvoqve valet, qvod Enocus ab Adamo ſeptimus praedixit. Conſtabat Iudaeis traditione a maioribus accepta de Enoci vaticiniis: Iudas igitur affert illud de futuro perficiendo omnium impiorum ſupplicio, cui reſerventur, poſtqvam culpa ſua perierint, qvod vaticinium piis qvidem ſatis erat notum, qvanqvam nullo libro ſacro unqvam fuiſſet conſcriptum. Similiter dictum qvoddam Moſis affert Paullus Ebr. 12, 21. qvod in libris ſacris pariter non extat. Judaei circa tempus Meſſiae inepte ſeduli veteres traditiones, etiam de Enoco, integris libris deſcripſerunt, qvibus alii alia addiderunt, tandemqve ipſi qvoqve Chriſtiani κατ' οἰκονομίαν. Verum ex eiusmodi libris nihil, opinor, deſumſerunt Apoſtoli, eorumqve in primis illi, qvi olim de plebe rudi fuiſſent, nec traditionibus imbuti, qvalis eſt Iudas noſter; qvi anteqvam Chriſtum ſeqveretur, non videtur legendis magiſtrorum libris adſvetus fuiſſe, et poſtqvam Apoſtoli munus obire coeperat, fabulis iudaicis inſtitui haud debuit, meliori doctrinae praefectus et Spiritus Chriſti nomine eruditus. Qvae cum ita ſint, mirum ſane eſt, poſt alios viros doctos etiam Cyprianum de libro Enoci apocrypho cogitaſſe, qvo uſus ſit Iudas. S. Ἰδȣ̀ — αὐτȣ̃, ecce venit Iehova cum ſancto

agmine

agmine suo. Ἐν, cum. Ἡ μυριὰς, myrias, decem mille. Μυριάδες h. l. i. q. στρατεύματα τοῦ οὐρανοῦ, Apoc. 19, 14. 19. Sic Matth. 26, 53. habes λεγεῶνας ἀγγέλων.

15. Ποιῆσαι κρίσιν κατὰ πάντας, ut sententiam dicat et exseqvatur adversus omnes angelos impios hominesqve. Καὶ ἐλέγξαι — ἀσεβεῖς, palam exprobraturus omnibus profanis scelera impia, qvae patrarunt, supplicioqve ipsos affecturus. Σκληρὰ in commercio cum hominibus sunt *verba inhumana*, eoqve sensu apud LXX. exprimitur קָשָׁה, Gen. 42, 7. 30. 2 Paral. 10, 13. Prov. 15, 1. h. l. σκληρὰ sunt profana dogmata et convitia, qvibus haeretici in Christum invehebantur. Ὧν pro ἃ. O. 11. Κατὰ, adversus.

16. Γογγυστὴς, murmurator. Μεμψίμοιρος, ὁ, ἡ, qverulus, qvi de sorte sua et Deo ipso qveritur. Κατὰ — πορευόμενοι, qvi pro arbitrio vivunt, pravae cupiditatis legem secuti. Ὑπέρογκος, ὁ, ἡ, superbus, insolens. Hesychius ὑπέρογκον, μέγα, ὑψηλὸν, ὑπέρμετρον. Θαυμάζειν πρόσωπον, auctoritate alicuius moveri. F. J. in voce πρόσωπον, s. specie externa metiri. Θαυμάζοντες — χάριν, divitibus lucri caussa adulati. Ὠφέλεια, utilitas, qvaestus.

17. Ῥῆμα, res. J.

18. Ἐν ἐσχάτῳ χρόνῳ, posthac.

19. Ἀποδιορίζω sc. ἑαυτὸν, segrego me. Ἀποδιορίζοντες, qvi seiungunt se ab aliis, isti homines volunt esse praestantiores aliis, cum tamen sint sordidissimi, qvi indulgent cupiditatibus et carent donis Spiritus S. Ψυχικὸς h. l. *naturalis* sensu theologico. Ψυχικοὶ — ἔχοντες, homines, qvi non nisi naturae motus, brutis animantibus communes, seqvuntur et sub

imperio omnium cupiditatum vitam transigunt, nec qvidqvam in se sentiunt operationis Spiritus Sancti. Vid. Cel. Krebs. Observatt. Flav. p. 411. Πνεῦμα μὴ ἔχοντες, animam regeneratam non habentes. Kr.

20. Τῇ ἁγιωτάτῃ — ἑαυτὰς, vosmetipsos in dies maioribus incrementis confirmate vos in sanctissima fide vobis praecepta. Cf. supra v. 3. Ἐποικοδομεῖν ἑαυτὸν, incrementa fidei et sanctitatis capere. Fides doctrinae divinae Apostolorum superstructa sustentat credentes, qvi οἰκοδομὴν efficiunt εἰς κατοικητήριον τȣ̃ Θεȣ̃ ἐν πνεύματι, Eph. 2, 20-22. 1 Petr. 2, 5. Ἐν πνεύματι ἁγίῳ προσευχόμενοι, instinctu Spiritus S. precantes. Kr.

21. Ἑαυτὰς — τηρήσατε, conservate vos in amore Dei. Tota formula explicat illud Petri 2 Ep. 1, 10: σπȣδάσατε βέβαιαν ὑμῶν τὴν κλῆσιν καὶ ἐκλογὴν ποιεῖσθαι. Ἔλεος, benignitas, h. l. beneficium. Caussa posita est pro effectu.

22. Ἐλεέω, h. l. leniter tracto. E. Διακρίνομαι, a) delectum habeo. F. Καὶ ὃς — ἁρπάζοντες, habete delectum ita, ut alios leniter tractetis, alios contra tractetis per minas atqve ita e periculo eripiatis. b) Dubito. Καὶ ὃς μὲν ἐλέγχετε διακρινομένȣς, at illos qvidem, qvi dubitent, argumentis convincite. Sic habes ἐλέγχειν ἀντιλέγοντας, Tit. 1, 9. 13. Διακρινόμενοι, dubitantes, qvae notio freqventissima est. S.

23. Ἐκ

V. 22. 23. Lectioni: καὶ ὃς μὲν ἐλεεῖτε διακρινόμενοι, ὃς δὲ ἐν φόβῳ σώζετε ἐκ τȣ̃ πυρὸς ἁρπάζοντες praeferendum est: καὶ ὃς μὲν ἐλέγχετε διακρινομένȣς· ὃς δὲ σώζετε ἐκ πυρὸς ἁρπάζοντες, ὃς δὲ ἐλεᾶτε (ἐλεᾶτε) ἐν φόβῳ. Beng. V. Griesb.

23. Ἐκ πυρὸς ἁρπάζοντες, e media pernicie eripite. Proverbium ipſum apud Hebraeos freqvens eſt de hominibus in ſummo periculo et miſeria conſtitutis. Sic Ioſua pontifex cum gente iudaica comparatur torri ambuſto, flammis nuper erepto, Zach. 3, 2. Οὓς δὲ ἐλεεῖτε, ἐν φόβῳ (ἐλεεῖτε,) a) ſi qvos autem leniter tractatis, fiat hoc ſemper cum cura et metu, (ne, cum peccantibus propitii ſitis, etiam eorum peccata amare incipiatis,) ita ut odium pravorum morum nunqvam deponatis. b) Alios deniqve miti animo curaqve veſtra amplectimini, adhibito ſimul timore irae divinae. S. Μισοῦντες — χιτῶνα, a) cavete, ne vos maculetis pravis cupiditatibus. Σάρξ, pravae cupiditates. J. Χιτὼν eleganter de habitu animi et moribus dicitur. Σπιλόω, maculo. E. b) Fugite omne commercium cum profanis, omnemqve impuritatis ſpeciem, ut vel ſic illos ſceleris pudeat 2 Theſſ. 3, 14. 15. Sic Apoſtolus vetat omne commercium cum maculis iſtis v. 12. σπιλάδες dictis, i. e. Simonianis et Nicolaitis pariterqve Carpocratianis, qvod in primis poſitum erat in freqventandis ipſorum compotationibus, maxime in idolorum templis, porro in turpiſſimis nefariae Veneris flagitiis; iſta qvidem ſcelera veſtibus immundis pariter comparantur, Rom. 13, 12-14. *Origo iſtius formulae* haec eſt. Lex Dei veſtes γονοῤῥυοῦς immundas declaraverat Lev. 15, 4. 17. adeo, ut nemo illis absqve foeditate uti poſſet. Unde formulae deſumtae, Apoc. 3, 4. 7, 14. 14, 4. Hanc ſummam impuritatem oracula ſacra ad idololatriam transferunt, qva coniugium Dei cum eccleſia perfidia hominum violat, pariterqve ad flagitia qvaevis, qvibus fides ſumma Deo debita fallitur, animusqve profanus e conſpectu Dei arcetur. Prioris generis exemplum eſt 2 Cor. 6, 16. 7, 1. Poſterioris obſervationis veritas patet e loco, qvem hic omnino ſibi propoſitum habuit Iudas Zach. 3, 3. 4. ibi

Ioſua

Iosua pontifex ostenditur Zachariae ἐνδεδυμένος ἱμάτια ῥυπαρά, qvibus detractis Deus ait: ἰδοὺ ἀφήρηκα τὰς ἀνομίας σου. Cohel. 9, 8. formula בְּכָל־עֵת יִהְיוּ בְגָדֶיךָ לְבָנִים a Chaldaeo explicatur sic: omni tempore sint vestes tuae albae ab omni contaminatione peccati. Itaqve ἐσπιλωμένος χιτὼν h. l. convenit profanis hominibus, in primis libidini et idolorum cultui addictis. S.

24. 25. Τῷ δὲ δυναμένῳ — ἀμήν, ei autem, qvi vos potest conservare sine peccato, et sistere coram throno maiestatis suae cum summa laetitia, soli sapienti Deo sit gloria, maiestas, et potentia, Amen.

V. 25. Σοφῷ V. Griesb. omisit. Ex Rom. 16, 27. huc illatum recte iudicarunt Millius et Bengelius in App. Crit. ed. II. p. 931. Scriptores enim sacri augustissimis Dei attributis non promiscue et praeter rem utuntur; immo solent earum celebrationem orationis argumento accommodare. Sic Paullus Rom. 16, 27. sapientiam Dei celebrat, postqvam de arcano decreto per Messiam exseqvendo dixerat. Sed 1 Tim. 1, 17. nihil eiusmodi antecesserat; unde patet, falso ibi vulgares editiones, contra codices et nexum sermonis exhibere: μόνῳ σοφῷ Θεῷ. Idemqve valet de nostro loco. Nunqvam vero freqventiores sunt ecclesiasticae interpolationes, qvam in doxologiis. S.

Post ἡμῶν V. Griesb. διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν in textum recepit, qvod omnes fere Codices et Versiones antiqvae addunt. E versu 21. ubi patris et Christi coniuncta fit mentio, nihil effici potest, qvod istam lectionem commendet. Agitur ibi de illis, qvi Christo conservantur; itaqve h. l. si aliqvid addere voluisset Iudas, dicturus erat ad superiora accommodate: „Deo, qvi vos potest conservare Christo, s. propter Christum, sit laus“ etc. Sensit hoc Ephrem, ideoqve sic legit; sed ante ipsum sic non fuisse in MStis, docent Versiones Vulg. Ar. Syr. et Alex. Codex, qvi habet διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ,

v) Ἄπταιστος, ὁ, ἡ, immunis a lapsu. Eodem sensu Hesychius ἀπταίστως, ἀκαταγνώστως. Petrus scripserat 2 Ep. 1, 10. οὐ μὴ πταίσητέ ποτε.

σοῦ, qvod omnino a sententia Iudae alienum est. *Puto itaqve, inqvit beat. C. F. Schmidius, istam formulam primum e doxologiis sollennibus in vulgatam migrasse, indeqve ad reliqvos codices, qvibus utimur, propagatam fuisse: qvod etiam probabilius sit, si cogitemus, aliam formulam, de qva mox, pariter e doxologiis fere in eosdem codices transsumtam esse.*

Ante καὶ νῦν praemittitur πρὸ παντὸς αἰῶνος in qvibusdam Codd. et versionibus antiqvis. Tota formula aucta fuit e doxologiis ecclesiasticis, qvas memoria tenebant scribae. Sic additamentum in vulgata repertum, codicibus graecis inseruerunt, qvanqvam omnino supervacaneum sit, nullumqve aptum sensum efficiat; quidenim hoc est: *celebretur Deus ante omnia saecula?* S.

HYPO-

HYPOMNEMATA

IN

APOCALYPSIN.

HYPOMNEMATA
IN
APOCALYPSIN.

PROLEGOMENA.

I.

Apocalypsis inter libros canonicos N. T. ultimum tenet locum, qvoniam post reliqvos, sc. circiter anno aerae vulgaris 96 scripta est. Ex Cap. 1, 11. patet, Apocalypsin in insula Patmo, non autem Ephesi post reditum Apostoli ex hac insula, exaratam esse. K. A.

II. Gaudet auctoritate canonica. Nam a Iohanne, viro θεοπνεύςω, scripta est, Cap. 1, 1. 4. 9. 22, 8. et qvidem Evangelista et Apostolo.

1. Auctor huius libri prophetici ante scriptam Apocalypsin historiam de Iesu edidit, Cap. 1, 2. coll. Ioh. 21, 24.
2. Scripsit ea de Iesu Christo, qvae ipse vidit et audivit l. c. coll. 1 Ioh. 1, 1-3.
3. In insulam Patmum fuit delatus propter testimonium de Iesu, Cap. 1, 9. Veteres autem non alium Iohannem, qvam Evangelistam, in Patmum relegatum sciunt.
4. Stilus reliqvis Iohannis scriptis simillimus est, vide Apocal. 19, 13. coll. Evang. 1, 14. 1 Ioh. 1, 1.

Apoc. 5, 12. et C. 7, 17. coll. Evang. 1, 29. 36. Apoc. 1, 2. 9. coll. Evang. 21, 24. Apoc. 1, 3. coll. Evang. 14, 21. 1 Ioh. 2, 4. Apoc. 1, 5. coll. 1 *Ioh.* 1, 7. Apoc. 2, 17. coll. Evang. 6, 49. etc. et ſi qvae datur diſcrepantia, illius cauſſa eſt, qvod propheticum dicendi genus differat ab hiſtorico.

5. Accedit teſtimonium primitivae eccleſiae. Nam tribuunt Apocalypſin Iohanni ex Saeculo II. et III. *Iuſtinus Martyr* Dialogo cum Tryphone Iudaeo, *Irenaeus* l. 4. c. 37. *Clemens Alexandrinus* Paedagogiae l. 2. c. 12. *Tertullianus* l. 4. contra Marcionem, multiqve alii qvorum teſtimonia ab aliis referuntur, v. c. *Epiſtola martyrum* de perſecutione Chriſtianorum in Gallia, imperante Antonino Philoſopho, qvae apud Euſebium Hiſt. E. l. 5. c. 1. extat, *Melito* Sardenſis, *Theophilus* Antiochenus, *Apollonius*, *Hippolytus*, ut refert Andreas Caeſarienſis in prologo commentarii, *Origenes*, *Victorinus* Petavionenſis, *Cyprianus* etc.

Obiicitur:

a) Iam Saeculo II. et III. inter antiqviſſimos Chriſtianae religionis doctores non defuiſſe, qvi Iohannem Apoſtolum Apocalypſeos eſſe auctorem negarent. Refert illud qvidem Euſebius de *Caio* qvodam, qvi exeunte Saeculo II. munere Presbyteri Romae functus eſt, atqve de Dionyſio Alexandrino. Verum videtur mihi Iuſtinus M. qvem Chiliaſmi favore abreptum Iohanni Apoſtolo Apocalypſin temere tribuiſſe nonnulli Critici recentiores ſuſpicantur, multo probabilius a cupiditatis ſuſpicione defendi poſſe, qvam Caius ille Romanus et Dionyſius Alexandrinus. Iuſtinus enim ſententiae ſuae de regno millenario conceptae haud obſcura veſtigia et ſatis firma argumenta ſibi viſus eſt, ut ipſe teſtatur, iam apud Eſaiam et Ezechielem reperiſſe,

se, nec habuit praeterea, cur de pluribus sententiae suae praesidiis congerendis adeo anxie laboraret; contra vero Caius et Dionysius ab adversariis suis, ille a Proclo, hic a Nepote Chiliasta, loca qvaedam ex Apocalypsi pro sua haeresi allegantibus, in disputando ad angustias erant redacti, nec succurrerat iis statim, qvid locis his apocalypticis opponere et qvomodo salva Apocaplypseos Θεοπνευςία se expedire possent, hinc eo deducti sunt, ut ipsius libri reiicerent divinam auctoritatem. Provocat qvidem Dionysius, ut est apud Eusebium, ad antiqviores qvosdam, qvos etiam librum hunc propheticum reiecisse, et singula eius capita refutasse ait. Verum enim vero, cum scriptores alii aetate proximi eorumqve plurimi et praestantissimi, qvosqve, eorum argumenta, qvi tum temporis vel paullo ante Apocalypseos γνησιότητα negaverant, latere vix potuerunt, hos adversarios ne nominare qvidem dignati sint, mihi non audiendi videntur, qvi dissensui illorum ignotorum hominum tantum in hac lite definienda tribuunt pondus, ut, qvasi gravissimae subsint caussae de iis magnifice sentiendi, clamitent, qvaestionem de divina Apocalypseos origine in medio relinqvendam esse, nec omnino certi qvid de ea re statui posse, donec nesciamus, qvot et qvales isti viri fuerint, qvi, Dionysio teste, Apocalypsin reiecissent, atqve annon forsitan isti homines maiorem, qvam Iustinus Martyr, Irenaeus, Clemens Alexandrinus etc. mereantur fidem. Sed satis de his! Adeat, qvi disputationem hanc velit accuratius nosse longe celeberrimi Knittelii litteras Synodales, anno 1773 editas, S. V. Semleri neue Untersuchung über die Apocalipsin, Acta Historico-Ecclesiastica nostri temporis Vol. I. p. 485. S. V. Seileri gemeinnützige Betrachtung de anno 1777. pag. 165. et S. V. Doederlini Biblioth. Theol. Select. V. I. p. 87.

b) Obiicitur porro: Chiliastarum opinioni per 1000 annos apocalypticos C. 19. fundamenta substerni. Qvare a vero non absimile videri, Iohannem Evangelistam huius scripti non esse auctorem. Verum modo explicetur recte millenarium illud regnum apocalypticum, atqve sic verbis Iohannis nihil, *qvod* sanae doctrinae sit contrarium, inesse deprehendetur.

c) Obiicitur praeterea: propter obscuritatem hunc librum a nemine intelligi posse, sed revera manere librum obsignatum. Verum distingvendum hic inter obscuritatem verborum et rerum: (de rebus concedimus, non de verbis.) Inter obscuritatem *rerum* in totum et in tantum: (licet aliqva *sint obscura, non* tamen omnia.) Inter obscuritatem per se et per accidens; ipsius scripti et subiecti, qvod istud scriptum tractat; inter obscuritatem *πότε* aliqvando et ad tempus, et *ἀεὶ* semper talem existentem. Multa eius vaticinia nondum impleta sunt; qvo maior eorum pars impleta erit, eo clarius intelligetur Apocalypsin nomen suum tueri posse. Maior etiam *ἐν ςάσει* potest infringi. Si propter obscuritatem negligendus, immo ex numero scriptorum canonicorum excludendus *sit liber* hic, idem de prophetis V. T., praesertim Ezechiele et Daniele, statuendum. Qvid? qvod in qvibusdam visionibus explicationes statim adiungat Iohannes, ut Cap. 1, 20. septem candelabra septem sunt ecclesiae. Cap. 5, 8. phialae aureae, thymiamate plenae, preces sunt sanctorum. Cap. 17, 7. exponit mysterium mulieris et bestiae portantis. Cap. 19, 8. byssinum de iustificatione Sanctorum explicat.

d) Obiicitur tandem: nullam huius libri esse utilitatem et conseqventer operam in eo explicando ludi. Verum aliud et frontispicium et finis huius libri nos docent: Beatus, qvi legit, audit, et observat verba libri

bri prophetiae huius. Consilium et argumentum totius libri non aliud est, qvam ut nos instituat ad perseverantiam et patientiam inter tot persecutiones violentas et fraudulentas, apostasias, schismata, certamina, et de fide ac vita nos informet. Caeterum mihi videtur ab ipsis his tribus posterioribus adversariorum obiectionibus, sc. a naevis, qvibus Apocalypsis prima specie laborat, atqve a difficultate eam recte et utiliter interpretandi argumentum haud leve contra obiectionem primo loco positam repeti posse. Qvemadmodum enim omnium bonorum Criticorum consensu in iudicio de variis lectionibus ferendo, lectio difficilior, rarior et exqvisitior et prima specie minus recta, planiori, vulgatiori, et rectiori praeferenda: qvod in illa correctionis a librariis tentatae caussa est, in hac nulla: ita etiam liber multa continens, qvae ingenium humanum vix concoqvere possit, si tamen divinam eius originem unanimi fere consensu tradunt scriptores fide digni, ob difficultates illas minime repudiandus, sed statuendum potius est, viris doctis, qvi, non obstantibus his difficultatibus, eius divinitatem agnoverunt et testimoniis suis confirmarunt, eo maiorem fidem esse habendam. Probabiliter futurum erat, ut et reliqvi religionis Christianae doctores pleno agmine seqverentur Caium et Dionysium, nisi caussam reiectionis ab istis tentatae probe intellexissent, atqve vidissent eam non in defectu historicorum argumentorum pro divina libri huius origine, sed in dogmaticis difficultatibus esse, simulqve eiusmodi caussam ad librum qvendam divinum reiiciendum parum idoneam iudicassent.

III. In ipsa huius libri tractatione consului ex Veteribus H. Kromayerum. Maxime autem ducem secutus sum S. V. Koernerum, Theologum de interpretatione litterarum sacrarum atqve universe de tota re sa-

cra

era longe meritiſſimum. Doctiſſimus iſte Vir pro ingenii magnitudine et ſubtilitate prudentiſſime vitavit duo illa extrema, in qvae pleriqve viri docti prolapſi ſunt, qvi ſententiam ſuam de libro hoc prophetico aperuere; qvorum alii in qverelis ſuis de eius obſcuritate nimii fuerunt, adeo ut parum abeſſet, qvin qvemvis ab Apocalypſeos interpretatione vel etiam lectione dehortarentur; alii contra cum conarentur omnium rerum eventus, qvae in Apocalypſi praedictae iis videbantur, in numerato habere, ſingulasqve totius libri particulas ad certas qvasdam perſonas, loca et tempora interpretatione ſua adſtringere vellent, certis *qvibusdam* hypotheſibus in Apocalypſin *illatis plus, qvam* par erat, tribuerunt. Qvid ego de conſilio huius libri et de ſenſu eius recte qvaerendo ſentiam, exponam ponderoſis S. V. Koerneri verbis. „Mihi, inqvit, videtur „praecipuum conſilium Iohannis eo ſpectaſſe, ut Chri„ſtianis ab apoſtaſia caveret, eosqve rationes idoneas „afferendo eo adduceret, ut in omnibus adflictionibus „et perſecutionibus fidem conſtantiamqve probarent. „Proponit Chriſtum ſummam curam de eccleſia ſua „eſſe habiturum. Commemorat glorioſas victorias, „qvas de hoſtibus imperii ſit reportaturus, nec dubi„tari ullo modo poſſe contendit, fore, ut tandem per„ſecutores graviſſimis ſuppliciis, fideles vero *diſcipuli* „eximiis praemiis adficiantur. Hoc propoſitum, ut „mihi qvoqve videtur, teneri non tantum prima aeta„te eccleſiae poterat, ſed etiam noſtris temporibus pot„eſt, etiamſi non ſingillatim definiri poſſit, qvaenam ca„lamitates et perſecutiones ſint; qvi hoſtes fuerint; „qvales victoriae; qvales poenae divinae; qvo tem„pore, qvo loco, qvibus hominibus hoc vel illud „acciderit. Qvum in ipſo libro nihil reperiatur, ex „qvo aliqvid certi hoc in genere conſtitui poſſit, „a coniecturis me abſtineo. Regulae, qvibus me

„adſtrin-

„adſtringo, qvibusqve mei lectores iudicium ferent,
„ſunt hae.“

1. „Locos notabo, qvibus liber ſe ipſe explicat, „ubi auctor ſenſum propoſitionum obſcuriorum „claris verbis exprimit. Nihil aeqvius eſſe poteſt, qvam eam interpretationem veram putare, „qvae ab auctore ipſo profecta ſit.“

2. „Qvum liber propheticus ſit, ſtiloqve prophetico „ſcriptus, ſapientis eſt locos difficiliores ex pro„phetarum ſcriptis explicare. Igitur loca in ſcri„ptis prophetarum V. T. occurrentia obſervabo, „qvae vel easdem vel ſimiles loqvendi formulas „continent, eaqve, qvae alibi ad ſenſum illuſtran„dum dicta ſunt, afferam, omninoqve in eo ela„borabo, ut verba Iohannis melius intelligi a qvo„qve poſſint.“

3. „In hac comparatione verborum Iohannis cum „verbis aliorum prophetarum indicare non inter„mittam, utrum Iohannes ſub eodem typo ean„dem rem ſignificet, aut an tantum eandem lo„qvendi formulam, eundem typum uſurpet, ad „ſimilem qvidem, diverſam tamen rem, no„tandam.“

4. „Non tantum ſcriptis et vaticiniis prophetarum „V. T., ſed etiam ſcriptis N. T., praedictionibus „Ieſu et eius Apoſtolorum utar, operamqve da„bo, ut inde hic vel ille locus in clariore luce „ponatur.“

5. „Ubi ſenſus a me nullo modo indagari poterit, „ibi inſcitiam meam confiteri non dubitabo.“ Vide S. V. Koerneri Annotatt. ad N. T. p. 615.

CAP.

CAP. I.

1. Ἀποκάλυψις — Θεολόγȣ. Duplex occurrit titulus, qvorum unus ab Ecclefia Saec. III. vel IV. praefixus eft, alter ad ipfum librum pertinet. Prior ita fe habet: *Apocalypfis Iohannis Theologi.* Conftat autem ex Dionyfio Areopagita (qvicunqve tandem fcripti huius autor fuerit, vetuftior tamen) et fynopfi Athanafii, cognomen hoc Theologi κατ' ἐξοχὴν tributum fuiffe Apoftolo Iohanni propter infignem rerum divinarum fcientiam, et ut Auguftinus docet, qvod deitatem Chrifti adverfus haereticos fui temporis Ebionem et Cerinthum incomparabiliter *adftruxerit.* Refpicitur praeterea hac infcriptione ad argumentum huius libri fc. ad vaticinia in ipfo propofita; Theologi enim dicti funt apud Veteres etiam ii, qvi res futuras praedixerant. Vid. S. V. Koerneri Annott. (Ἐις τὸ) δεῖξαι, ut oftenderet. Ἃ — τάχει, qvae oportet fieri cito. De completionis initio accipiendum eft. Innuit nempe Iohannes, fore ut fuis iam nunc temporibus perfecutionum violentarum fiat initium, et ftudium legendi et audiendi ulterius exacuit, cum infra v. 3. tempus prope effe dicit. Τὸ τάχος, celeritas. Σημαίνω, fignifico, declaro. Ἐσήμανεν ἀποςείλας (αὐτὴν,) mifit eam per angelum fuum et fignificavit.

2. Ὃς — εἶδε, qvi docuit doctrinam Evangelii, et hiftoriam vitae actorumqve Iefu Chrifti compofuit, qvae vidit i. e. qvibus interfuit tanqvam teftis oculatus. Cf. 1 Ioh. 1, 1. Haec de fe ipfo addit eo confilio, ut conciliet huic libro fidem. K. A.

3. Μακάριός (ἐςι.) Ἐγγύς (ἐςι.)

4. Ἰωάν-

Cap. 1, 2. Ὅσα εἶδε. Τε poft ὅσα Beng. et V. Griesb. omittunt.

4. Ἰωάννης (ἐπιςέλλει ταῦτα,) Iohannes *ſcribit haec.* Ἀσίᾳ (ἐσαις.) Ἀπὸ (Κυρίȣ, qvod e v. 8. ſupplendum eſt,) ὁ ὢν — ἐρχόμενος, a (Domino) qvi eſt, qvi erat, et qvi venturus eſt. Nomen hebraicum יְהוָה eſt ἄκλιτον, eiusqve nominis periphraſis eſt haec, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος. Itaqve periphraſis qvoqve ſine flexione caſus ponitur. Articulus ὁ ter expreſſus Graecae paraphraſi nominis hebraici conciliat formam nominis. Ἐρχόμενος pro ἐλευσόμενος. Syrorum locutio eſt haec, qvi dicunt, דְּאָתָא, qvi venit pro: qvi venturus eſt per enallagen ipſis familiarem. Gl. Ph. 353. Ἀπὸ τῶν — αὐτȣ̃, a ſeptem ſpiritibus, qvi in conſpectu throni eius ſunt i. e. a ſpiritu ſancto, qvi ſic ab effectu dicitur. Septem Spiritus i.e. ſeptem dona. Cf. Ieſ. 11, 1—3. 1 Cor. 12, 4. Ante thronum Dei eſſe dicitur, qvoniam mittitur ad ſalutem eccleſiae. Cf. Ioh. 15, 26. et infra Cap. 5, 6. A Deo ſolo petenda eſt ſalus; Cum itaqve Iohannes eccleſiis precatur ſalutem dandam a ſeptem ſpiritibus, ſeqvitur, ſeptem ſpiritus non eſſe ſeptem angelos creatos, ſed ſpiritum ſ. auctorem donorum ſeptem i. e. plurimorum et perfectorum, et qvae cum ſeptem eccleſiis Aſiaticis, ad qvas ſcribit, communicat. K. A. Diſſentit E. Miniſtri tantum, inqvit, ſtant coram throno. B. N. I. p. 127.

5. (Ὅς ἐςι) ὁ μάρτυς ὁ πιςὸς, qvi eſt fidus ille teſtis. Freqvens eſt ellipſis pronominis אֲשֶׁר, qvam Iohannes imitatur. Chriſtus dicitur πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, primogenitus ex mortuis h. e. praeſtantiſſimus

Cap. 1, 4. Ἀπὸ ὁ ὤν. Bengel. et V. Griesb. poſt ἀπὸ omittunt τȣ̃.

Cap. 1, 5. Ἀγαπῶντι pro ἀγαπήσαντι et βασιλείαν pro βασιλεῖς καὶ. V. Griesb. in textum recepit.

tiſſimus inter omnes, qvi reſurgunt ex mortuis: qvae explicatio Col. 1, 18. ſubiicitur ſtatim his verbis, ut ipſe in omnibus ſit πρωτεύων, primatum et praerogativam obtinens. Praeſtantiſſimus igitur reſurgentium eſt Chriſtus, tum ὀυσιωδῶς, ratione perſonae, qvae Θεάνθρωπος, qvam ad ὑπεροχὴν nulla creatura pertingere poteſt, tum ἐνεργητικῶς, qvia merito et virtute eius omnes credentes ad vitam aeternam reſurgent. Gl. Ph. 43. cf. 1 Cor. 15, 20. Τῷ ἀγαπήσαντι, λέσαντι, hi dativi pendent ab ἔςω, qvod v. 6. poſt αὐτῷ ſupplendum eſt.

6. Καὶ ἐποίησε pro (αὐτῷ, ὅς) ἀγαπᾷ — καὶ ἐποίησεν — (ἔςω) ἡ δόξα — Prius verbum cum articulo poſtpoſitivo tranſiit in participium; alterum verbum manſit, et cum eo ſubaudiri debet articulus abſorptus. Βασιλείαν καὶ ἱερεῖς, i. q. βασίλειον ἱεράτευμα. Exod. 19, 6. 1 Petr. 2, 9. ubi ἱεράτευμα, uti ςράτευμα exercitus, collectivum eſt. Eandem vim h. l. habet appoſitio, *regnum ſacerdotes*. Alluditur ad morem inaugurandi ſacerdotes et reges per lotionem Lev. 8, 6. Exod. 29, 4. C. 40, 12. K. A. Τῷ Θεῷ, in honorem Dei et ad eius voluntatem. Κράτος, imperium.

7. Ἰδὲ ἔρχεται μετὰ τῶν νεφελῶν — γῆς, ſimili phraſi ſervator utitur Matth. 24, 30. et C. 26, 64. in praedictione poenarum hoſtibus regni ſui ſc. Iudaeis infligendarum. Verbis ex Zach. 12, 10. deſumtis declaratur, fore, ut non pauci, praeſertim ex Iudaeis, his iudiciis divinis commoti errorem ſuum agnoſcant et Chriſtianam religionem amplectantur. K. A. Καὶ, etiam. Copulativam ſimpliciter non eſſe, patet ex eo, qvod iam tum omnium mentionem fecit. Gl. Ph. Κόπτομαι, caedo me, h. l. plango, lugeo. Ἐκκεντέω, transfigo. Ναὶ, ἀμὴν, ita eſt certe, vere omnino ita eveniet.

8. Ἐγὼ

8. Ἐγὼ — Ω, h. l. Alpha eum denotat, qvi principio prior atqve antiqvior eſt, ſicut ω eum, qvi ultimus eſt. Sic enim ſtatim exponitur ἀρχὴ καὶ τέλος, principium et finis; et v. 18. ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, qvibus verbis aeternitas Meſſiae deſcribitur. Cf. Ieſ. 44, 6. Ipſa loqvendi ratio deſumta eſt ex hebraiſmo illorum temporum, cum rem aliqvam perfectam deſcribentes dicunt, illam ab א usqve ad ת peractam eſſe. Kr. Dicitur igitur Chriſtus α et ω i. e. primus et noviſſimus vel aeternus, qvia dictae duae litterae inchoant et claudunt elementa Graecorum. Ὁ ὢν — ἐρχόμενος, cf. ſupra ad v. 4. notata. Παντοκράτωρ, imperium in omnia habens. Reſpondet hebraico יְהוָֹה צְבָאוֹת. E.

9. (Ὢν) καὶ ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν, qvi etiam ſum frater veſter. Συγκοινωνὸς, ὁ, ἡ, ſocius. Ὑπομονὴ, patientia ob Chriſtum. Genitivus ponitur interdum pro regimine praepoſitionum. Ante Ἰησοῦ Χριστοῦ ſupplendum eſt ὑπέρ. Sic 2 Cor. 1, 5. παθήματα τοῦ Χριστοῦ ſunt aerumnae, qvas propter Chriſtum ſuſtinemus. B. Ph. 44. Ἐγενόμην ἐν τῇ νήσῳ, delatus ſum in inſulam. Sic γενέσθαι ἐν Ῥώμῃ eſt *pervenire Romam*, 2 Tim. 1, 17. Πάτμος, Patmus, nomen inſulae in mari Ægeo, una ex illis, qvae Sporades dicuntur. Noſtris temporibus dicitur Palmoſa. Iohannes in eam ab imperatore Domitiano fidei cauſſa fuit relegatus, ut Euſeb. L. 3. Hiſt. C. 14. et Hieronymus referunt. Tertullianus libro de praeſcriptione addit, Iohannem Epheſi a praefecto Aſiae comprehenſum et Romam miſſum, ibiqve in oleum accenſum coniectum; cum vero detrimentum nullum inde ſenſiſſet, in

Cap. 1, 8. Ἀρχὴ καὶ τέλος in Codd. plurimis et antiqviſſimis deeſt. Poſt λέγει V. Griesb. in textum recepit Κύριος ὁ Θεός.

in hanc inſulam deportatum fuiſſe. Ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ et ἡ μαρτυρία τοῦ Χριστοῦ ſunt ſynonyma, ſignificantqve doctrinam Chriſtianam, cf. ſupra v. 2.

10. Ἐγενόμην ἐν πνεύματι, eram in ſpiritu i. e. ſentiebam inſtinctum Spiritus S. Viſio in ecſtaſi mihi contigit. Cf. Act. 10, 10. 11. Inde ſeqvitur, imagines, qvas Iohannes deſcripſit, non revera extitiſſe extra intellectum ipſius, ſed tantum fuiſſe ideas animo ſuo divinitus impreſſas. K. A. Κυριακὴ ἡμέρα, dies dominica i. e. dies ſolis, qvi ideo ſic nominatur, qvia Dominus noſter Chriſtus eo die e mortuis reſurrexit. Ὀπίσω μου, a tergo.

11. Λεγούσης, ſaepe Iohannes verba, qvorum ſententia cum remotioribus cohaeret, hebraico more cum propioribus conſtruit. Dicere volebat φωνὴν λέγουσαν· pro eo dicit σάλπιγγος λεγούσης. Notent tirones verba ſenſuum ſaepe permiſceri, et inprimis βλέπειν de omni ſentiendi cognoſcendiqve genere uſurpari, adeo ut ſaepe notet audire. Vid. Cel. Krebſii Obſ. Flav. p. 412. Σμύρνα, Smyrna. Ἡ Πέργαμος, Pergamus. Τὰ Θυάτειρα, Thyatira. Αἱ Σάρδεις, Sardes. Ἡ Φιλαδέλφεια, Philadelphia. Λαοδίκεια, Laodicea. Sex urbes Aſiae minoris, qvae noſtris temporibus dicitur Natolia.

12. (Εἰς τὸ) βλέπειν, ut cognoſcerem. Verba ſenſuum apud Hebraeos, Graecos et Latinos ſaepe permutantur. L. Ἑπτὰ λυχνίας, per ſeptem candelabra ſeptem intelliguntur eccleſiae Aſiaticae. Videtur habitus reſpectus ad candelabrum aureum, qvod poſitum erat in tabernaculo ſeptem phialis conſpicuum. Cf. Exod. 25, 31. 32.

13. Ἐν

Cap. 1, 11. Poſt ταῖς S. R. Griesb. addidit ἑπτά. Verba ἐγώ εἰμι ἔσχατος pro additamento habet Bengelius. Omiſſa ſunt a V. Griesbachio, qvi et verba ταῖς ἐν Ἀσίᾳ omiſit.

13. Ἐν μέσῳ (διαστήματι,) medio loco, inter. Ὑιὸς ἀνθρώπου, homo. O. 34. α. Appellatio deſumta eſt ex Dan. 7, 13. Vidi aliqvem venientem in nubibus coeli ſimilem filio hominis i. e. homini, qva voce ſimilitudo eſſentiae et ὁμουσία eius, qvam habet cum reliqvis hominibus, innuitur. Ποδήρης, εος, ὁ, ἡ, ad ipſos pedes pertingens h. l. ſupplendum χιτὼν, veſtis talaris ſ. ad talos demiſſa, ad pedes usqve defluens. Reſpicitur ad habitum, qvo et reges et ſacerdotes uti ſolebant. Cf. Ieſ. 11, 5. Ezech. 44, 17. 18. Πρὸς τοῖς μαστοῖς, circa mammillas.

14. Τὸ ἔριον, lana. Οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ (ἦσαν) ὡς φλὸξ πυρὸς, oculi eius erant ſimiles flammae ignis.

15. Χαλκολίβανον, chalcolibanum, orichalcum. Suidas tradit eſſe *electri* genus auro pretioſius. F. Πυρόω, incendo, inflammo. P. ardeo. Καὶ ἡ φωνὴ — πολλῶν, hac comparatione partim curſus Evangelii, qvod vox eſt Chriſti per totum terrarum orbem ruens, partim efficacia vocis Chriſti, qvae ſe cordibus auditorum in converſionis negotio ingerit, ſignificatur.

16. Καὶ (ἦν) ἔχων. Per ἀστέρας ſeptem eccleſiarum epiſcopi denotantur. Cf. infra v. 20. Sunt in dextra Chriſti, qvia ipſe dat eccleſia ſuae paſtores, illosqve dextra potentiae ſuae tuetur. Ῥομφαία, gladius. Δίστομος, ὁ, ἡ, geminam aciem habens; hebr. eiusmodi gladius dicitur חֶרֶב פִּיפִיּוֹת. Καὶ ἡ ὄψις — αὐτοῦ, et facies eius ſimilis erat ſoli, cum ſplendet in ſuo vigore. Cf. Hab. 3, 4.

Cap. 1, 15. Πεπυρωμένοι. Bengel praefert πεπυρωμένῳ, cui lectioni verſiones antiqvae favent. Eſt epitheton non pedum, ſed χαλκολιβάνου.

18. Κλεὶς, ειδὸς, ἡ, clavis, Metaph. potentia, poteſtas. Nam qvi claves principum tenent, magna poteſtate et dignitate apud ipſos ſunt. Ieſ. 22, 22. Κλεῖδας per ſyncopen κλεῖς. Ἅιδης, infernus h. l. ſepulchrum. Reſpondet hebraico שְׁאוֹל.

19. Γράψον — ταῦτα, argumentum totius libri ſummatim exponitur, qvod redit ad tria capita. Iohannes iubetur deſcribere, 1) qvae vidit, ſc. viſionem v. 11—16. 2) qvae ſunt, nimirum ſtatum ſeptem eccleſiarum Aſiaticarum et mandata Chriſti ad iſtas referenda, Cap. 2. at 3. 3) qvae futura ſunt, a Cap. 4. usqve ad finem.

20. Ὧν pro ὅς. O. 11. Ἄγγελος, h. l. doctor, epiſcopus. In Synagogis Hebraeorum olim fuit hodieqve eſt miniſter, qvi dicitur שְׁלִיחַ צִבּוּר, nuncius ſ. legatus eccleſiae, h. e. talis, cui totus coetus delegavit munus praelegendi, orandi et docendi. In Apocalypſi denotat epiſcopum, qvia in locum ſacerdotum in N. T. ſucceſſerunt epiſcopi et presbyteri. Kr.

CAP. II.

2. Πειράζω, exploro. Ὀυ δύνῃ βαςάσαι, non potes ſuſtinere h. e. aegre ſuſtines, et permoleſtum tibi hoc eſt. Verbum poteſtatis h. l. pro verbo difficultatis et moleſtiae accipiendum eſt. Gl. Ph. 211.

3. Κο-

Cap. 1, 18. Ἀμὴν poſt αἰώνων a librariis additum videtur. Omiſſionem probant B. Gr.

Cap. 2, 1. Pro τῆς Ἐφεσίνης B. et V. Gr. legunt τῆς ἐν Ἐφέσῳ. v. 2. Ἐπείρασας eſt vera lectio. B. et V. Griesb. Ἐπειράσω, Eraſmus. Pro φάσκοντας εἶναι ἀποςόλους V. Gr. in textum recepit λέγοντας ἑαυτοὺς ἀποςόλους.

3. Κοπιᾷν i. q. κάμνειν, delassari, lassum fieri. Hesychius: κεκμηκὼς, κεκοπιακώς. Antanaclasis a Wolfio laudata haec est: novi laborem tuum, nec tamen laboras, i. e. labore non frangeris.

4. Ἔχω (τοῦτο) κατὰ σοῦ, eo mihi accusandus.

5. Ἐκπίπτω, excido, h. l. amitto. Πόθεν ἐκπέπτωκας, qvantam feceris iacturam. E. N. B. I. 128. Ἔρχομαι — μετανοήσῃς, veniam tibi cito, et movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi resipueris. Adhortationi suae filius Dei comminationem gravissimam subnectit, se venturum esse cito et candelabrum istud loco suo moturum i. e. se vel episcopum de sede sua deturbaturum et ab officio remoturum, vel ab ecclesia simili morbo laborante, nisi resipuerit, verbum suum ablaturum esse.

6. Νικολαΐτης, Nicolaita. De Nicolao, cuius fit mentio Act. 6, 5. Eusebius refert, eum habuisse uxorem formosam, et cum ab Apostolis ipsi exprobrata fuisset zelotypia, eidem permisisse rem habere cum qvocunqve vellet; atqve hoc exemplo ad stabiliendam promiscuam Venerem non paucos fuisse abusos. Nicolaitae fuere genus hominum flagitiosum, qvi illicitam cum fictitiorum Deorum cultoribus communionem sacram ipsasqve illorum libidines introduxerunt.

7. Αὐτῷ redundat. O. 34. β. Ξύλον, arbor. J.

9. Ἐν μέσῳ (τόπῳ s. μέρει.) Συναγωγὴ, Synagoga, congregatio. Iudaei, licet sub nomine ac larva

 Iudaeo-

Cap. 2, 3. Pro καὶ ἐβάστασας καὶ ὑπομονὴν ἔχεις καὶ διὰ τὸ ὄνομά μου κεκοπίακας, καὶ οὐ κέκμηκας. V. Gr. habet: καὶ ὑπομονὴν ἔχεις καὶ ἐβάστασας διὰ τὸ ὄνομά μου, καὶ οὐκ ἐκοπίασας.

v 7. Ἐν μέσῳ omittitur in textu. V. Griesb. B.

v 8. Pro τῆς ἐκκλησίας Σμυρναίων V. Griesb. habet τῆς ἐν Σμύρνῃ ἐκκλησίας.

Iudaeorum ſeſe venditarent aliis, non tamen erant Iudaei ſc. in occulto, Rom. 2, 29. nec veri Dei et verae religionis confeſſores, ut nominis ratio poſtulat, ſed Synagoga Satanae. Eccleſia V. T. τῆς συναγωγῆς potius, qvam ἐκκλησίας nomine tum Graecis Interpretibus tum Evangeliſtis et Apoſtolis venire ſolet: coetum autem, qvi ex gentilibus et Iudaeis poſt exhibitum Meſſiam praedicatione verbi colligitur, vocabulo ex Athenienſium foro petito, ἐκκλησίαν dici reperimus. Titulum itaqve Synagogae, qvo ſuperbiebant Iudaei, filius Dei convertit in probrum, qvod nimirum colluvies iſta regatur a Satana mendace, homicida, ut et blaſphemo ab initio.

10. Μηδὲν φοβȣ̃ (ἐκείνων,) nihil eorum metue. Ἡμερῶν δέκα, nonnulli, qvod h. l. de diebus dicitur, de tot annis intelligendum putant, ſed verior explicatio, mentem Apoſtoli propius attingens, eſſe videtur, ſi dixeris brevitatem perſecutionis hoc decendio innui. Praedicitur ſc. non duraturas eiusmodi afflictiones per tempus valde longum ſeu infinitum, ſed Satanae cum ſuis organis poſitum iam eſſe terminum. K. A.

11. Ἀδικηθῇ pro ἀδικηθήσεται. F. A. p. 343. Ἐκ τȣ̃ θανάτȣ τȣ̃ δευτέρȣ, hanc phraſin habet paraphraſis Chaldaica, Deut. 33, 6. Eſ. 22, 14. Prima mors eſt corporis et animae ſeparatio propter peccatum omnibus hominibus communis. Secunda mors eſt animae et corporis in ignem aeternum abiectio. Cf. infra Cap. 20, 14. Cap. 21, 8.

13. Ὅπȣ (ἐςί.) Θρόνος τȣ̃ Σατανᾶ. Dicitur Pergami ſedes fuiſſe Satanae i. e. oſoris, adverſarii, qvia paganis et Iudaeis Chriſtianorum hoſtibus iuratiſſimis locus iſte fuit refertus, ut, velut ovis inter medios lupos, hic epiſcopus ſibi verſari fuerit viſus. Fuit etiam hic locus infamis ob Aeſculapii delubrum, in qvo cura-

curationes morborum fiebant, vel potius fieri credebantur per ſomnia ope ſerpentum, ut eſt apud Ariſtophanem in Pluto. Hinc et imperator Caracalla, ut ſanitas ei reſtitueretur, Pergamum adiit, ibidemqve ſomniis, qvamdiu voluit, indulſit, teſte Herodiano l. 4. Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις, etiam illo tempore. Amplificatur Pergamenſium fides ex conſtantia in medio perſecutionum aeſtu. Gl. Ph. 515. Ὄνομα h. l. Chriſti doctrina, religio Chriſtiana. Ὁ πιςὸς, fidelis ille. O. 6.

14. Κρατοῦντες τὴν διδαχὴν Βαλαὰμ eſt periphraſis Nicolaïtarum. Ut Balaam Iſraelitas, cum prohibitus fuiſſet maledicere, callido conſilio ad fornicationem corporalem et ſpiritualem i. e. idololatriam per Moabitas pellexit: ita illi ſcortationem alias inter gentes uſitatiſſimam et uſum idolothytorum pro rebus indifferentibus habebant, et ſic fornicatione corporali et ſpirituali ſeſe et alios contaminabant.

17. Ψῆφος λευκὴ, a) calculus albus, vel teſta, qvo in ſuffragiis ferendis utebantur. Abſolutorius erat albus. Loqvitur de ſortitione, cum nomina cum calculis ſimul prodirent. Kr. Calculi albi multiplex apud Veteres uſus. Dabatur enim partim certantibus in ſignum rei bene geſtae, partim cooptandis in magiſtratum, partim abſolvendis in iudicio, prout de hoc poſteriore uſu canit Ovidius Metaph. 15.

Mos erat antiqvis niveis nigrisqve lapillis
His damnare reos: illis abſolvere culpa.

Bbb 4 b) teſſe-

Cap. 2, 15. Pro ὃ μισῶ in textum S. V. Gr. recepit ὁμοίως. Lectionem ὁμοίως defendunt teſtes fere omnes. Beng.
v. 17. Poſt αὐτῷ omiſit φαγεῖν ἀπὸ, et pro ἔγνω in textum recepit οἶδεν.

b) Teſſera, cui donum inſcriptum eſt, qvod alicui eſt deſtinatum. E. B. N. I. 707. Talis teſſera iis, qvi in certaminibus evaſerant victores, dabatur; Itaqve haec explicatio, cum h. l. de vincentibus ſermo ſit, contextui optime convenit. Μάννα κεκρυμμένον opponitur rebus, qvibus Nicolaitae delectabantur, et denotat *ſumma gaudia in vita aeterna piis parata.* Alluditur ſimul ad cibum, qvo Iſraelitae paſcebantur 40. annorum ſpatio in deſerto. Id mirae dulcedinis erat et Chriſtum panem vitae adumbrabat. K. A. Ὄνομα καινὸν — λαμβάνων, in calculo promittitur nomen novum i. e. eximium et praeclarum, qvia ſcriptura, qvae ſunt praeſtantiora, vocat *nova*, ut canticum *novum*. *Hoc* ipſo nomen filiorum Dei ſignificari non improbabile eſt. Verba ὁ ὐδεὶς — λαμβάνων innuunt gloriam filiorum Dei futuram eſſe adeo magnam, ut verbis exprimi neqveat. Sic de filio Dei dicitur infra C. 19, 12. habebat nomen ſcriptum, qvod nemo novit, niſi ipſe.

19. Διακονία, ſtudium colligendarum et erogandarum eleemoſynarum.

20. Ἰεζαβὴλ, Ieſabel, nomen reginae impiae. Per Antanaclaſin ſignificat talem, qvae impia et turpia illius facta imitatur. Kr. Ut Nicolaitarum erroneam doctrinam in epiſtola ſuperiore cum doctrina Bileami: ſic eandem cum ſeductione Ieſabelis in hac *epiſtola* confert.

23. Τέκνον, ſectator. J. Θάνατος, peſtis. Exprimit hebraicum דֶּבֶר Ezech. 33, 27. Cf. infra C. 6, 8. C. 8, 8. Οἱ νεφροὶ, renes *metaph.* affectus.

24. Γι-

Cap. 2, 20. Ὀλίγα V. Gr. omittit. Pro ἐᾶς habet ἀφεῖς. Pro τὴν λέγουσαν in textum recepit ἡ λέγουσα. Pro διδάσκειν καὶ πλανᾶσθαι habet: καὶ διδάσκει καὶ πλανᾷ τοὺς.

v. 21. Pro ἐκ τῆς πορνείας αὐτῆς καὶ οὐ μετενόησεν habet: καὶ οὐ θέλει μετανοῆσαι ἐκ τῆς πορνείας αὐτῆς.

24. Γινώσκω, approbo. J. Βάθος, profunditas. Βάθη τȣ̃ Σατανᾶ, profundae perverſiones et neqvitiae diaboli, qvae pro ſummis myſteriis venditabantur. Ὀυ βαλῶ — βάρος, non mittam ſuper vos aliud pondus i. e. non addam aliam doctrinam vel normam, praeter eam, qvam vobis iam praecepi, illam tantum conſtanter retinete. K. A.

26. Νικῶν — τηρῶν ſunt nominativi abſoluti, qvi vim integri membri in ſententia habent. Nominativo hoc abſoluto Hebraei ſaepe utuntur tum ad ornatum, tum ad maiorem ſermoni vim addendam. Plerumqve praecipitur explicandum eum eſſe per *qvod attinet*, aut aliam ſimilem periphraſin. Sed cum ne ſic qvidem in verſione latina neqve conſtructionis elegantia, neqve ſermonis ἐνέργεια exprimatur, formula illa, *qvod attinet*, rectius abſtinetur. Gl. Ph. 67.

27. Δώσω — συντρίβεται, promittit Chriſtus vincentibus ſc. fide ſua, qvae eſt victoria mundi 1 Ioh. 5, 4. ſe daturum illis eſſe poteſtatem ſuper gentes, regendas virga ferrea et, tanqvam vaſa figuli, confringendas. Verba deſumta ſunt ex Pſ. 2, 8. ſeq. ibidemqve de Chriſto ipſo dicta hic per communicationem et participationem qvandam ad membra corporis Chriſti myſtici accommodantur. Cf. 1 Cor. 6, 2. 3. Σιδήρεος, έα, ον, ferreus. Ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾶ, baculo, i. e. imperio duro et ſimul firmo. Κεραμικὸς, ὴ, ὸν, fictilis.

28. Πρωϊνὸς, ὴ, ὸν, matutinus. Δώσω — πρωϊνὸν, a) dabo ipſi ſtellam matutinam i. e. praeguſtum beatitatis aeternae, Iob. 3, 9. μὴ ἴδοι ἑωσφόρον. K. A. b) h. e. fulgorem et praeferentiam, qvalem ſtella matutina inter reliqvas habet. Kr.

CAP. III.

1. Ὁ ἔχων — πνεύματα, cf. notata ad Cap. 1, 4. a) Tenens in poteſtate ſua ſeptem angelos (coram throno Dei ſtantes) et ſeptem epiſcopos. Iunguntur miniſtri, qvibus Chriſtus et in coelis et in his terris gaudet. b) Qvi habet et diſtribuere poteſt varia Spiritus S. dona ſacro ſeptenario, numero certo pro incerto, comprehenſa. K. A. Ὄνομα, h. l. titulus, ſpecies. Ὄνομα — νεκρὸς εἶ, novi latentem hypocriſin.

2. Πεπληρωμένα, integra, ſincera. Ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, vere. O. 35.

3. Πῶς εἴληφας, qvae acceperis tradita, qvale munus tibi ſit concreditum. Γνῷς Aor. 2. Coni. A. Καὶ οὐ μὴ γνῷς, et plane non ſcies, neqve intelliges. (Κατὰ) ποίαν ὥραν, qva hora.

4. Ὀλίγα ὀνόματα, pauca nomina i. e. capita, homines. Ὄνομα, h. l. perſona. Μολύνω, inqvino. Περιπατέω, vivo. J. Ἐν λευκοῖς (ἱματίοις.) Alba veſte byſſina induebantur olim reges, Act. 12, 21. et ſacerdotes.

5. Ὁ νικῶν, cf. notata ad C. 2, 26. Ἐξαλείφω, deleo, expungo. Ἡ βίβλος τῆς ζωῆς, liber vitae, *metaph.* et per ἀνθρωποπάθειαν eſt munerus electorum. Kr.

7. Τὴν κλεῖδα τοῦ (οἴκου) Δαβὶδ, clavem domus David h. e. poteſtatem plenariam in regno coelorum omnia dirigendi. Verba deſumta ſunt ex Eſ. 22, 22. Per domum David *eccleſia*, per clavem *poteſtas adminiſtrandi*

Cap. 3, 4. Pro ἔχεις ὀλίγα ὀνόματα καὶ V. Gr. habet: ἀλλ᾽ ἔχεις ὀλίγα ὀνόματα.

v. 5. Pro ἐξομολογήσομαι in textum recepit ὁμολογήσω.

niſtrandi intelligitur. David qvippe in regno ſuo typus fuit Chriſti, qvi collocatus eſt rex ſuper thronum David, Luc. 1, 32. i, e. ſuper eccleſiam. Et qvemadmodum David non tantum Iudaeis, ſed et conterminis populis Edomitis, Moabitis, Philiſtinis et Syris ius dixit: ſic Chriſti regnum non ſuper Iudaeos tantum, ſed et gentes extenditur. Ὁ ἀνοίγων — ἀνοίγει, dare et auferre poteſt occaſionem et facultatem Evangelium annunciandi, ita, ut nemo curſum Evangelii impedire poſſit. K. A. Cf. 1 Cor. 16, 9. 2 Cor. 2, 12. Col. 4, 2.

8. Ὅτι, qvamvis. Καὶ, tamen. Μικρὰ δύναμις, h. l. eccleſia neqve numero, neqve ulla alia externa ſpecie commendabilis, ideoqve ab hoſtibus Evangelii deſpecta. Qvo tenuior autem iſtius conditio externa, eo melior erat interna. K. A. Δύναμις per Hebraismum denotat *exercitum* et qvemvis alium coetum. J.

9. Δίδωμι, dabo, i.e. convertam qvosdam de Synagoga Satanae, ut ſupplices peccatorum veniam petant et eccleſiae ſe adiungant, atqve ſic coetus tuos augebo. Exemplo nobis eſſe poteſt cuſtos carceris, qvi tremefactus advolvitur Paullo et Silae ad pedes, et productis ipſis foras inqvit: Domini, qvid me facere oportet, ut ſalvus fiam. Act. 16, 29, 30. Cf. notata ad Cap. 2, 9.

10. Λόγος ὑπομονῆς, doctrina, qvae a confeſſoribus ſuis fidelem et conſtantem Chriſti cultum et perſeverantiam in bono poſtulat. K. A.

12. Ὁ νικῶν. O. 7. Στύλος, columna. Ναὸς τοῦ Θεοῦ, templum Dei eſt *eccleſia*. Conſtantes chriſtianae religionis confeſſores columnis comparantur. Gal.

Cap. 3, 12. Pro καταβαίνει S. R. Griesb. in textum recepit καταβαίνουσα.

Gal. 2, 9. Ου μὴ ἐξέλθῃ ἔτι, nec egredietur foras amplius. Vincentibus promittitur gloria mutationis expers: qvi columna ſemel factus in templo Dei ecclesia triumphante non amplius movebitur loco, ſed ἀνίκητος καὶ ἀκίνητος, i. e. inſuperabilis et immobilis in gloria ſemel collata perſiſtet. Id qvod videtur opponi ruinae columnarum aenearum in templo Salomonis, cum a Babyloniis everterentur. Γράψω — καινὸν, vincentibus promittitur novum nomen. Qvi verbis paullo ante poſitis ad columnas templi Salomonis reſpectum haberi volunt, alluſionem continuant, et ad nomina columnarum iſtarum indicem digitum intendi putant. Dextra ſiqvidem יָכִין Iachin, *i. e. firmabit, ſiniſtra* בֹּעַז Boaz, *in ea robur* vocabatur. Qvi vero de ſtatuis triumphalibus columnas iſtas exponunt, de rebus praeclare geſtis, cuiusmodi ſtatuis triumphalibus inſcribi ſolebant, nomen iſtud intelligunt: Tria vero inſcribenda nomina commemorantur, nomen Dei, nomen civitatis Dei, et nomen Chriſti novum. Cf. Cap. 19, 16. Per nomen *Dei*, nomen *filii Dei* eſt intelligendum, innuitur ſc. eiusmodi vincentem eſſe *Dei filium*, in qvo poſt plenariam ἀποκατάστασιν ἁπάντων imago Dei perfecte reſtituta; per nomen *civitatis Dei* nomen novae ſc. Hieroſolymae, indicatur atqve eiusmodi vincentem *civem* et *domeſticum* non terrenae cuiusdam civitatis, ſed coeleſtis Hieroſolymae eſſe ſignificatur; per nomen *Chriſti*, nomen *Chriſtiani* intelligendum, qvo declaretur, eiusmodi vincentes fuiſſe revera Chriſtianos, et iam in portionem honoris adſcitos, ut ſint reges et ſacerdotes coeleſtis gloriae participes. Pertinere autem haec dicta non ad epiſcopum tantum eccleſiae Philadelphienſis, ſed ad omnes omnium temporum eccleſias, adhortatio ſubiuncta docet: qvi habet aurem, audiat, qvid Spiritus dicat eccleſiis.

14. Ἀμὴν,

14. Ἀμὴν, nomen hebraicum *veritas*, ἀλήθεια; a radice אָמַן in Kal *alere;* in Niphal, *veracem eſſe;* in Hiphil ſeqvente Dativo *credere, fidem habere.* Eſ. 65, 16. ὀμνοῦνται τὸν θεὸν τὸν ἀληθινόν. Hebr. יִשָּׁבַע בֵּאלֹהֵי אָמֵן, iurabit per Deum veritatis h. e. per Deum verum. Sic filius Dei h. l. vocatur ὁ ἀμὴν, h. e. ἡ ἀλήθεια, veritas; prout ſe nominat ipſe Ioh. 14, 6. F. Ἀρχὴ, i. q. ἄρχων, dominus. Per hebraismum ponitur abſtractum pro concreto. Cf. Col. 1, 15. E. B. N. I. 702.

15. Ψυχρὸς, frigidus. Ζεστὸς, ἡ, ὸν, fervidus. Χλιαρὸς, tepidus. Ἐμέω, evomo. Mentem filii Dei videntur attingere, qvi per *tepidum* vel neutralem, vertumnum et ἀλλοπρόσαλλον in fide, vel hypocritam in vita intelligunt. Neutralis et vertumnus in fide ſic eſſet, qvi aura ſpirante mitiore cum Chriſtianis, ingruentibus vero perſecutionibus cum gentilibus faceret, cuiusmodi ſub perſecutionibus ethnicorum tunc plures dabantur. Hypocrita, qvi vitam qvidem piam qvoad externum ſchema viveret, ſed intus et in cute peccatis enormiſſimis cauteriatam haberet conſcientiam. Qvibus explicationibus acceptis ex medio de extremis facilius iudicium ferendum. Ita per fervidum, Chriſtianus verae religionis zelo flagrans, per frigidum gentilis, aut alius religionis conſors: per fervidum in vita, ſincerus et ἀνυπόκριτος Chriſtianus, per frigidum aperte impius intelligeretur. Et hos poſteriores praeferendos putat Dei filius, non abſolute, ſed comparate, qvod magis ſint ſanabiles et corrigibiles, qvam vertumni et hypocritae. Matth. 21, 31. Allegoria continuatur. Qvemadmodum enim aqva tepida ieiuno ventriculo nauſeam parit, ut contineri neqveat, ſed cum impetu

Cap. 3, 14. Pro ἐκκλησίας Λαοδικέων S. R. Griesb. habet ἐν Λαοδικείᾳ ἐκκλησίας.

impetu eiiciatur: ita filius Dei vertumnos et hypocritas eiusmodi tanqvam alienos a fe abiecturus eft. Matth. 7, 23.

16. Ὁύτως, itaqve. Gl.

17. Ὅτι. O. 28. Ταλαίπωρος, ὁ, ἡ, calamitofus. Ἐλεεινὸς, ἡ, ὸν, miferandus, mifer. Πυρόω, accendo. Πεπυρωμένος, igneus, item, igni exploratus, fpectatus. Αἰσχύνη, dedecus, turpitudo. Κολλούριον, collyrium, medicamentum oculorum. Ἐγχρίω, inungo. Paupertati aurum probatum, i. e. fides 1 Petr. 1, 7. nuditati veftimenta alba, i. e. iuftitia Chrifti, Ef. 61, 10. coecitati collyrium, i. e. illuminatio mentis per verbum Dei opponantur.

19. Ζηλόω, h. l. contendo vehementer. Kr.

20. Κρούω, pulfo. Δειπνέω, coeno. Metaphor. alicuius familiaritate et confvetudine fvaviffime fruor. E. B. N. I. p. 708.

21. Ὁ νικῶν. O. 7.

CAP. IV.

1. Ἀνάβα, Aor. 2, imp. A. per apocopen pro ἀνάβηθι, afcende. Iohannes in terris fc. in infula Patmo remanfit, fed cogitatione debuit *coelum* fummum petere, qvod ei fub imagine templi ante oculos ponebatur. Si vero qvis in loca templi Hierofolymitani interiora introfpicere vellet, ianuae antea erant aperiendae; igitur et h. l. ianuae apertae fit mentio, dum Iohannes commemorat, ipfi datam fuiffe facultatem templum illud coelefte oculis perluftrandi. Cf. Ief. 6, 1. Hefek. 1, 1. K. A.

2. Θρόνος,

Cap. 3, 18. Pro ἔγχρισον V. Griesb. habet ἐγχρῖσαι.
Cap. 4, 1. Pro λέγουσα in textum recepit λέγων.

2. Θρόνος, in templo Hieroſolymitano ſuper arca foederis erat thronus Dei, ad qvem h. l. reſpicitur. Inde vero non ſeqvitur, in coelo revera qvendam thronum exiſtere, qvo Deus utatur, ſed conſilium viſionis fuit, ut maieſtas Dei mundum gubernantis emblemate qvodam illuſtraretur. K. A. Καθήμενος, per ſedentem in throno intelligendus eſt pater, ex cuius dextra librum ſeptem ſigillis obſignatum agnus, i. e. Chriſtus ſumit. Cf. Cap. 5, 6. ſeqv.

3. Ὅρασις, adſpectus. Ἴασπις, ιδος, iaſpis, gemma. Σάρδιος, ſardius. Ἶρις, iris, arcus coeleſtis. Κυκλόθεν, in circuitu. Σμαράγδινος, ſmaragdinus. Gemmae maieſtatem Dei declarant, iris vero eius gratiam. Cf. Gen. 9, 13. Qvemadmodum regum throni auro, exemplo Salomonei 1 Reg. 10, 18. et veſtes gemmis exornantur, ut ſubditis ſint admirationi et terrori: ita thronus hic, et ſuper eum ſedens gemmis pretioſiſſimis inſigni fulgore coruſcantibus conſpicuus introducitur.

4. Εἴκοσι — πρεσβυτέρους, ad viginti qvatuor ordines et capita ſacerdotum a Davide conſtituta 1 Chron. 24. digitus intendi videtur. Sedent ſuper thronos, qvia tanqvam aſſeſſores huius magni ſynedrii iudicabunt mundum et angelos, 1 Cor. 6, 2. iudicabunt duodecim tribus Iſraelis, Matth. 19, 28. non ferendo, ſed approbando ſententiam decretoriam. Amicti ſunt ſtolis albis et coronas aureas gerunt in capitibus ſuis, tanqvam ſacerdotes et reges ſpirituales.

5. Καὶ ἐκ τοῦ θρόνου — φωναὶ, de throno ſedentis fulgura, tonitrua et voces procedebant, qvibus et ſedentis maieſtas et efficacia verbi ſignificatur, praeſertim

Cap. 4, 3. Pro σαρδίνῳ rectius legitur σαρδίῳ V. Griesb. Beng. Pro ὅμοια V. Griesb. habet ὅμοιος.
v. 4. Εἶδον τοὺς et ἔσχον V. Griesb. omiſit.

ſertim cum e veſtigio Spiritus Sancti mentio iniiciatur. Ob qvam virtutem verbi Iacobus et Iohannes filii tonitru vocantur, Marc. 3, 17. et Spiritus S. ſuper Apoſtolos venit in ſonitu vehementi et in ſpecie lingvarum ignitarum, i. e. flammarum ſuper eos fuit effuſus, Act. 2. Per ſeptem lampades ignis ardentis Spiritus S. ſeptiformis munere (per Synecdochen ſpeciei numero certo pro incerto aſſumto) intelligitur, ut locum hunc illuſtrat v. 4. capitis primi, ubi Iohannes gratiam precatur eccleſiis ab eo, qvi eſt, qvi erat, et qvi venturus *eſt*, et a ſeptem ſpiritibus, qvi ſunt in conſpectu throni eius, et a Ieſu Chriſto, qvi eſt teſtis fidelis. Nec enim ab angelis creatis eccleſiis eſt gratia: nec *angeli creati* cum reliqvis duabus S. S. Trinitatis perſonis coniunguntur. Addo et v. 6. Cap. 5. ubi agnus dicitur habere ſeptem cornua et oculos ſeptem, qvi ſunt ſeptem Spiritus Dei miſſi in omnem terram. A Chriſto autem Spiritus S. ipſiusqve χαρίσματα in eccleſiam per totum terrarum orbem diſperſam effunduntur, utpote qvi abitu ſuo ad patrem hoc munus nobis impetravit Ioh. 16, 7. Diviſiones autem donorum ſunt, ſed idem eſt Spiritus, 1 Cor. 12, 4. Reſpicitur, ut obſervat S. V. Koernerus, ad lampades illas ſeptem, qvae olim in templo coram throno Dei erant.

6. Θάλασσα ὑαλίνη vulgo vertitur *mare vitreum*, rectius verteris planities electrea, cf. notata ad Cap. 15, 2: h. l. intelligitur ſtratum ſive pavimentum circa thronum Dei, qvod comparatur placide ſtanti et pellucido mari. Cf. Exod. 24, 10. Pſ. 33, 13. 14. K. A. Hebraei, monente S. R. Doederlino, qvamcunqve magnam planitiem interdum appellant *mare*. Praeterea Vir Doctiſſimus obſervat ὕαλον a veteribus verti *electrum*.

Cap. 4, 6. Ὡς ante θάλασσα in vulgaribus editt. omiſſum V. Gr. in textum recepit.

ſtrum. Vid. Bibl. Sel. Vol. I. pag. 87. ſeq. Ζῶα, animalia, lebendige Geſchöpfe, Geſchöpfe voller Leben. K. A. Ζῶον et θηρίον valde differunt. Haec qvatuor animalia ſ. Cherubim videntur primum inter omnes angelos locum tenere, qvoniam coram throno divino proxime miniſtrant. Sunt viva throni emblemata et ornamenta, unde coniunctiſſima eorum, qvaſi partium inſertarum, cum throno mentio fieri ſolet. Cf. Ezech. 1, 5. 6. 18. Ex mente S. R. Doederlini per animalia iſta depinguntur attributa qvaedam Dei ἐνεργητικὰ, ſc. per leonem indicatur *maieſtas*, per bovem *robur*, qvod mandatis divinis ineſt, per hominem *benignitas Dei*, qvae in iisdem cernitur, deniqve per aqvilam *celeritas in mandatis divinis exſeqvendis.* V. Bibl. Sel. Vol. I. p. 87. ſeq. Cf. notata ad Hebr. 9, 5.

8. Ἓν καθ' ἑαυτὸ, unumqvodqve pro ſe, ſingulatim poſita. Ἀνὰ ſignificat numerum diſtributivum. Ἀνὰ ἕξ, ſeni. Ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχουσι, indefeſſi ſunt ſc. in laudibus Dei praedicandis. Cf. Eſ. 6, 2. 3.

9. Δώσουσι, futurum utrumqve exprimit ſimultaneum glorificationis actum apud animalia et apud presbyteros: et ſimul habet vim freqventativam: qvotiescunqve animalia dant gloriam; protinus ſeniores cadunt.

CAP. V.

1. Δεξιὰν (χεῖρα.) Ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν, ex utraqve parte. Similis deſcriptio libri

ἔσωθεν

Cap. 4, 8. Pro καὶ τέσσαρα ζῶα ἓν καθ' ἑαυτὸ, εἶχον ἀνὰ πτέρυγας ἓξ κυκλόθεν καὶ ἔσωθεν γέμοντα V. Griesb. habet: καὶ τέσσαρα ζῶα ἓν καθ' ἓν αὐτῶν ἔχον ἀνὰ πτέρυγας, κυκλόθεν καὶ ἔσωθεν γέμουσιν; et pro λέγοντα habet λέγοντες.

Cap. 5, 1. Ὄπισθεν, qvod plurimi Codd. habent pro ἔξωθεν; S. R. Griesb. in textum recepit. Bengelius, qvi mavult legi ἔξωθεν, hoc qvidem loco mihi non audiendus videtur.

ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν litteris exarati continetur, Ezech. 2, 11. 3, 1. Ut vero, qvalis forma libri fuerit, melius intelligatur, habendum, non fuiſſe more noſtrorum librorum multis foliis conplicatum, ſed volumen (cuiusmodi Hebraeis dicitur מְגִלָּה a radice גָּלַל convolvit) membrana continua ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν, i. e. ab intus et extus ſcripta convolutum, prout erant veterum libri ad morem cylindri convolubiles, et qvalis forma תּוֹרָה in Synagogis Iudaeorum adhuc hodie conſpicitur. Qvia vero convolvebantur iſti libri tantum intus ſcribebantur, et involucro qvodam forinſecus tegebantur. Qvi vero ſimul ὄπισθεν ſcribebantur, aliqvid habebant peculiare et dicebantur ὀπισθόγραφα, prout Plinius centum et ſexaginta commentarios ab avunculo ſibi relictos libr. 3. epiſt. 5. vocat opiſthographos. Qvod hic liber ex utraqve parte fuerit ſcriptus, eo ipſo ſignificatur, contenta huius libri fuiſſe plurima. E. B. N. I. 131. Κατεσφραγισμένον — ἑπτὰ, Liber hic ſeptem ſigillis dicitur munitus et obſignatus, qvem numerum proprie non ſynecdochice accipiendum ex eo patet, qvod nec plura, nec pauciora ſigilla, qvam ſeptem in ſeqv. Capp. commemorentur aperta. Conſtabat hic liber ex ſeptem membranis circa bacillum rotundum convolutis, qvarum ſingulae ſeorſum erant obſignatae, et ſic qvidem, ut ſeptem *ſigilla* iuxta infimam bacilli partem conſpici poſſent. Ex noſtrorum librorum more neceſſe fuiſſet, omnia ſigilla ante aperire, qvam qvis argumentum libri cognoſcere potuiſſet, ſed huius libri alia erat ratio, ſeqvebatur ſcilicet ſolutionem qvamlibet alius ſigilli alia etiam revelatio, qvia poſt ſolutionem cuiusvis ſigilli etiam alia membrana revolvi et explicari poterat. Hac imagine Iohannes utitur, ad conſilia et decreta divina eo, qvo ipſi revelata erant, ordine deſcribenda. Similia ſchemata occurrunt Deut. 33, 2. Pſ. 139, 16. Mal. 3, 16.

Ezech.

Ezech. 2, 10. K. A. Ex collatione antecedentium et conſeqventium patet per hunc librum nihil aliud, niſi librum providentiae divinae circa futurum eccleſiae ſtatum eſſe intelligendum.

2. Ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον ſignificat, *arcana Dei conſilia de rebus futuris patefacere.* Ἄξιος h. l. idoneus, facultate praeditus cognoſcendi et patefaciendi conſilia divina.

3. Βλέπειν, cognoſcere, intelligere, qvae in libro ſcripta erant. Cf. ſupra notata ad Cap. 1, 11.

5. Ῥίζα, progenies, germen. J.

6. Ἔχον κέρατα ἑπτὰ, per *cornua* potentia ſignificatur. Hebraeis enim uſitatiſſimum eſt, ut per metaphoram ab animalibus cornigeris deſumtam potentiam vocent *cornu.* Per oculos ſeptem perfectiſſima Chriſti ſapientia denotatur; accepit enim Spiritum S. non ſecundum menſuram. Qvod de ſeptem oculis h. l. habetur, ex Zach. 3, 9. 4, 10. petitum eſt, ubi providentia divina, qvae praeſcientiam includit, hac loqvendi formula deſcribitur. K. A.

8. Ἡ φιάλη, phiala, ſcutella. Τὸ θυμίαμα, ſuffimentum. Viginti qvatuor Seniores h. l. dicuntur habuiſſe ſinguli citharas et phialas aureas plenas odoramentorum. Citharae ſunt inſtrumenta muſica a ſanctis prophetis et regibus, qvin etiam Levitis in templo Hieroſolymitano uſurpata, per qvas gratiarum actio et glorificatio intelligitur. Notetur autem h. l. cum in v. 10. ſancti Deo gratias agant, qvod reges et ſacerdotes ſpirituales eos effecerit, eos h. l. ut reges et ſacerdotes deſcribi. Qvid per citharam ſuam effecerit rex David, notiſſimum eſt; Sacerdotum autem V. T. erat

Cap. 5, 4. V. Gr. ἀναγνῶναι omiſit.
v. 5. Ὢν et λῦσαι omiſit.

in tabernaculo Moſaico thymiamata qvotidie adolere. Monente S. R. Doederlino thymiamata illa non ipſarum precum ſunt ſymbolum, ſed exauditionis earum, qvod apparet ex iis, qvae infra Cap. 8, 3. 4. dicuntur. Ibi enim per thymiamata ab angelis data ſanctorum precibus intelligenda ſunt ſigna benevolentiae divinae. Vid. Bibl. Sel. Vol. I. p. 87. ſeq.

9. Ὠιδὴ καινὴ, canticum novum, i. e. eximium de rebus magnis et beneficiis agni praeſtantiſſimis. Sic in Pſalmis Davidicis, Pſ. 96, 1. Pſ. 144, 9. et Eſ. 42, 10. ſancti iubentur canere canticum novum. Ἐσφάγης, mactatus es, i. e. inſtar ſacrificii oblatus es. *Chriſtus ipſe ſacerdos, ipſe victima ſe Deo patri obtulit pro peccatis noſtris in odorem bonae fragrantiae*, Eph. 5, 2. Γλῶσσα, gens. J.

10. Ἐπὶ τῆς γῆς, qvamvis regnum Chriſti non ſit de hoc mundo, Ioh. 18, 36. ſancti tamen ſuper terram regnaturi dicuntur, tum qvod terrena deſideria in ſe mortificent, tum qvod capiti ſuo, Chriſto, σύσσωμοι ſimul cum ipſo regnent tanqvam corporis ipſius myſtici membra viva, tum qvod mundum una cum Chriſto ſint iudicaturi, 1 Cor. 6, 2. non qvidem promulgando ſententiam, ſed approbando et teſtificando. In futuro tandem ſaeculo ſuper diabolum, mortem et omnes hoſtes noſtros plenum dominium ſeqvetur.

11. Ἡ μυριὰς, decies mille. Μυριάδες μυριάδων, millies centena millia. Χιλιάδες χιλιάδων, millena millia. Numerus certus qvidem, ſed tamen pro incerto

Cap. 5, 9. Pro ἡμᾶς S. R. Griesb. in textum recepit ὑμᾶς.
v. 10. Pro ἡμᾶς S. R. Griesb. in textum recepit αὐτούς. Pro βασιλεύσομεν habet βασιλεύσουσι. Ἀυτοὺς — καὶ βασιλεύσουσιν, tanto conſenſu codicum, ad qvos accedit verſio Coptica, haec nititur lectio, ut Eraſmus demum feciſſe videatur ἡμᾶς — καὶ βασιλεύσομεν. Beng.

incerto poſitus, ex Dan. 7, 10. et Pſ. 68, 18. videtur deſumtus.

12. Ἐυλογία, laus.

13. Τὸ κτίσμα, res creata. Τὰ ἐν αὐτοῖς (ὄντα.) Πάντα ἤκουσα λέγοντας pro λέγοντα per Syneſin. Participium poſitum eſt pro Infinitivo. O. 22.

CAP. VI.

1. Μία, prima, per Hebraismum. J. Ἑνὸς, Iohannes dicitur audiviſſe unum, i. e. primum ex qvatuor animalibus, cum et reliqva ordine numerentur.

2. Τόξον, arcus. Heros ad pugnam paratus, et cum pompa victoris incedens h. l. deſcribitur. Similis deſcriptio extat, Cap. 19, 11. ſeq. ubi non eſt dubium, qvin ſermo de Ieſu Chriſto ſit. Sed qvaeritur, an etiam hic idem intelligatur. Qvum ſeqventibus, tribus apertis ſigillis plures delineationes talium heroum occurrant, cenſendum eſt, aut omnes ad Ieſum referri debere, aut primum tantum heroa imaginem triumphantis ſervatoris eſſe, aut deniqve omnes, diverſos qvidem, heroas tamen eiusdem generis, exprimere. Cuius rei prima ſententia pugnat in primis cum v. 8. Tertia ſententia videtur ſecundae praeferenda. K. A.

4. Πυῤῥὸς, ὰ, ὸν, rufus. Ἐδόθη, data eſt poteſtas. Λαμβάνω, aufero. J. Ἀυτῷ h. l. abundat. O. 34. β.

Cap. 5, 14. Ἐικοσιτέσσαρες S. R. Griesb. omiſit.

Cap. 6, 1. Poſt ἐκ τῶν S. R. Griesb. addit ἑπτά. Pro ὡς φωνῆς habet ὡς φωνή.

v. 2. Pro αὐτῷ in textum recepit αὐτόν. Qvod etiam in ſimili phraſi v. 4. et 5. ſeqv. factum eſt.

5. Μέλας, αινα, αν, niger, ater. Ὁ ζυγὸς, trutina, ſtatera.

6. Φωνὴ, vox, quae inter qvatuor animalia clare audiebatur, erat ſine dubio vox ſervatoris ad gloriam evecti. Ἡ χοῖνιξ, choenix, menſurae aridorum nomen, ſextarios duos ſeu cotylas quatuor continentis. F. Hanc menſuram Graecis τροφὴν ἡμερήσιον, i. e. diurnum cibum ſervilem vocabant. Qva de re Homerus Odyſſ. 7. Telemachum ſic loqventem introducit

— Ου γὰρ ἄεργον ἀνέξομαι, ὅς κεν ἐμῆσγε
Χοίνικος ἅπτηται,

— non enim otioſum tolerabo, qvi meum
Demenſum guſtet.

Et tale σιτομέτριον erat octava pars modii, qvadrageſima vero octava medimni Attici. Magna igitur annonae difficultas eſt, cum choenix tritici, qvi nummulis aliqvot in mediocri frugum proventu venire ſolet, denario, i. e. groſſis Miſnenſibus qvinqve aut ultra comparandus eſt. Κριθὴ, hordeum. Ἀδικέω, laedo. Tertia imago v. 5. 6. principem proponit, qvo regnante magna annonae caritas futura ſit. Tum fore, ut nutrimenta in trutina ſuſpenſa alter alteri vendat, eaqve, qvae homines tenues multis laboribus ſuſceptis acqvirunt, non ſufficiant ad ea, qvae ad vitam maxime ſunt neceſſaria ſibi comparanda. Miſeros tamen et aegrotos habituros ſolatia et oblectamenta, nec oleum vinumqve eſſe defutura. K. A.

8. Χλωρὸς, ὰ, ὸν, viridis, h. l. pallidus. Ὄνομα αὐτῷ (ἦν.) ᾍδης, ſepulchrum. J. Ἐν ῥομφαίᾳ — θηρίων

Cap. 6, 7. Pro ζῶα λέγουσαν S. R. Griesb. habet ζῶου λέγοντος v. 8. Pro ἀκολουθεῖ legi vult ἠκολούθει, et pro ἀποκτεῖναι ἐπὶ τὸ τέταρτον τῆς γῆς habet ἐπὶ τὸ τέταρτον τῆς γῆς ἀποκτεῖναι.

θηρίων τῆς γῆς, ut paſſim apud prophetas qvatuor poenarum genera mortem conciliantia gladius, i. e. bellum, fames, peſtis, et beſtiae copulantur v. 9. Levit. 26, 16. Ezech. 6, 11. 12. Ier. 24, 10. ita et h. l. coniunguntur. Ἐπὶ τὸ τέταρτον (μέρος,) ad qvartam usqve partem. Θάνατος, peſtis. J.

9. Ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου, ſub altari. a) Qvemadmodum altaria refugium et aſylum fuerunt innocentibus, ita ſanctorum martyrum animae ſub altari, Chriſto, (qvem in hac vita vera fide apprehenderunt,) qvaſi ſub umbraculo, praeſidio et firma cuſtodia tutae adverſus Dei iram et extra omnem telorum iactum locatae fuerunt repoſitae. Sic Stephanus Act. 7, 19. in manus Domini Ieſu commendat Spiritum ſuum. b) Rectius dicitur exanimata corpora cum victimis comparari ad imam aram cubantibus. K. A. Διὰ τὴν μαρτυρίαν, ἣν εἶχον, propter doctrinam f. religionem, qvam profitebantur. J. in voc. μαρτυρία.

10. Ἔκραζον, a) per clamorem iſtum vehemens deſiderium non tam vindictae propriae, qvam finalis redemtionis eccleſiae ab hoſtium tyrannide, ac vindicationis gloriae divinae intelligitur. Symbolica phraſis eſt, cum animae ſanctorum *clamare* dicuntur, ſicuti et ſangvis Abelis *clamaſſe* pronuntiatur. Perperam taxavit itaqve Oederus hanc formulam, in coelo, inqviens, non eſſe clamores, nec eiusmodi clamores in electos cadere. E. B. N. I. pag. 702. b) *Clamabant:* qvo clamore tropice magnitudo cruciatus ſignificatur. Putaverit qvis, dicere volunt, numerum martyrum ſat magnum eſſe, ita ut perſecutionibus iam aliqvis finis conſtitueretur, Deum iam id eſſe acturum, ut rem eccleſiae defendat, eamque a vi crudelium hoſtium liberet. Hic eſt ſenſus iſtius imaginis, qva valde abutaris, ſi inde martyres iracundiae accuſes. K. A. S. R.

Griesb. ἔκραξαν legi vult, qvod etiam plurimi et probatiſſimi Codd. habent, qvod h. l. valde congrue verti poteſt, *clamaverant*. O. 23.

10. Ὁ δεσπότης, Nom. pro Vocativo. O. 7.

11. Καὶ ἐδόθησαν, et datae erant. Στολαὶ λευκαὶ, ſtolae albae. a) Manifeſto ſigno ipſorum innocentia declaratur, et, ut patientiam probent, admonentur. Indicatur martyres non eſſe pro infelicibus habendos ideoqve dolendos, Deum noſſe innocentiam eorum et remunerari eorum conſtantiam, et qvamvis fieri non poſſit, ut et aliis non eadem acciderent, horum tamen numerum eſſe definitum, tandemqve fore, ut et optata qvies et glorioſa victoria contingat eccleſiae. K. A. b) Per ſtolam albam principium gloriae coeleſtis intelligitur. Color enim albus lucis aemulus tum apud ſacros, tum apud profanos ſcriptores Deo dignus fuit habitus. Sic cum Chriſtus in monte qvodam Galilaeae coram diſcipulis ſuis transfiguraretur, veſtimenta illius facta ſunt candida ſicut lumen, Matth. 17, 2. ita ut nullus fullo coloris huius albedinem imitari potuiſſet, Marc. 9, 3. Sic angelus, reſurrectionis praeco, apparet mulieribus Chriſtum unctuiris indutus ςολὴν λευκὴν, Marc. 16, 5. Sic et poſt aſcenſionem Chriſti angeli diſcipulis apparent in veſtimentis albis, Act. 1, 10. Inter profanos auctores Cicero de legibus colorem album praecipue decorum Deo eſſe habitum ſcribit. Reſponſio ipſa eſt conſolatoria: debere animas iſtas Martyrum principium gloriae coeleſtis iam deguſtantes adhuc modicum tempus qvieſcere, donec et

Cap. 6, 10. Pro ἔκραζον S. R. Griesb. in textum recepit ἔκραξαν. Pro ἐδόθησαν ἑκάςοις ςολαὶ λευκαὶ habet ἐδόθη αὐτοῖς ςολὴ λευκή.

v. 11. Pro πληρώσονται S. R. Griesb. in textum recepit πληρωθῶσι.

et reliqvi conſervi propter religionem Chriſtianam interficiendi adducantur, et ita numerus electorum compleatur. Haec Kromaierus in Commentario ſuo habet, poſſuntqve cum explicatione S. V. Koerneri ſupra laudata, ut mihi videtur, recte coniungi. Ἕως (χρόνε ἐφ᾽) ὅ, usqve dum.

12. Ὁ σεισμὸς, terrae motus. Τρίχινος, η, ον, qvi ex pilis eſt, cilicinus.

13. Ὁ ὄλυνθος, groſſus, ficus immatura.

14. Σείω, commoveo, concutio. Ἀποχωρίζω, ſeparo, diſcindo; ἀποχωρίζομαι, recedo. Ἑιλίσσω, circumvolvo. Ὡς βιβλίον ἑιλισσόμενον, ſicut liber, qvi circumvolvitur. Libri veterum dicebantur volumina a volvendo vel convolvendo. Qvid eiusmodi volumen proprie fuerit, paullo uberius explicandum. Primum itaqve teneamus, in chartae membranaeve adverſa maxime parte ſcripſiſſe veteres, averſam puram plerumqve reliqviſſe. Has chartas ſive membranas conglutinabant invicem et porrigebant in longum. In fine aſſuebatur bacillus, ſive os, cylindri figura; cuius extrema utrinqve tegebant capitula rotunda et prominentia in umbilicorum formam; unde et *umbilicorum* nomine appellati fuerunt. Haec autem eo fiebant conſilio, ut circa caudicem iſtum vel os tota chartarum ſeries convolvi poſſet. Formulae loqvendi v. 12-14. uſurpatae ſunt a prophetis, ſi labem et ruinam univerſorum regnorum poenasqve divinas totis regionibus imminentes deſcribere voluerunt. Qvicqvid prophetae V.T. de interitu Babylonici regni allegoricis verbis praedixere, id Iohannes iisdem verbis de interitu regni praedixit, qvod N.T. temporibus aeqve idololatricum, aeqve inimicum eſt in Chriſtianos, ut Babylonicum in Iudaeos.

Cap. 6, 12. Poſt σελήνη addidit ὅλη.

daeos. Qvod vaticinium iisdem verbis a ſervatore profertur Matth. 24, 29. Qvae verſu ſeqventi de terroribus, qvi reges terrae, principes et divites etc. invaſiſſent, commemorantur, hanc interpretationem rectam eſſe oſtendunt. K. A.

15. Μεγιςᾶνες, primates, proceres.

17. Τίς δύναται ςαθῆναι, per phraſin hanc, *ſtare in iudicio* nihil aliud ſignificatur, qvam calculum ferre abſolutorium, vel bona cauſſa niti, et opponitur caſui, prout dicimus *cauſſa cadere* i. e. ferre calculum condemnatorium. Cf. Pſ. 1, 5.

CAP. VII.

1. Ἐπὶ, ad, in. Κρατοῦντας — δένδρον, venti ſunt ſtilo prophetico impetuoſae concuſſiones, poenae divinae, qvibus regio aliqva labefactatur, hae a piis arcendae erant, qvos cuſtodire angeli iubentur. K. A. Ἐπὶ τῆς γῆς — θαλάσσης, *mare* ſignificat *occidentalem orbis terrarum partem*, terra *orientalem*. Principes cum *arboribus* comparantur Ieſ. 2, 13. C. 10, 18. Ezech. 20, 47. Zach. 11, 12. K. A.

3. Σφραγίσωμεν, ſignemus. Mancipia olim a dominis ſuis in frontibus ſignabantur, ad qvem morem Iohannes alludere videtur. K. A. Σφραγὶς v. 2. denotat *rem*, qva aliqvid ſignatur. Μέτωπον, frons.

4. Ἐκ πάσης φυλῆς Ἰσραὴλ, eccleſia viſibilis Novi Foederis ſub imagine viſibilis eccleſiae Veteris Teſta-

Cap. 6, 15. Pro καὶ οἱ πλούσιοι, καὶ οἱ χιλίαρχοι καὶ οἱ δυνατοὶ S. R. Griesb. habet: καὶ οἱ χιλίαρχοι, καὶ οἱ πλούσιοι καὶ οἱ ἰσχυροί.

Cap. 7, 2. Optimi et plurimi Codd. pro ἀναβάντα habent ἀναβαίνοντα, qvod etiam S. R. Griesb. in textum recepit.

Teſtamenti proponitur. Nec tamen, hoc poſito, negamus in eccleſia Chriſtiana Iſraelitas ex 12. tribubus reperiri Chriſtianam religionem amplexos. Numerum hic laudatum recte ſe habere, ſi ad ſingulas tribus 12000. referas, nulla eſt dubitatio, neqve tamen certum et evictum, qvomodo id intelligatur, et cur neqve maior neqve minor ſumma ſit propoſita. K. A.

6. Νεφθαλὶμ — Μανασσῆ. a) Omittitur Dan, qvia iam olim ea tribus ad unam familiam Huſſim reciderat, ut aiunt Hebraei, qvae ipſa familia bellis interiiſſe videtur ante Eſdrae tempora. Nam in Paralipomenis, ubi poſteritas Patriarcharum memoratur, Dan omittitur. Et forte id praedicitur apud Amoſum C. 8, 14. Ex Danis tribu paucos ſuperfuiſſe, eosqve in Phoenicen profugiſſe, narrat Iohannes Antiochenus. Grotius. b) Non tam omittitur Dan, qvam paucitas eius, ſub Manaſſe latens, cum Naphthali, cuius frater uterinus erat, coniungitur. Bengel.

9. Ἑστῶτες — αὐτῶν, Triumphantes in coelo deſcribuntur a ſtatu, *eos ſtetiſſe* ante thronum et in conſpectu agni. Haec ſtatio partim clamori reiectorum: *qvis poterit ſtare?* partim caſui coram iudicio, partim temporariae felicitati novis luctibus interrumpendae opponitur. Per hanc itaqve ſtationem et calculus abſolutorius et ſincera felicitas ex viſione Dei oriunda nullis temporum metis circumſcribenda ſignificatur. Dicuntur ii porro amicti fuiſſe ſtolis albis. Amictum album olim fuiſſe regum et magnatum, exemplo Ioſephi Genes. 41, 42. et aliorum probatur. Qvod vero ſimul fuerit innocentiae et laetitiae ſymbolum exemplo Chriſti

Cap. 7, 9. Pro περιβεβλημένοι S. R. Griesb. in textum recepit περιβεβλημένους. Non obſtat mixtura caſuum veritati lectionis iſtius, in hoc enim libro freqvens eſt.

Chriſti transfigurati et ſanctorum angelorum dilucidatur. Porro Iohannes refert, eos palmas in manibus ſuis geſſiſſe. Ὁ φοίνιξ vel φοῖνιξ, latine palma, eſt arbor in orientalibus locis ſatis cognita, qvae licet oneribus multis obruatur, tamen adverſus pondus circa latera fortius nititur. Propter iſtam reſiſtentiam adverſus pondera victoriae ſymbolum olim habebatur. Hoc loco per palmas in manibus beatorum victoria, qvam obtinuerunt adverſus diabolum, mundum, et pravas cupiditates proprias ſignificatur. Cum in hac vita ſymbolum ipſorum fuerit *Militemus!* in altera erit: Gaudeamus et exultemus et demus gloriam Deo ſemper, Cap. 19, 7.

10. Ἡ σωτηρία — ἀρνίῳ, ſalus ei, qvi ſedet ſuper thronum, Deo noſtro et agno. Haec verba non ſunt votum, ut ſubditi ſuis regibus apprecantur: Vivat Rex! ſed gratiarum actio tribuens Deo, qvod ipſi debetur, i. e. ſalutis ſuae laudem et gloriam. Verba igitur non ſunt voventium, ſed gratulantium Deo et agno de ſalute ſua, beata ſc. immortalitate et felicitate.

11. (Ἐν) κύκλῳ, in circuitu, circa.

12. Εὐλογία, laus. Sancti angeli δοξολογίαν beatorum in coelis iuvant. Dum ſubiungunt: Amen, applaudunt hymno beatorum, qvaſi dicerent: ita eſt, vere ſalus, honor, et gloria debetur Deo noſtro ſedenti ſuper thronum et agno.

13. Ἀποκρίνομαι, incipio dicere, alloqvor. J.

14. Πλύνω,

Cap. 7, 10. Κράζουσι pro κράζοντες S. R. Griesb. praeeunte Bengelio in textum recepit.

v. 11. Pro πρόσωπον in textum recepit πρόσωπα.

14. Πλύνω, lavo. Λευκαίνω, dealbo, mundo. Tribuitur ſangvini agni, vis dealbandi et mundandi. Id qvod non tantum paralleliſmus locorum docet v. g. Pſ. 51, 9. aſperge me hyſſopo i. e. ſangvine futuri Meſſiae et ſu ra nivem dealbabor, Eſ. 1, 18. etiamſi peccata veſtra fuerint ut coccinum, tamen ut nix dealbabuntur, 1 Ioh. 1, 17. ſangvis Ieſu Chriſti filii Dei emundat nos ab omni peccato, Apoc. 1, 5. filius Dei dilexit nos, et lavit nos ſangvine ſuo, ſed etiam typus pulcherrimus in V. T. cum ſangvine brutorum, typo ſangvinis futuri Meſſiae, tabernaculum et omnia ipſius vaſa, cum alias ſangvis conſpurcare ſoleat, purgari iubebantur.

15. Ἐν τῷ ναῷ αὐτȣ̃, infra C. 21. negatur coeleſtem Hieroſolymam habere templum, ſed intelligendum eſt de templo materiato, cuiusmodi fuit templum Salomonis et Serubabelis. Hoc loco vero phraſibus ex V. T. deſumtis per metaphoram habitaculum, tabernaculum et ſanctuarium coeleſte intelligitur, propterea qvod Deus in dictis templis V. T. et qvidem in ſancto ſanctorum peculiari praeſentiae gradu fuerat praeſens. Index etiam digitus intenditur ad ſacerdotes V. T. qvi, ſi devolvebatur ad eos ἐφημερία, die ac nocte in templo ſerviebant, nec inde, donec officio completo, diſcedebant, qvos ſpirituales hi ſacerdotes et qvidem ſine intermiſſione Deo ſervientes imitantur. Σκηνόω, habito, umbraculo tego.

16. Καῦμα, aeſtus, calor nimius. Ὀυ πεινάσȣσιν — καῦμα, felicitas futurae vitae in remotione omnium malorum et poſitione omnium bonorum conſiſtet. Qvare hic removentur vitae praeſentis defectus et aerumnae, fames, ſitis, aeſtus, et qvae ſub horum ambitu continentur. Additur ratio, qvia agnus paſcet eos.

17. Τὸ

17. Τὸ ἀνὰ μέσον (ὄν.) Ἐπὶ ζωῆς πηγὰς ὑδάτων pro ἐπὶ πηγὰς ὑδάτων ζωῆς. Emphaſeos cauſſa ζωῆς praeponitur. Ἐξαλείφω, abſtergo. Δάκρυον, lacrima. Lacrimas abſtergere h. l. ſignificat lacrimarum cauſſas tollere. Allegoria deſumta eſt a matribus, qvae parvulis famem vel ſitim fletu prodentibus non ubera tantum admovere, ſed lacrimas etiam ab oculis abſtergere ſolent.

CAP. VIII.

1. Σιγὴ, ſilentium. Hoc referendum eſt ad ſilentium ventorum, cuius ſupra mentio *fit*, Cap. 7, 1. Innuitur qvies et ſecuritas eccleſiae ad breve tempus duratura. K. A. Ἡμιώριον, ſemihora.

3. Ἐπὶ, ad, iuxta. Λιβανωτὸν, thuribulum. Ταῖς προσευχαῖς v. 3. et 4. per ellipſin praepoſitionis σὺν optime explicatur: dati ſunt ei angelo ſuffitus multi, ut offerret cum precibus ſanctorum. Gl. Ph. 491. Laudatur v. 3—5. cultus, durante hac eccleſiae qviete, Deo praeſtitus, et inprimis ardor precandi membrorum eccleſiae deſcribitur ita, ut verba e genere cultus Levitici in templo Hieroſolymitano petita ſint, qvum conſtet inter preces populi a ſacerdotibus thura oblata eſſe. Optabant perpetuitatem eius qvietis, qva gaudebant. Sed qvanqvam cultus eorum et preces Deo minime diſplicebant, tamen ab eius conſiliis abhorrebat, iis iam perfectam qvietem concedere. Nam reliqvum erat, ut poenae divinae in inimicos per diras rerum mutationes patefierent, de qvibus publicis calamitatibus membra eccleſiae plane exemta eſſe potuiſſe, qvis putet. K. A.

7. Χα-

Cap. 7, 17. Pro ζώσας πηγὰς S. R. Griesb. habet ζωῆς πηγὰς, qvod, teſte Bengelio, ſumma firmat codicum conſenſio.

7. Χάλαζα, grando. Τρίτον (μέρος.) Χλωρὸς, ὰ, ὸν, viridis. Μεμιγμένα, Neutrum plurale referendum eſt ad grandinem et fulgura. De tempeſtate horribili enim ſermo eſt, qvae cum fulguribus et grandine interdum eſt coniuncta. Haec tempeſtas tropice ſignificat tempora inqvieta et multas caedes; arbores denotant *principes*, gramen viride eſt *imago ſubditorum, qvi conditione florentiſſima fruuntur.* Alluditur ad plagas Ægyptiis inflictas. Cf. Exod. 9, 22. Pſ. 78, 47. K. A.

9. Ψυχὴ, vita. J. Magnus mons v. 8. 9. ſignificat ſtilo prophetico *regnum potens.* Hoc regnum ita deſcribitur, ut comparetur ardenti monti ab igne incenſo, eoqve ſignificetur, belli flammam in illo ſaeviiſſe diſiunctionemqve huius regni effeciſſe, ita ut in mare abiectum i. e. in Occidentem tranſlatum ſit diviſione. Qvod qvidem novis bellis iisqve cruentis locum fecit, in qvibus magnus munerus incolarum occiſus, et praecipua pars provinciarum eſt devaſtata. K. A.

10. Ἀϛὴρ μέγας, Cap. 1, 20. ἀϛέρες ſunt *doctores*, ubi per ſeptem ſtellas in manu filii Dei ſeptem eccleſiarum epiſcopi ſignificantur. Igitur a vero non abſimile eſt per ſtellam cadentem intelligi haereſeos qvendam auctorem et doctorem principem, cuius haereſis multas turbas et caedes ſit excitatura. K. A.

11. Ὁ ἄψινθος, abſinthium. Γίνεται, fit, convertitur ſ. converſa eſt. Πικραίνω, amarum reddo.

12. Πλήττεσθαι ſignificat ἐκλείπειν deficere, idqve ad exemplum vocis Chaldaicae לקה v. I. Vorſtii Cogitata de ſtilo N. T. p. 59. Obſcuratio ſolis tropice ſignifi-

Cap. 8, 7. Poſt τὴν γῆν S. R. Griesb. addit: καὶ τὸ τρίτον τῆς γῆς κατεκάη, qvod, teſte Bengelio, omnes teſtes integri et penitus excuſſi exhibent.

ſignificat *ruinam cuiusdam regni.* K. A. Cf. Ieſ. 13, 10. C. 60, 20. Ierem. 15, 9. Ezech. 32, 7. Haec obſcuratio non de tertia parte ſolis et lunae ipſius, ut in eclipſibus fieri ſolet, ſed de ſplendore ſolis, lunae et ſtellarum imminuto intelligenda eſt.

13. Πέτομαι, πέταμαι vel πετάομαι, volo. Τὸ μεσουράνημα, medium coeli ſpatium. Ἐκ, propter.

C A P. IX.

1. Εἶδον ἀστέρα — πεπτωκότα, intelligitur doctor, qvi C. 8, 10. 11. ſtella cadens appellatur, qviqve occaſionem praebuit eccleſiae et *reipublicae* infeſtandae et devaſtandae. Magna calamitas et miſeria dicitur abyſſus. De eo, qvi auctor erat, cur miſeria iſta, qvaſi in abyſſo antea incluſa, prorumperet, dicitur habere claves ad abyſſi patefactionem. K. A. Τὸ φρέαρ, puteus, fons.

2. Ὁ, ἡ, κάμινος, caminus, fornax.

3. Ἡ ἀκρίς, locuſta. Ὁ σκορπίος, ſcorpius. Lira per has locuſtas populos barbaros ſaeculo qvarto, qvinto et ſexto in Occidentem et loca meridionalia infuſos v. 9. Gothos, Vandalos, Hunnos intellexit. Similiter S. V. Koernerus colluviem barbarorum populorum intelligendam eſſe cenſet. Iud. 6. 5. C. 7, 12. Ierem. 46, 23. C. 51, 14.

4. Καὶ ἐρρέθη, et mandatum eſt illis, Praedicitur hoc verſ. caput eccleſiae membrorum ſuorum curam inter

Cap. 8, 13. Pro ἀγγέλου S. R. Griesb. in textum recepit ἀετοῦ. Lectionem ἀετοῦ Codd. plurimi et praeſtantiſſimi habent. Eam Itala verſio, aliiqve teſtes antiqviſſimi, ſaeculis et climatibus inter ſe remotiſſimi, et longe plurimi ab omni gloſſae ſuſpicione vindicant. Bengel.

Cap. 9, 4. Poſt ἀνθρώπους S. R. Griesb. omiſit μόνους.

inter has calamitates publicas non omiſſurum eſſe. K. A. Ἐδόθη (ἐξουσία,) data eſt licentia.

5. Μῆνας πέντε, a) accipiendi videntur hi qvinqve menſes ex more prophetarum, qvi interdum per dies exprimunt annos. Si per menſem indicatur ſpatium triginta dierum et per diem annus, hi qvinqve menſes abſolvunt ſummam centum et qvinqvaginta annorum. b) Nonnulli putant ad aetatem locuſtarum reſpectum fuiſſe habitum. Nec enim per totius anni decurſum locuſtae inveniuntur, ſed vix per menſes qvinqve calidiores ſaltant, cantillant et gramina depaſcunt. Prima ſententia eſt probabilior. K. A. Παίω, pungo. Praedicitur v. 6. de his populis, eos non ſolum regiones, qvas invaſuri eſſent, devaſtaturos, ſed etiam pravarum haereſium venena longe lateqve ſparſuros eſſe. K. A.

7. Ὁμοίωμα, τὸ, ſimilitudo, figura. (Ἦσαν) ὡς, erant veluti.

8. Ὡς τρίχας γυναικῶν, ut capillos mulierum i. e. promiſſos.

9. Σιδήρεος, α, ον, ferreus. Iſta copiarum hoſtilium deſcriptione v. 7—9. declaratur, maximam earum partem fore eqvitatum. Deſcribuntur ipſarum duces, ut regiae qvidem dignitatis expertes, regibus tamen poteſtate pares. Notatur porro tum morum apud eos populos ratio, illos ſc. immanes fore, tum habitus externus, nempe capillis promiſſis eos uſuros eſſe. Caeterum ex tota delineatione apparet intelligi populum rapacem, celerem, talemqve, qvi vix ab ullo alio vinci poſſit. K. A.

16. Οὐρὰ,

Cap. 9, 7. Pro ὅμοιοι χρυσῷ S, R, Griesb. habet χρυσοῖ. *Küttn Hypomn.*

10. Ὀυρὰ, cauda. Haereſium pravarum auctores etiam alias in litteris ſacris *caudae* nomine venire ſolent. Cf. Ieſ. 9, 13. 14. K. A.

11. Ἀβαδδὼν, Abaddon, ab hebr. אָבַר, periit. Ἑλληνικῇ (γλώσσῃ vel διαλέκτῳ,) in graeca lingva. Significatur v. 11. omnis perniciei, qvae infertur eccleſiae, Satanam eſſe primarium auctorem, facem et tubam. K. A.

12. Εἷς, μία, ἓν, primus. J.

13. Φωνὴν, erat vox Chriſti, in throno ſedentis, qvae audiebatur. Coram ipſo conſpiciebatur, ſicuti olim in templo, altare ſuffitus. K. A.

14. Ἐπὶ, iuxta. Angeli hoc verſ. de populis potentibus, Dei flagellis et irae divinae miniſtris, explicari poſſunt. Dicuntur fuiſſe ligati ſc. virtute Chriſti, ne rabiem ſuam in Chriſtianos effunderent, priusqvam hoc ipſis permitteretur, et qvidem ad fluvium Euphratem, qvi fluvius ingens multorum ſaeculorum intervallo imperii Romani fuit limes. Ad hunc fluvium Saraceni primum, et qvidem ſaeculo currente ſeptimo, qvo Muhamedana religio coepit, conſederunt: ad hoc flumen Turcae, populi ſeptentrionales, cum Saracenis ſe coniunxerunt, eorundem religionem et ritus aſſumſerunt, ſed poſtmodum iis oppreſſis, regni ſedem condiderunt: ad hoc flumen, licet interdum viribus fracti et ſedibus expulſi, fortiter conſtiterunt. Sunt, qvi qvatuor angelos dictos putant propter qvatuor gentium, Arabum, Saracenorum, Turcarum et Tartarorum confluxum. Hi ſolvendi ſunt, i. e. permiſſio ipſis datur, ut orbem Chriſtianum vaſtent et de idololatris poenas ſumant. Parati fuiſſe dicuntur in horam, diem,

Cap. 9, 14. Pro ὃς ἔχει S. R. Griesb. in textum recepit ὁ ἔχων, qvod omnes, praeter unum, Codd. habent.

diem, menfem et annum, qvibus verbis calamitatum terminus tam praecife fixus innuitur, ut ne ultra momentum prorogari poffit. Effectus horum angelorum eft occidere, gladio fc. materiali, aut acinace. Non enim miraculis, fed gladio doctrinam fuam propagandam Muhamedes fanxit.

16. Ἱππικὸς, ὴ, ὸν, eqveftris; τὸ ἱππικὸν, eqvitatus, intellige πλῆθος. Exercitus vocatur eqveftris, et defcribitur ut valde numerofus; id qvod apprime qvadrat in Turcas, qvi libentius et faepius eqvites, qvam pedites in proelium defcendunt, qviqve numerofiffimis exercitibus Chriftianos aggredi folent.

17. Ne qvis putet beftias eiusmodi revera in coelo fuiffe, dicit Iohannes: εἶδον ἐν ὁράσει, in vifione oblata vidi. Πύρινος, ὁ, ἡ, igneus. Ὑακίνθινος, η, ον, hyacinthinus, colorem hyacinthi floris habens. Θειώδης, ὁ, ἡ, fulphureus. Ὡς κεφαλαὶ λεόντων, Apoftolus refert de eqvis, illorum capita fuiffe tanqvam capita leonum, et de ore ipforum proceffiffe ignem, fumum et fulphur. Alexander eqvo Bucephalo faepe vicit: Turcae leocephalis pugnabunt. Per capita leonum generofitas et robur eqvorum fignificatur. Eqvis enim generofiffimis ad infeqvendum et ad fugiendum inftructis barbari plerumqve uti, et in iis omnem fpem fuam ponere folent. Relativum, qvod feqvitur αὐτῶν, tam ad eqvites, qvam eqvos referri poteft. Utut vero per ignem, fumum et fulphur *truculentum fervorem Turcarum*, ut paullo fuperius intelligere poffemus, tamen cum v. 19. ratio redditur, poteftatem ipforum effe in ore eorum, et caudas fimiles caudis ferpentum, habere, haec autem de Corani doctrina commode poffint exponi, per ignem, fumum, et fulphur, qvae ex eorum ore prodeunt, blafphemam Muhamedis doctrinam, qva Turcae ad pugnas adverfus Chriftianos

inflammantur, intelligimus. Effectus enim huius doctrinae non eſt alius in hac vita, qvam vaſtationes et incendia; in futura, ignis, fumus, et ſulphur *ἄσβεςα*. Cum per caudas apud Eſ. 9, 15. falſi et mendaces prophetae intelligantur, per easdem impiam Pſeudoprophetae Muhamedis doctrinam intelligimus.

18. Τὸ τρίτον (μέρος,) tertia pars hominum i. e. magna, numero certo pro incerto ſumto, prout ternarius interdum perfectionis nota eſt, et habito reſpectu ad ternarium armorum, qvibus pugnabant, numerum.

20. Καὶ — ὅτε, neqve tamen. Cur *qvatuor* angeli ad fluvium Euphratem fuerint ſoluti ad occidendam tertiam partem hominum, ratio redditur hoc verſu, factum ſc. propter idololatriam, qvod homines adoraverint daemonia et ſimulacra aurea et argentea et aerea, et lapidea et lignea; qvae neqve videre poſſunt, neqve audire, neqve ambulare. Idolorum deſcriptio deſumta eſt ex Pſ. 115, 5. Nec eſt, cur de gentilium idolomania verſiculum hunc exponamus, cum *Chriſtus* eccleſiam ſuam potius hac manifeſtatione de rebus *futuris* inſtruere voluerit. Apprime qvoqve in idololatriam tum eccleſiarum Orientalium tum Occidentalium haec viſio qvadrat.

21. Ὁ φόνος, caedes. *Φαρμακεία*, veneficium. Τὸ *κλέμμα*, furtum. Sub una ſpecie homicidiorum omne genus iniuriarum, ſub veneficiis artes magicae, ſub ſcortatione omnis generis impuritates una cum idolola-

Cap. 9, 18. Poſt *τριῶν* S. R. Griesb. in textum recepit *πληγῶν*, et v. 19. pro *αἱ γὰρ ἐξουσίαι αὐτῶν* habet *ἡ γὰρ ἐξουσία τῶν ἵππων*. Pro *εἰσιν* in textum recepit *ἐστιν*, atqve ex Codd. plurimis et praeſtantiſſimis addidit: *καὶ ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν*.

ſolatrico imaginum et rerum creatarum cultu, ſub furtis piae fraudes, ſacrilegia, et ereptio mediorum gratiae aliorumqve bonorum ſpiritualium continentur.

C A P. X.

1. Ἄγγελον. Intelligendum eſſe creatum angelum, patet ex v. 6. 8. Iurat enim per Deum et non per ſe ipſum. Cf. Rom. 14, 11. Περιβεβλημένος νεφέλην, amictus nube. Cf. Cap. 11, 12. Iris erat ſignum gratiae divinae, de qva angelus hic homines certiores reddere debebat. Iris erat olim ſignum gratiae de mundo cataclyſmo univerſali non amplius perdendo, Gen. 9, 13; eccleſiae itaqve afflictae pacem cum Deo et ab aerumnis reſpirationem ſignificat. Στύλοι πυρὸς, columnae igneae. Hac pedum deſcriptione invictus angeli iſtius zelus in perficiendis mandatis divinis indigitatur. K. A.

2. Βιβλαρίδιον, libellus. Innuitur volumen ſeptimum libri Cap. 5, 1. deſcripti. K. A. Θάλασσα denotat partem orbis terrarum occidentalem, γῆ orientalem i. e. Aſiam. K. A.

3. Μυκάω et μυκάομαι, rugio. Μυκᾶσθαι proprie non eſt leonum, ſed boum, camelorum, et Latinis ſignificat *mugire;* leonum autem eſt ὠρύεσθαι, rugire; non obſervatur vero ſemper tam accurate etiam apud alios ſcriptores graecos hoc diſcrimen. Ἑπτὰ βρονταὶ, tonitruum fit mentio Cap. 4, 5. ubi dicitur de throno proceſſiſſe fulgura, tonitrua et voces: nec non Cap. 8, 5. ubi dicitur, poſt miſſum thuribulum ignibus repletum in terram facta fuiſſe toni-

 trua

Cap. 10, 1. Poſt κεφαλῆς S. R. Griesb. addidit αὐτοῦ.
v. 2. Pro ἄχειν in textum recepit ἔχων.

trua et voces et fulgura. Ad illa digitum indicem extendi articulus αἱ βρονταὶ ſignificare videtur. Voces iſtae obſignandae fuerunt, propterea qvod usqve ad tempus complementi, nulla de his futuris eventibus praecedere debuit informatio. Cui explicationi lux accedit ex Dan. 12, 4. ubi angelus Danielem occultare et obſignare iubet ſermones usqve ad diem noviſſimum.

5. Alluditur rurſus ad viſionem Dan. 12, 7. deſcriptam.

6. Ἐν τῷ ζῶντι, Hebraiſmus eſt pro *iurare* διὰ τοῦ ζῶντος, prout Ionathan dicebat ad Davidem Sam. 24, 21. iuro mihi בַּיהוָֹה. Ὅτι χρόνος οὐκ ἔσται ἔτι, tempus non fore amplius, ſed in diebus vocis ſeptimi angeli, cum coeperit tuba canere, conſummandum eſſe myſterium Dei, ſc. canente angelo ſeptimo finem tyrannidis Antichriſti et mundi huius totius inſtare. Vult enim Deus hac conſolatione pios erigere, ne ſub miſeriis iſtis tam diu protractis animum deſpondeant, ſed capita ſua, qvod appropinqvet redemtio, levent.

8. Ἡ φωνὴ, vox filii Dei erat haec, qvam Iohannes audiebat. Cf. ſupra C. 4, 1. C. 1, 10.

9. Λάβε καὶ κατάφαγε. Devorare iubetur Iohannes hunc librum non proprie, ſed metaphorice, i. e. intime cognoſcere, in ſuccum et ſangvinem convertere. Καὶ πικρανεῖ — μέλι, faciet amaricari ventrem tuum, ſed in ore tuo erit dulcis tanqvam mel i. e. gaudebis de impletione deſiderii tui futura eccleſiae fata cognoſcendi, ſed ulterior triſtium horum fatorum contemplatio excitabit in animo tuo multos dolores. K. A. Eſt haec viſio maximam partem ex Ezech. 2, 8—10.

C. 3,

Cap. 10, 5. Poſt τὴν χεῖρα αὐτοῦ S. R. Griesb. addit τὴν δεξιάν.
v. 7. Pro τελεσθῇ habet ἐτελέσθη.
v. 9. Pro δὸς in textum recepit δοῦναι.

C. 3, 1—13. deſumta, et ex illo lucem aliqvam accipit. Ibi prophetae volumen devorandum a Deo porrigitur in ore, mellis inſtar, dulce, qvo comeſto mittitur ad Iſraelitas, ut poenas iisdem denunciet. Innuitur ſc. effectus verbi per accidens amarus et adverſus, qvod non niſi calamitates, odia et perſecutiones mundi ſecum ferat.

CAP. XI.

1. Ὁ κάλαμος, virga geometrica. Ἑιςήκην et ἑςήκην plusqvamperf. ab ἵςημι. Ἔγειραι. Q. 34.

2. Ἀυλὴ, atrium. Ἀυλὴν — ναȣ̃ (ȣ̃σαν,) atrium, qvod extra templum eſt, eiice foras. Per templum intelligitur eccleſia omnium propemodum interpretum conſenſu. Scriptura ſiqvidem N. T. non raro novi foederis cultum phraſibus ex V. T. petitis deſcribere ſolet. Sic Antichriſtus dicitur ſeſſurus in templo Dei 2 Theſſ. 2, 4. cum tamen eccleſia N. T. non ſit adſtricta templo unico materiali, ut eccleſia V. T. ſed ambulatoria ſit et diffuſa per totum terrarum orbem, Ioh. 4, 21. Eadem loqvendi formula ex V. T. deſumta transfertur etiam ad credentes, eccleſiae membra, qvi dicuntur templum Dei 1 Cor. 3, 16. 2 Cor. 6, 17. Ut autem melius capiantur, qvae de templo, altari et atriis dicuntur, ſtructuram templi Hieroſolymitani, qvorſum alluditur, paucis adiiciemus. Dividebatur illud in templum ipſum, qvod duas partes ſc. partem priorem et poſteriorem ſ. adytum complectebatur et atria tria circumiecta. Sanctum Sanctorum ſ. adytum intra ſe continebat arcam foederis, ad qvam Deus praeſentiam ſuam gratioſam adſtrinxerat, et hoc a parte

 tem-

Cap. 11, 1. Verba καὶ ὁ ἄγγελος εἱςήκει S. R. Griesb, omiſit.

templi priori velo qvodam diſtingvebatur. In aditu ſancti ſanctorum, ſed tamen adhuc extra velum, candelabrum aureum, altare thymiamatum, et menſa panum propoſitionis erant poſita. Templo ipſi circumiectum erat atrium ſacerdotum, in qvo altare aeneum holocauſtorum erat collocatum. Hoc cingebatur atrio Levitarum, in qvo mactabantur victimae. Et haec omnia tandem claudebat atrium extimum, in qvo populus verſabatur. Per altare intelligitur altare thymiamatum, illud ſc. ex cuius qvatuor cornibus audiverat vocem C. 9, 13. per atrium extimum intelliguntur eiusmodi homines, qvi externa tantum profeſſione ſe coetui Chriſtianorum adiungunt, nec tamen vera eccleſiae membra ſunt. Haec viſio innuit tales homines pro hoſtibus eccleſiae habendos eſſe, ab iis rem Chriſtianam multum detrimenti capere, ideoqve foras eiiciendos eſſe. Alluditur hac viſione ad illam Ezechieli factam Cap. 40. Μῆνας τεσσαράκοντα δύο, menſibus qvadraginta duobus, tempus calcationis definitur. Hic numerus, ſi vel reſolvitur in partes minores, vel reducitur ad maiores, occurrit in ſcripturis, qvadraginta qvippe duo menſes per 30 dies multiplicati praeciſe conficiunt dies 1260. Per tale autem temporis ſpatium duo teſtes veritatis adverſus Antichriſtum praedicaturi dicuntur v. 3. huius capitis; per idem porro temporis ſpatium eccleſia metu draconis oppugnantis in deſerto manſura dicitur v. 14. Cap. ſeq. paullo poſt deniqve idem numerus phraſi ex Dan. C. 7. deſumta nominatur *tempus et tempora et dimidium temporis* i. e. annus unus, anni duo, et annus dimidius. Anni vero dicuntur tempora Dan. 4, 13. Probabiliter laudatis his locis dies prophetici i. e. totidem anni ſc. 1260. et h. l. menſes prophetici intelligendi ſunt. Res itaqve geſtae hoc temporum intervallo menſurandae ſunt. Tenendum autem eſt, terminum a qvo et ad qvem alios aliter expli-

explicare et applicare. Nos putamus ignotos et nondum erutos, illum praeſertim, a qvo numerationis faciendum initium. Vid. S. V. Koerneri Annott. ad h. l.

3. Δώσω (ἐξȣσίαν,) duobus meis teſtibus vires animi, conſtantiam et fiduciam, tribuam. K. A. Hi duo per 1260 dies vaticinia edere perhibentur. Qvod qvum ad 42 menſes, v. 2. commemoratos referatur, et ut veroſimile eſt, tot annos conſtituat, ſatius putamus hic duas perſonas myſticas intelligere, qvarum qvaeqve per totam annorum ſeriem munere teſtis fungi debeat. Qvemadmodum Dominus ipſe olim in liberatione Iſraelitarum ex ſervitute Aegyptiaca teſtes duos ſc. Moſen et Aaronem contra Aegyptum iuſſit prodire, atqve Zerubabelem et Ioſuam, (ad qvos verſ. ſeq. digitus intenditur,) ad inſtaurandum cultum et politiam Iudaicam poſt captivitatem Babylonicam miſit; ita etiam hic idoneos et fide dignos teſtes religionis Chriſtianae confirmandae cauſſa prodituros eſſe declaratur. K. A. Περιβεβλημένοι σάκκȣς. Saccus, qvo induti dicuntur, olim erat habitus lugentium exemplo Patriarchae Iacobi, Gen. 37, 34. et poenitentium exemplo Ninivitarum, Ion. 3, 5. cuius materiale viliſſimum et abiectiſſimum linum, aut qvaecunqve tandum reiicula materia, formale, habitus anguſtus undanti oppoſitus, ut ex Eſ. 3, 24. colligere licet. Super eccleſiae contritione hi teſtes lugebunt, et ad poenitentiam homines adhortabuntur.

4. Ἡ ἐλαῖα, olea, *arbor*. Comparantur teſtes veritatis cum oleis, partim qvod contra perſecutiones mundi et Antichriſti ſtent invicti, partim propter oleum laetitiae, Pſ. 45, 8. dona Spiritus S. qvibus ſunt inuncti. Candelabra dicuntur, qvoniam doctrina et exemplo

Cap. 11, 4. Pro Θεȣ̃ S. R. Griesb. in textum recepit Κυρίȣ.

vitae aliis praelucebunt. Deſumta eſt haec deſcriptio ex Zach. 4, 14. Alluditur v. 5. ad id, qvod temporibus Eliae accidit, aſſeritur fore, ut Deus eos aeqve atqve olim Eliam, ſit protecturus. Cf. 2 Reg. 1, 10-12. K. A. Βρέχει (γῆν,) ne pluvia humectet terram. Alluditur his verbis ad factum Eliae, qvi temporibus Achabi precibus ſuis coelum clauſit, ne plueret intra triennium cum dimidio 1 Reg. 17, 1. qvod Iacobus in epiſtolae ſuae Cap. 5, 17. 18. de precum efficacia tractans citat. Qvi vero numerus ſeptenarii dimidius in hiſtoria Eliae ſecundum litteram eſt accipiendus, hic ſpiritualiter v. 8. ſ. ſenſu myſtico accipitur. Καὶ ἐξουσίαν — θελήσωσι. Reſpicitur his verbis ad hiſtoriam *captivitatis Aegyptiacae*. Moſes, cui comes adiunctus erat Aaron, cum Pharao populum dimittere nollet, variis plagis Aegyptum percutiebat, inter alias ipſorum aqvas variis uſibus inſervientes, a Nilo ſeptemplice facto initio, in ſangvinem convertebat: Ita veritatis doctores et confeſſores Antichriſto reſiſtentes precibus ſuis omnis generis plagas bella, famem, peſtem accerſent.

7. Θηρίον, beſtia. Denotatur ſtilo prophetico *regnum*, qvod more beſtiae immanis vera eccleſiae Chriſtianae membra invadit atqve multa iis mala infert. K. A. Νικήσει — αὐτοὺς, opprimetur, ut temporibus Eliae, vera eccleſia, ita, ut de illa actum videatur.

8. Τὸ πτῶμα, cadaver. Πνευματικῶς, allegorice. Comparatur hoc regnum porro cum Sodomis, Aegypto et Hieroſolymis propter diras, qvas his locis ſancti qvidam viri experti ſunt, perſecutiones.

9. Βλέψουσιν (ἄνθρωποι,) videbunt homines aliqvi. Καὶ τὰ πτώματα — μνήματα, et corpora eorum

Cap. 11, 8. Pro τὰ πτώματα **S. R. Griesb. in textum recepit** τὸ πτῶμα.

v. 9. Pro βλέψουσιν **habet** βλέπουσιν **et pro** μνήματα **legit** μνῆμα.

eorum non ſinent poni in monumentis, i. e. ſaeviet beſtia in mortuos ius ſepulturae ipſis denegando, libros orthodoxorum comburendo et memoriam eorum delendo.

10. Ἐβασάνισαν, cruciaverant ſc. excitando angores conſcientiae iramqve Dei iis comminando. K. A.

11. Ἥμισυ (μέρος), dimidius dies. Πνεῦμα ζωῆς ſic LXX. Gen. 6, 17. Ἐκ τοῦ θεοῦ (ὢν), a Deo prodiens. Qvemadmodum fideles hi teſtes Domino ſuo et capiti Ieſu in adflictionibus ferendis ſimiles facti erant, ita perſvaſi eſſe poterant ſe etiam defunctis miſeriis ad ſimilitudinem felicitatis Ieſu acceſſuros eſſe, breviqve ex omnibus periculis iri ereptum.

12. Ἀνέβησαν, aſcenderunt in coelum exemplo praecurſoris et capitis ſui, qvem nubes tulit, cui et nos aliqvando ad iudicium venturo rapiemur in occurſum in nubibus 2 Theſſ. 4, 17. ut ipſi maneamus coniuncti, nullis hoſtium inſidiis aut molitionibus ſolvendi.

13. Δέκατον (μέρος,) decima pars. Ὀνόματα ἀνθρώπων, homines. O. 34. α. Ex reſtitutione teſtium clades magna regno Antichriſtiano fuit illata, cum in ſacris litteris per terrae motum figurate mutationes ingentes haud raro innuuntur. Ut enim terrae motibus ruinae montium, inſularum, urbium, arcium ingentes fieri ſolent: ita per teſtium hanc reſtitutionem regno Antichriſti damnum ingens fuit datum.

15. Φωναὶ μεγάλαι, epinicia eccleſiae triumphantis ſunt intelligenda.

17. Ὁ παντοκράτωρ, omnipotens, omnia imperio tenens. Εἴληφας, accepiſti, adeptus es.

18. Ὁ

Cap. 11, 10. Pro χαροῦσιν S. R. Griesb. habet χαίρουσιν et v. 15. λέγουσαι ἐγένοντο βασιλεῖαι habet λέγοντες ἐγένετο ἡ βασιλεῖα.

v. 17. Poſt ὁ ἦν omiſit καὶ ὁ ἐρχόμενος.

18. Ὁ καιρὸς τῶν νεκρῶν κριθῆναι, adeſt tempus, qvo martyrum ſangvis vindicabitur, qvo occiſores eorum poenas dabunt. K. A. Τὸ ὄνομά σου, maieſtas tua. Μικροὶ h. l. homines inferioris conditionis, viliſſimi. Μεγάλοι, ſummi. Κιβωτὸς τῆς διαθήκης, arca foederis. In parte templi, qvod erat Hieroſolymis, intima poſita erat arca foederis, omnibus impervia et non niſi ſummo ſacerdoti qvotannis ſemel in feſto expiationis videnda. Erat haec arca typus Chriſti iam ab omnibus aperte conſpiciendi. Senſus huius verſus eſt: ſtatus eccleſiae erit florentiſſimus, ſed eius hoſtes peribunt et iudicia Dei experientur. Qvemadmodum temporibus Achaſi fores *templi erant occluſae*, ſed ſub Hiskiae auſpiciis rurſus patebant, ita ſtatuto tempore verus Dei cultus reſtituetur. K. A.

CAP. XII.

1. Γυνή, eccleſia per mulierem intelligitur. Cf. Ieſ. 54, 1-6. Ier. 31, 3. Zach. 9, 9. Gal. 4, 26. 27. Eph. 5, 23. Dicitur haec mulier amicta ſole, i. e. Chriſto ſole iuſtitiae circumdata, cuius imputata iuſtitia tota fulget. Lunam habet ſub pedibus, i. e. omnia mundana, fluxa, caduca; viciſſitudinibus obnoxia contemnit. Ut enim luna diſtinctas terricolis exhibet phaſes iam corniculata, iam dimidiata, iam gibboſa, iam plena in ſcenam prodiens, iam prorſus ſilet: ſic et mundana variis incrementis decrementis et tandem interitui ſunt obnoxia. Schema huius mundi praeterit, inqvit Apoſtolus 1 Cor. 7, 31. Per duodecim ſtellas in capite duodecim Apoſtoli, non tam ratione perſonarum, qvam doctrinae, intelliguntur. Fuerunt enim φωστῆρες, i. e. ſtellae fulgidae, qvae lucem coeleſtis doctrinae mundo praetulerunt.

2. Mulier

2. Mulier haec, qvae v. 1. deſcribitur in utero habens, i. e. praegnans clamat et cruciatur, ut pariat. Poenae loco inflictum eſt mulieri, cum fecerit transgreſſionis initium, ut cum dolore liberos in lucem enitatur, qvae tamen ſalva fiet in generatione liberorum, non erit ei haec obſtaculo, licet poenae loco fuerit impoſita, ſi manſerit in fide ac dilectione. Hic typus arripitur et ad eccleſiam accommodatur, qvod etiam cum dolore inter anguſtias perſecutionum foetus ſuos enitatur et ſpirituales liberos pariat. Dolorificum partum ſuum ſpiritualem nobis deſcribit Paullus Gal. 4, 19.

3. Διάδημα, diadema, ornamentum capitis. Δράκων, Draco eſt Satan. Per capita coronata reges mundi, qvorum miniſterio in perſeqvenda eccleſia utitur, per cornua ipſorum organa, fortia tamen et robuſta, intelliguntur. Hoc enim ſollemne ſervat ſcriptura, ut per cornua robur exprimat.

4. Ὀυρὰ, cauda. Per caudam, i. e. Pſeudoprophetas Eſ. 9, 15. tertiam partem ſtellarum, i. e. doctores eccleſiae inſignes et fidei confeſſores de coelo in terram miſit, i. e. ab orthodoxa fide abduxit, et ut metu perſecutionum et amore terrenorum apoſtatae fierent, effecit.

5. Καὶ ἔτεκεν υἱὸν ἄῤῥενα — ἀυτȣ͂, a) de Conſtantino M. imperii potito, qvi validum eccleſiae defenſorem ſe praeſtitit, interpretatur Vitringa, qvem S. V. Koernerus ſeqvitur. b) Servator, cui tanqvam capiti σύμμορφος hac in parte fieri debebat eccleſia, vix in lucem editus erat, et Draco hic infernalis rictum adverſus eundem per Herodem Aſcalonitam, ut devoraret, expandebat. Vix naſci coeperat eccleſia N. T. et non tantum per Iudaeos et Herodem, ſed et imperatores ethnicos novum hunc partum horribiles excitando perſecutiones devorare nitebatur. Peperit

tamen

tamen mulier filium maſculum, qvi recturus erat omnes gentes in virga ferrea: et raptus eſt filius eius ad Deum et ad thronum eius. Coniungitur hic Chriſtus primogenitus inter multos fratres cum fratribus reliqvis. In Chriſto qvidem litteraliter impletum fuit, qvod filius maſculus editus, qvod omnes gentes rexerit in virga ferrea: et qvod raptus fuerit ad Deum et thronum eius. Sed qvod capiti accidit, idem etiam membris, vel reliqvis fratribus, in qvibus Chriſtus formatus eſt, evenit. Kromaierus.

6. Καὶ ἡ γυνὴ — ἑξήκοντα, inter perſecutiones Deus eccleſiae, ut olim populi *Iſraelitici in deſerto* degentis, curam geſſit. K. A. *Qvae ſeqvuntur de fuga* mulieris in deſertum per anticipationem dicuntur. Intervenit enim pugna Michaelis cum Dracone, qva finita dicitur v. 13. et 14. poſtqvam vidit Draco, ſe proiectum eſſe in terram, perſecutus eſt mulierem, quae peperit maſculum, et datae ſunt mulieri alae duae aqvilae magnae, ut volaret in deſertum in locum ſuum, ubi alitur per tempus et tempora, et dimidium temporis a facie ſerpentis. Per dies 1260 numerum eundem, qvi habetur v. 14., ex Dan. C. 7. petitum, nimirum tempus, tempora et dimidium temporis exprimi, planum eſt. Si enim per tempus annus aeqvabilis 360 diebus conſtans, (ut ex Dan. 4, 13. apparet,) per tempora *biennium*, per dimidium temporis ſemeſtre ſpatium intelligitur, conficient 1260 dies, vel menſes qvadraginta duos myſticos.

7. Ἐν τῷ ὀυρανῷ, in eccleſia, qvae regnum coelorum in litteris ſacris appellari ſolet. Stilo poetico nova facies, quam eccleſia Conſtantini M. temporibus indue-

Cap. 12, 6. Poſt ἔχει S. R. Griesb. addidit ἐκεῖ.
v. 7. Pro ἐπολέμησαν habet τοῦ πολεμῆσαι μετά.

induebat, depingitur. Sub Diocletiano circa ſaeculi tertii et qvarti confinia perſecutiones Chriſtianorum ad ἀκμὴν pervenerant, ut vix, qvo progrederentur, ulterius invenirent. Sed brevi poſt, devictis adhuc perſecutorum reliqviis, Maxentio, Maximino, Licinio, halcyonia Deus eccleſiae ſuae conceſſit. Pax religioni data, oratoria Chriſtianorum paſſim magno numero exſtructa, de reditibus eccleſiae miniſtris proſpectum, concilia oecumenica velut in theatro totius orbis habita et Chriſtianorum nomen pluris, qvam antea, coepit haberi.

8. Ἰσχύω, praevaleo. Οὔτε τόπος — οὐρανῷ, non iis amplius conceſſum eſt per imperatores ethnicos perſeqvi Chriſtianos, paganismus exſtirpabatur. K. A.

10. Κατήγωρ, i. q. κατήγορος, accuſator. Eſt nomen etiam orientali civitate donatum, a Syro interprete h. l. adhibitum. Itaqve h. l. non ut graecum (idqvod Camero notat,) ſed ut hebraicum ponitur ſubſeqvente ſynonymo mere Graeco ὁ κατηγορῶν. Copulatur utraqve lingva, uti v. 9. et paſſim in hoc libro Iſraelitas et gentes ſpectante.

11. Ὁ λόγος τῆς μαρτυρίας, doctrina Evangelii. O. 34. α. Ψυχὴ, vita. J.

12. Εὐφραίνομαι, laetor, hilaris ſum. Οὐαὶ — θάλασσαν, vae inhabitantibus terram et mare, i. e. Orientem et Occidentem. Ἔχων θυμὸν μέγαν, habens iram magnam, qvam ſeducendo animas, interficiendo corpora evomit. Εἰδὼς — ἔχει, additur cauſſa, qvod ſciat, parum ſibi temporis reſtare, qvo graſſari poſſit

in

Cap. 12, 10. Pro κατήγορος habet κατήγωρ.

v. 12. Pro τοῖς κατοικοῦσι τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν S. R. Griesb. habet τῇ γῇ καὶ τῇ θαλάσσῃ.

in terrae incolas, ideoqve brevitatem gravitate ſe compenſare velle.

14. Καὶ ἐδόθησαν — ὄφεως, eccleſia protegenda erat ab Imperatoribus Romanis, qvorum inſigne eſt imago aqvilae, hi qvaſi alis eccleſiam tegebant. K. A. Cf. notata ad v. 6. Probabile eſt ad fugam Eliae in deſertum, cum vitae ipſius Ieſabel inſidiaretur, et ad tempus nutritionis in deſerto per tres annos et dimidium, cum fame premeretur Iſraelitarum regio, haberi reſpectum, eo qvod tempus, tempora et dimidium temporis triennium cum dimidio anno, ſed h. l. myſticum conficiant.

15. Ποταμοφόρητος, ὁ, ἡ, *qvi vel qvae a flumine abripitur.* Per inundationes aqvarum in litteris ſacris perſecutiones deſcribi, patet ex Pſ. 124, 1. Deſcribitur h. l. eccleſia populorum barbarorum impetu petita, nec tamen obruta.

16. Καὶ ἐβοήθησεν — αὐτοῦ, *Sens:* Qvidam potentes terrarum principes eccleſiae opem tulerunt, qvo factum eſt, ut ipſi hi populi gentiles, qvi ex mente Satanae Chriſtianos exſtirpare debuerant, perirent. K. A.

17. Καὶ ὠργίσθη — Χριστοῦ, cum Satan intelligeret ſe eccleſiam in occidentali terrarum parte delere non poſſe his conatibus vanis iracundior factus *invaſit* Orientem omnemqve in his regionibus movit lapidem, ut ibi reliqvias Chriſtianismi exſtirparet. K. A.

CAP. XIII.

1. Θηρίον, ſub imagine hac regnum proponi apparet ex collatione cum Danielis prophetiis. Aſcendit ex mari, i. e. exortum eſt hoc regnum in Occidente.

Cap. 12, 17. Poſt Ἰησοῦ vocem Χριστοῦ omiſit S. V. Griesb.
Cap. 13, 1. Pro ὄνομα habet ὀνόματα.

cidente. Cf. deſcriptio huius beſtiae Cap. 12, 3. Per ſeptem capita intelliguntur ſeptem imperii formae, qvae qvidem omnes regia auctoritate uſae fuerant, omnes vero iam qvoqve interierant. Nunc vero exoriebatur alia regni ſpecies, in qvo dabantur provinciis imperii principes inſignibus regiis ornati, qvi eas regerent et cum regno recens nato arctiſſimo vinculo coniuncti manerent. K. A. In prima regiminis forma caput extulerunt *reges*, in ſecunda *conſules*, in tertia *decemviri legislatores*, in qvarta *tribuni plebis*, in qvinta *dictatores*, in ſexta *caeſares ſ. principes Romani*, in ſeptima *imperatores exteri*. Βλασφημία eſt in litteris ſacris i. q. idololatria. Cf. Ieſ. 65, 7. Ezech. 20, 27. Innuitur in hoc regno ſub prioribus eius ſeptem gubernationum formis idolorum cultum in ipſo viguiſſe. K. A.

2. Ἡ πάρδαλις, pardus. Ὁ, ἡ, ἄρκτος, urſus. Tria illa animalia, qvorum imaginibus Daniel uſus eſt ad tria magna regna deſcribenda, hic coniunguntur, qvo innuitur deprehendi in hoc uno illa omnia, qvae tria illa regna ſingillatim habuiſſent, atqve hoc regnum his tribus regnis coniunctim ſumtis haud inferius eſſe dolis, rapacitate et potentia. K. A.

3. Καὶ εἶδον — ἐθεραπεύθη, de capitibus huius beſtiae Iohannes unum velut occiſum vidit, qvod de bellis infeliciter geſtis intelligendum eſt, gladio enim inflictum erat vulnus. Sed recuperabat priſtinas vires atqve ex reliqviis huius regni ferme penitus deleti exoriebatur novum iſtud regnum. Qvo magis hoc in admirationem qvemqve rapiebat, eo plures clientes hoc novum

Cap. 13, 3. Pro καὶ εἶδον μίαν S. R. Griesb. habet καὶ μίαν. Sic omnia antiqviſſima veſtigia. Εἶδον interſerunt duo, tresve libri. Bengel. Μίαν non refer ad ἔδωκε, ſed ſub audi εἶδον, qvod ex v. 1. repeti debet, ſeu ἔχον.

novum regnum adipiſcebatur. Nam qvum hoc imperium a Deo ipſo fundatum videretur, accidit, ut et ipſi et eius auctori cultus idololatricus exhiberetur. K. A. Commoda videtur eorum ſententia, qvi de lacerata parte in primis occidentali huius imperii per populos barbaros, Gothos, Vandalos, Hunnos, Francos, caput hoc velut occiſum in mortem intelligunt et curationem vulnerati capitis temporibus Caroli M. factam eſſe cenſent. Ἡ πληγὴ τȣ̃ θανάτȣ ἀυτȣ̃, plaga eius letalis.

5. Καὶ ἐδόθη, et dabatur ſc. a Dracone. Μέγας, h. l. atrox. Kr. Μῆνας — δύο. Cf. Dan. 8, 24. Apoc. 11, 2. 12, 6. Dan. 11, 7-21.

6. Ἀνοίγειν ςόμα. O. 34. Σκηνὴ, tabernaculum, habitaculum. Vera eccleſia vocatur tabernaculum Dei. Cf. Dan. 8, 10.

8. Ἀπὸ καταβολῆς κοσμȣ̃ commode refertur ad γέγραπται. Adhibetur limitatio: *qvantum ad incolas terrae attinet*, qvod illi tantum adorent beſtiam, qvorum ſc. nomina non ſunt ſcripta in libro vitae agni, i. e. qvi ad aeternam vitam non ſunt electi, ſed propter incredulitatem finalem ab aeterno praeviſam a ſalute reiecti. Βίβλος ζωῆς, metaphorice et per ἀνθρωποπάθειαν eſt numerus electorum. Kr.

10. Εἴ τις — ἀποκτανθῆναι, a) Dilogia ineſſe videtur: ſi qvis alios argumentis vicerit et ad eccleſiam Chriſtianam adduxerit coll. 2 Cor. 10, 5. Eph. 4, 8. in vincula proprie dicta coniicietur; ſi qvis gladio verbi divini occiderit hoſtes, Eph. 6, 17. gladio proprie dicto occidetur. K. A. b) Hiſce verbis Iohannes poenam

Cap. 13, 4. Pro τὸν δράκοντα ὃς ἔδωκεν habet S. R. Griesb. τῷ δράκοντι ὅτι ἔδωκεν. Pro τὸ θηρίον habet τῷ θηρίῳ.

v. 7. Poſt φυλὴν addit καὶ λαόν.

v. 8. Pro τὰ ὀνόματα ἐν τῇ βίβλῳ in textum recepit τὸ ὄνομα ἐν τῷ βιβλίῳ.

nam talionis, qva beſtia perſecutrix plectetur, recenſet. Ut enim ipſa in captivitatem duxit caeteras gentes, ſic ipſa qvoqve per gentes barbaras ducetur in captivitatem. Ut ipſa gladio gentes per aliqvot ſaeculorum intervallum interfecit: ſic iſta qvoqve bellis infeliciter geſtis magnam partem interficietur. Antidoton vero, qvod Sanctis malis iſtis opponere poſſunt, eſt patientia, qvae non ſuccumbit adverſis, et fides, qvae vincit mundum. Kromaierus.

11. Ἐκ τῆς γῆς, in Oriente. Terra, mari oppoſita, eſt Aſia. Καὶ εἶχε — ἀρνίῳ, robur eius non erat ſaeculare ſed, ut videbatur, ſpirituale; creſcebat affectando Chriſti agni coeleſtis ſanctitatem et humilitatem, ſed re ipſa perſonam hoſtis eccleſiae agebat, hisqve partibus plane ſatisfaciebat. Similibus coloribus ſervator depingit falſos prophetas. Cf. Matth. 7, 15.

13. Καὶ ποιεῖ — ἀνθρώπων, facit ſigna magna, non vera miracula, ſed mirabilia vel ope Daemonis vel per fraudes multiplices. Cf. 2 Theſſ. 2, 9.

15. Λέγων — ἀποκτανθῶσι, Concilia Clericorum repraeſentabant beſtiam et erant eius imago. Sanciebant leges eccleſiaſticas et decreta faciebant. Loqvebatur imago per decreta illa, qvibus ſancitum erat, ut qvicunqve non adoraverint imaginem beſtiae, i. e. coeco obſeqvio imperio eius paruerint, occidantur. Eiusmodi autem decreta inſtigantibus monachis facta ſunt, qvi in conciliis plurimum auctoritate valuerunt, et qvorum ordo in Oriente (cf. ſupra v. 11.) habuit ſolum natale. K. A.

16. Καὶ ποιεῖ — ἵνα δώσῃ, conſtr. Καὶ ποιεῖ, ἵνα πᾶσι δώσῃ αὐτοῖς, et efficit, ut daret omnibus. Αὐτοῖς abundat. O. 34. Χάραγμα, ſculptura, qvaevis

Cap. 13, 16. Pro δώσῃ S. R. Griesb. habet δῶσιν.

vis nota, qva res una diſcernitur ab alia. Noli putare, characterem illum eſſe ſignum aliqvod viſibile vel frontibus vel dextrae hominum impreſſum aut inuſtum (prout nec ſignum viſibile vel frontibus electorum imprimitur,) ſed eſt obligatio alteri facta, qva qvis ab altero facile poſſit diſcerni. Thomas recte dixit characterem beſtiae eſſe profeſſionem illiciti cultus. Non fruſtra tamen frontis et manus mentionem hic facit Spiritus S., ſed per eos, qvi characterem in frontibus accipiunt, intelligit, qvi profeſſione tantum (ut frons index animi) per eos, qvi accipiunt in dextra, intelligit, qvi votis et iuramentis inſuper tenentur. Prior character omnibus Antichriſti ſectatoribus eſt *communis:* poſterior qvibusdam, in primis unctae et raſae catervae proprius eſt. Qvid? qvod etiam oleo materiali ſectatores Antichriſti vel in frontibus tantum, vel ſimul in dextra, (qvod qvibusdam proprium,) inungantur. S. V. Koernero iudice per characterem in manu commode intelligitur ſic dictum *Pater-noſter.*

17. Ἀγοράζω, emo. *Ἀγοράσαι καὶ πωλῆσαι,* emere et vendere h. l. ſignificat omnia vitae ſuſtentandae et rei faciendae media. Τὸν *ἀριθμὸν — αὐτοῦ,* ille habet numerum nominis eius, qvi poteſtatem, qvam beſtia haec ſibi arrogat, legitimam eſſe praedicat.

18. Ὧδε ἡ σοφία ἐςὶ, hic ſapientia opus eſt. Ὁ *ἔχων τὸν νοῦν,* qvi intelligentia eſt praeditus. Ψηφίζω, ſupputo. *Ἀριθμὸς γὰρ ἀνθρώπου ἐςὶ,* eſt enim numerus inter homines notus et communis, qvi numeris propheticis opponitur. Χξς, *ἑξακόσιοι ἑξήκοντα ἕξ,* i. e. ſexcenti ſexaginta ſex. ς male cum virgula ſuperim-

Cap. 13, 17. Poſt *τὸ χάραγμα* S. R. Griesb. ἢ omiſit. Omnes, praeter unum, Codd. in omittenda hac particula conſentiunt.

ſuperimminente, ut exemplaria Graeca Typographorum incuria fere omnia habent, ſcribitur. Cum virgula qvippe ϛ′ non 6, ſed 90 denotat. Hunc numerum et litteras numerales Irenaeus ſcriptor antiqviſſimus, in ſecundo iam ſaeculo poſt Chriſtum natum celebris, commentator in hanc Apocalypſin, teſtatur in omnibus antiqvis et probatiſſimis ſcripturis poſitas fuiſſe, inqve temerarios interpolatores graviſſime invehitur. Numerus 666 in voce Λατεῖνος (nec non in aliis nominibus) deprehenditur. Fatendum vero eſt nos non adſtruere poſſe argumentis indubitatis ad hanc vocem alludi, nec hactenus ſolidis rationibus evinci potuiſſe, qvomodo hic numerus interpretandus ſit, utrum ſc. de temporis intervallo inter viſionem et regni huius originem, an de duratione iſtius regni intelligi debeat. K. A.

CAP. XIV.

1. Ἀρνίον, per agnum ſtantem ſuper montem Sion intelligitur Chriſtus. Per montem Sion eccleſia adumbrata eſt. Cf. ſupra Cap. 7, 3. 4. Numerum hunc Hieronymus de totidem Iudaeis ex omnibus tribubus ad Chriſtum circa noviſſima tempora convertendis intelligit ſecundum litteram ſtricte dictam, qvae Cap. 7. dicuntur, capiens. Utut autem 12 tribuum Cap. 7. fiat mentio, tenendum tamen ſcripturam ſuum ſollemne ſervare, phraſibusqve ex V. T. petitis ſtatum eccleſiae N. T. deſcribere. Per nomen patris ſcriptum in frontibus confeſſio doctrinae coeleſtis intelligitur.

2. Καὶ ἤκουσα — αὐτῶν, per vocem aqvarum multarum vox multorum populorum fremitum ingentem excitantium (ut mare facere ſolet) intelligitur:

 per

Cap. 14, 1. Poſt ἔχουσαι τὸ ὄνομα S. R. Griesb. addit αὐτοῦ καὶ τὸ ὄνομα.

per vocem tonitru vox percellens aures: per vocem citharoedorum vox ſvaviſſima molliter aures influens, ad citharoedos V. T. habito reſpectu innuitur. Ὁ κιθαρῳδὸς, citharoedus, qvi citharam pulſans ſimul voce accinit. Οὐδεὶς — γῆς, hoc canticum eccleſiae triumphantis nemo diſcere poterat praeter 144000 ſignatorum, qvia nemo praeter fideles a Spiritu S. illuminatos ſapientiam Dei poteſt intelligere, ut Paullus prolixe docet, 1 Cor. 2, 6. 8. 10.

4. Οὗτοί — εἰσι, de virginibus ſpiritualibus, qvae cum meretrice magna non fuerunt ſcortatae, aut idolomania Antichriſtiana (qvae per fornicationem *ſpiritualem* paſſim in ſacris litteris deſcribitur) non fuerunt coinqvinatae, eſt intelligendum. Μολύνω, inqvino, polluo. Ἠγοράσθησαν — ἀρνίῳ, deſcribuntur ut primitiae Dei et agni. In V. T. primitiae frugum, de qvibus ſpicae in feſto Paſchatos, manipuli vero in feſto ſeptimanarum offerebantur, Deo erant ſanctae, qvin et primogenita pecorum et hominum, vel permutatione redimenda, erant Dei: ſic electi per Chriſtum a terrena converſatione redemti, 1 Petr. 1, 18. a *mundo* ſeparati, Ioh. 17, 14. Deo et agno conſecrati ſunt, ut abnegantes ſemetipſos ad illorum nutum omnem ſuam vitam componant.

5. Δόλος, h. l. falſa doctrina.

6. Ἄγγελον, angelorum nomine v. 6. 8. 9. praecones coeleſtis doctrinae veniunt. Viſio, qvae Iohanni obtingebat, oſtendit: Deum per legatos id acturum eſſe, ut omnes gentes doctrinam evangelicam cognoſcant et ad cultum veri numinis excitentur. Itaqve hoc loco nec de vero angelo, nec de unico doctore cogitandum eſt. Qvod per multos humanos nuncios fieri

Cap. 14, 5. Pro δόλος S. R. Griesb. habet ψεῦδος. Poſt εἰσιν omiſit ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ.

fieri debebat, id ſub coeleſtis legati ſpecie proponitur. K. A. Μεσȣρανήμα, media coeli regio.

8. Καὶ ἄλλος — ἔθνη, promulgationem Evangelii aeterni ſeqvitur iubilus de ruina Babylonis, qvem affert angelus alios omnes ſinceros eccleſiae miniſtros praeſentans. Sub nomine Babylonis nihil aliud, niſi regnum Cap. 13, 1. intelligendum eſt. Verba deſumta ſunt ex Eſ. 21, 9. et Ier. 51, 8. Ἐκ τȣ͂ οἴνȣ — ἔθνη, Babylon ſpiritualis falſa et idololatrica ſua doctrina omnes gentes qvaſi potu inebriante in ſalutis aeternae periculum praecipites egit. Cf. Ier. 51, 7. Θυμὸς τῆς πορνείας, ira fornicationis denotat perverſum zelum in propaganda idololatria. Ποτίζω, potum praebeo.

9. 10. 11. Καὶ τρίτος — ὀνόματος αὐτȣ͂, iudicium aggravatum iri, poenasqve acerbiores daturos eſſe, qvi, poſt promulgatum Evangelium aeternum, et ruinam regni hoſtilis, tamen adhuc erroribus antichriſtianis adhaereant, qvam, qvi ſaeculis prioribus ſub Cimmeriis tenebris vixerunt, huius angeli verba ſibi volunt. Κεράννυσθαι dicitur Graecis, qvod infunditur bibituro, etiamſi non diluatur aqva aut alio potus genere, uti recte obſervavit Erasmus. Et ita apud Hebraeos מָסַךְ, miſcere pro נָסַךְ, infundere uſurpatur. Τȣ͂ κεκερασμένȣ ἀκράτȣ, infuſo mero in calice irae ipſius. Gl. Ph. 1112. Ἄκρατος (οἶνος,) vinum merum. Denotat ſtilo prophetico *graves poenas*, Pſ. 75, 9. Ier. 25, 15. Ieſ. 66, 24.

12. Ὧδε — ἐστὶ, hic patientia opus eſt ſanctis. K. Ὧδε — Ἰησȣ͂, hic *qvaeruntur*, qvi ſervant praecepta Dei et fidem in Ieſum.

 13. Ἐν

Cap. 14, 7. Pro λέγοντα Griesb. habet λέγων.
v. 8. Poſt Βαβυλὼν omiſit ἡ πόλις.
v. 12. Poſt ἐστὶν S. R. Griesb. omiſit repetitum ὧδε.
v. 13. Poſt λεγȣ́σης omiſit μοι.

13. Ἐν Κυρίῳ, Domini cauſſa. Ἀπάρτι, ab hoc tempore, ſtatim.

14. (Ἦν) νεφέλη, — καθήμενός (τις,) inſidens erat aliqvis. Male per hunc angelum filius Dei intelligitur, qvi non poteſt mandata accipere ab alio angelo, ut v. ſeq. dicitur de hoc angelo. Optime haec illuſtrantur dictis ſervatoris noſtri, Matth. 13, 39. 24, 31. Prior imago de collectione piorum, poſterior de impiorum ad ſupplicia abductione, recte explicatur. K. A.

15. Θερίζω, meto. Ξηραίνω, arefacio; ξηραίνομαι, areſco.

17. Δρέπανον, h. l. falx vinitoria, ſcirpicula, Rebenmeſſer.

18. Ἔχων ἐξουσίαν ἐπὶ τοῦ πυρὸς, angelus hic eſt miniſter vel exſecutor irae divinae. Poenae divinae ignis nomine in litteris ſacris venire ſolent, Pſ. 11, 6. 21, 10. 50. 3. K. A. Τρυγάω, uvas carpo, vindemio. Ὁ βότρυς, botrus, uva. Ἀκμάζω, matureſco.

19. 20. Καὶ ἔβαλεν — ἑξακοσίων, poenae divinae ſub imaginibus deſcribuntur, qvae prophetis ſunt familiares et bellum cruentum ſignificare videntur. Igitur hae formulae non ſenſu ſtricto et proprio accipiendae ſunt. Cf. Ieſ. 63, 3. Thren. 1, 15. K. A. Πατέω, calco. De lacu ſangvis exivit usqve ad fraena eqvorum per ſtadia mille ſexcenta. Scriptura liqvorem

Cap. 14, 14. Pro καθήμενος ὅμοιος S. R. Griesb. habet καθήμενον ὅμοιον.

v. 19. Pro τὴν μεγάλην in textum recepit τὸν μέγαν. Etiam Hebraeis foemininum eſt גת ἡ ληνός. Sed ad τὴν ληνὸν adiectivum additur maſculinum Hebraico more: (vide Buxtorf. Theſ. p. 338. 399. 423.) idqve hoc certe loco facit ad amplificandum, ut etiam apud Graecos. Vid. Budaei Comm. C. Gr. col. 1500. ſeq.

v. 20. Pro ἔξω habet ἔξωθεν.

rem ex uvis expreſſum vocare ſolet ſangvinem uvae, ut Gen. 49, 12. Nec dubium eſt, ad ſupplicii genus ſimul cruentum hic reſpectum haberi.

CAP. XV.

1. Ἐτελέσθη, erit conſummata. O. 23.

2. Θάλασσα ὑαλίνη, vulgo vertitur *mare vitreum.* Sed cum Veteres ὕαλον non ſolum vertant *vitrum*, ſed etiam *electrum*, i. e. maſſam auri argento mixti, ὑάλινος h. l. et ſupra Cap. 4, 6. rectius vertitur *electreus* ſ. electrinus. Mare autem, obſervante Celeb. Doederlino, ex hebraismo denotat *qvamcunqve planitiem magnam.* Depingitur itaque ſplendida planities inſtar electri micans. Intelligitur vero ſtratum ſive pavimentum circa thronum Dei atqve alluditur ad ſolum templi Salomonei auro obductum. Cf. 1 Reg. 6, 30. Dicitur h. l. μεμιγμένη πυρὶ, qvoniam radii gloriae repercuſſi ſicut fulgura in planitie iſta ſplendida, qva thronus Dei circumdabatur, micabant. Cf. ſupra Cap. 4, 6. K. A. Τὸς νικῶντας ἐκ τȣ̃ θηρίȣ, qvi victoriam reportaverant a beſtia. Κιθάραι τȣ̃ Θεȣ̃, i. e. eximiae. Scriptura ſiqvidem phraſi Hebraeis uſitata, qvicqvid magnum et prae reliqvis excellens eſt, hoc addito epitheto ſolet deſcribere, ut Ninive vocatur urbs Dei, Ion. 3, 3. v. I. in voc. Θεός. Alluditur ad cultum Dei publicum V. T. temporibus et ad citharas, qvibus Levitae in templo olim utebantur.

3. Καὶ ᾄδȣσιν — ἀρνίȣ, canticum Moſis et canticum agni non differunt. Referebatur potius ab ele-

 ctis

Cap. 15, 2. Ἐκ τȣ̃ χαράγματος αὐτȣ̃ S. R. Griesb. omiſit.

v. 3. Βασιλεὺς τῶν ἐθνῶν / αἰώνων optionem dat lectori, qvamnam e duabus his lectionibus, iudicio eius prorſus aeqvalibus, praeferre velit. Bengelius praefert ἐθνῶν. Lectio ἁγίων reiicitur.

ctis illud ipſum canticum Moſis ad liberationem eccleſiae per caput ſuum. Typum et antitypum hic arcte coniunctum eſſe declarabatur. K. A. Δȣ̃λος, miniſter. J. Αἱ ὁδοί σȣ (εἰσι.) Ὁδοὶ, conſilia, modus et ratio conſilia exſeqvendi. J.

4. Τίς ȣ̓ μὴ φοβηθῇ σε; qvis non timebit te? Μόνος (εἶ.) Ὅτι τὰ δικαιώματά σȣ ἐφανερώθησαν, iura, qvae tibi ſoli competunt, ſummus ſc. honor et cultus adorationis, ſatis manifeſta ſunt, ſatis vindicata ſunt contra beſtiam, qvae in ea involare auſa eſt. K. A. Cf. J. in voc. δικαίωμα.

5. Ἠνοίγη — ȣ̓ρανῷ, phraſibus ex V. T. petitis tum regnum gratiae in N. T. tum gloriae deſcribi ſolet. Ut enim Deus in V. T. ad tabernaculum teſtimonii portatile, poſtmodum ad templum Hieroſolymitanum, in primis ad Sanctum ſanctorum, ubi ſuper Cherubim ſedebat, praeſentiam ſuam gratioſam adſtrinxerat: ita in coelo praeſentia glorioſa ſanctis angelis et omnibus electis eſt praeſens. Qvod autem templum tabernaculi dicitur apertum, ad velum, qvo Sanctum ſanctorum a ſancto diſterminabatur, et intra qvod nemo praeter ſummum ſacerdotem ſemel in anno ſeſe recipere debebat, reſpicitur. Hic templum apertum et velum remotum dicitur, qvia decreta Dei de plagis Antichriſto et ipſius regno inferendis palam fient et exſecutioni mandabantur.

6. Λίνον, linteum. Καὶ ἐξῆλθον — χρυσᾶς, veſtitus hic non mundanus eſt, ſed ſacer, qvalem Deus olim ſacerdotibus et Levitis in V. T. praeſcripſerat, linteus, candidus cum zona. Et in hoc ſaepius apparuerunt angeli, utpote Ezech. 9, 2. in reſurrectione Chriſti, Matth. 28, 3. et Marc. 16, 5. in aſcenſione, Act. 1, 10. Linum autem mundum et candidum puritatem et laetitiam ſignificat. Praecincti fuerunt circa pectora

zonis,

zonis, qvia expediti fuerunt ad exſeqvenda mandata divina. Orientales qvippe, cum veſtibus uterentur laxis et undantibus, ne ſibi eſſent impedimento in peragendis negotiis, circa lumbos zona ſe praecingere ſolebant. Qvorſum reſpiciens Petrus 1 Ep. 1, 13. qva lumbos mentis ſuccinctos nos eſſe iubet. Τὸ ςῆθος, mamma, pectus.

7. Φιάλη, phiala. Φιάλη δὲ φασὶν ἀγγεῖον λεβητοειδὲς, πεπλατυσμένον ἄνωθεν, *Euſtathius*. Phialarum in ſuperiore parte latitudo facit ad repentinae effuſionis amplitudinem. Phiala dicitur qvaſi piala a verbo πίνειν, et tantum continet, qvantum bibendo hauriri poteſt. In illas dividitur calix vino irae divinae impletus C. 14, 10. deſcriptus. Vocantur aureae non propter aliqvod myſterium, ſed ex uſu communi, qvia non niſi ex auro, vel argento deaurato confici ſolebant.

8. Καὶ ἐγεμίσθη — ἀγγέλων, alluditur hac parte viſionis tum ad hiſtoriam tabernaculi, qvod in dedicatione nubes maieſtatis Dei totum replebat, ita ut Moſe ingredi non poſſet, Exod. 40, 34. tum ad hiſtoriam templi, qvod ſimiliter in dedicatione replevit nubes maieſtatis divinae 1 Reg. 8, 10. Probabile eſt hac ipſa fumi repletione iudiciorum Dei occultationem in hac vita ſignificari, ſc. eorum rationes a nobis reddi non poſſe, donec conſummentur et qvia demum a poſteriori a nobis cognoſcantur, ea non temere eſſe ſcrutanda.

CAP. XVI.

1. Γῆ, h. l. ſenſu latiore v. 2. autem ſenſu ſtrictiore accipi debet. K. A. Si mari opponitur, denotat ſenſu ſtrictiori Orientem. Phialae tubis ſunt ſimiles atqve

Cap. 16, 1. Poſt ἐκχέατε τὰς S. R. Griesb. addit ἑπτά.

atqve in deſcriptione earum haud obſcure ad plagas Ægypto inflictas alluditur.

2. Τὸ ἕλκος, ulcus. Qvidam per ἕλκος intelligunt peſtem ſaeviſſimam aut alios morbos; rectius tamen ulcus internum, animae torturam cruciatus ingentes afferentem intelligi putamus.

3. Θάλασσα, h. l. denotat Occidentem. Caedes hominum multas fore his verbis indigitatur. K. A.

4. Ποταμοὶ et πηγαὶ videntur h. l. meridianas Aſiae et Africae regiones et praecipue Aegyptum, Nilo ſuo celebrem, denotare. Praedicitur fore, ut in his regionibus bella cruenta exoriantur, *multumqve ſangvinis* in iſtis profundatur. K. A.

5. Per angelum aqvarum non intelligitur aliqvis angelus tutelaris, qvi praeſit aqvis inſtar alicuius Neptuni, ut volunt Pontificii, ſed ille ipſe angelus, qvi phialam ſuam in flumina et fontes effuderat.

6. Αἷμα ἐκχεῖν, occidere. O. 40. Προφητῶν. Per prophetas h. l. non intelliguntur, qvi futura praedicunt, ſed ſtilo N. T. ſcripturarum interpretes.

7. Ναὶ, omnino. Verba prioris angeli approbat, et hoc ſibi vult; ita eſt.

8. Ἥλιος, ſol eſt imago uſitata ſummi imperii. Non autem dicitur imperans ille ipſe has plagas, de qvibus ſermo eſt, paſſurus eſſe, ſed deſcribitur his plagis alios affecturus. *Sens.* Soli i. e. ſummo cuidam imperanti conceſſa eſt poteſtas alios laedendi. K. A. Καυματίζω, aeſtu adfligo. Τὸ καῦμα, aeſtus. Ἐκαυματι-

Cap. 16, 3. Pro ζῶσα habet ζωῆς.
v. 5. Κύριε poſt δίκαιος, v. 6. γὰρ poſt ἄξιοι et v. 7. ἄλλ ἐκ poſt ἤκουσα omiſit.
v. 9. Poſt ἐβλασφήμησαν addit οἱ ἄνθρωποι.

ματίσθησαν καῦμα μέγα, aeſtuaverunt aeſtum magnum. O. 38. V. 628.

10. Ὁ θρόνος τȢ θηρίȢ, ſedes regni Cap. 13, 2. ſupra deſcripti. Σκοτόω, tenebras obduco. Dubium non eſt, ad plagam nonam Ægyptiacam Exod. C. 10. deſcriptam, qva tenebris denſiſſimis totà Ægyptus, excepta portione ab Iſraelitis inhabitata, involvebatur, alludi. Per obſcurationem itaqve ſedis beſtiae non tantum cimmeriae tenebrae in doctrina, qvibus ſedes beſtiae fuit circumſepta, ſunt intelligendae, ſed et ipſius beſtiae contemtus ac vilipendium. Μασσάομαι, mando. Καὶ ἐμασσῶντο — πόνȢ, ut furioſi, aut morbo comitiali correpti frendere ſolent dentibus lingvas, digitos, qvoties vindictam adverſus antagoniſtas exercere non licet, morſu ſibi praeſcindere. Ita ſectatores Antichriſti, poſtqvam nec Evangelii lucem extingvere, nec veritatem ſalvificam amplexos e medio tollere poterunt, in rabiem vertentur, et ſibi metipſis poenas dabunt.

11. Ἐκ, propter. Ὁ πόνος, dolor.

12. Καὶ ὁ ἕκτος — ἡλίȢ, utrum per Euphratem regnum ad hunc fluvium magnam partem adiacens et per exſiccationem regni huius deſtructio. (Cf. Ieſ. 8, 7.) a populis orientalibus peragenda indicetur, an Iohannes de Babylone N. T. loqvatur et phraſes prophetarum de expugnatione Babylonis antiqvae ad deſtructionem Babylonis myſticae accommodet, (cf Ieſ. 11, 15. 16.) certo definiri non poteſt. K. A. Mihi qvidem ſententia poſterior ob nexum v. 12. cum ſeqventibus praeferenda videtur. Nec obſcure ad expugnationem Babylonis veteris alluditur. Qvemadmodum enim Cyrus, cum Babylonem ad fluvium hunc ſitam, urbem potentiſſimam et totius regni ſedem, obſidione cingere vellet, praeter omnem incolarum et regis Belſaze-

ſazeris opinionem Euphratem avertit, et per ſiccatum alveum aditum ad urbem ſibi munivit, ita impoſturis Babylonis myſticae patefactis ad facilius expugnandam beſtiae ſedem via patet.

13. Δράκων. Cf. Cap. 12, 9. 17. Θηρίον. Cf. Cap. 13, 2. Ψευδοπροφήτης. Cf. Cap. 13, 11—17. Doctrina falſa trium horum eccleſiae hoſtium peperit triplicem falſorum doctorum catervam, qui propter impudentiam, faſtum, et loqvacitatem moleſtam cum ranis comparantur. K. A. Ὁ βάτραχος, rana.

14. Πνεῦμα, doctor. Πνεῦμα δαιμονίων, a Satana actus, eius animos mendaces et caedis plenos imitans. Ἐπὶ, ad.

15. Ὡς κλέπτης, ut fur, i. e. improviſo. Μακάριος (ἐςι.) Γρηγορῶν, vigilans, prudens, cautus. Τηρῶν τὰ ἱμάτια αὐτȣ̃, ſervans veſtimenta ſua ſc. ea, qvae ad πανοπλίαν ſpiritualem pertinent. Cf. Eph. 6. 11. Ibi πανοπλία τȣ̃ Θεȣ̃, tota armatura Dei, ſunt verbum Dei, fides, preces, qvibus contra mala et malos pugnamus. Ἀσχημοσύνη, dedecus.

16. Ἀρμαγεδδὼν, Armageddon, forte eſt ex הַר mons et מְגִדּוֹ, Megiddo. Kr. Alluditur ad locum, ubi hoſtes eccleſiae magna clade deleti ſunt v. 2. Reg. 9, 24. 27. K. A.

17. Εἰς τὸν ἀέρα, innuitur illum hoſtem plane debellatum iri, qvi alias in aere regnare dicitur. Cf. Eph. 2, 2. K. A. Γέγονε, actum eſt, hoſtes victi ſunt. Congruit haec vox cum voce ſervatoris in cruce iam exſpiraturi: τετέλεςαι, i. e. factum eſt, conſummatum eſt.

18. Καὶ

Cap. 16, 13. Pro ὅμοια βατράχοις S. R. Griesb. habet ὡς βάτραχοι.

v. 14. Pro δαιμόνων in textum recepit δαιμονίων. Poſt βασιλεῖς omiſit τῆς γῆς καί.

18. Καὶ σεισμὸς — μέγας, terrae motus ſignificat poenas Dei, qvibus magni illius regni ruina efficietur.

19. Καὶ ἐγένετο — ἔπεσον, a) per iudicia divina regnum illud magnum in tres partes eſt diviſum, gentiumqve civitates huic regno antea debitae ab eo defecerunt. K. A. b) Ἔπεσον, interierunt. Kr. Everſio et vel in mille partes diſſipatio urbis magnae ſignificatur. Nec tantum civitatem magnam, ſed etiam civitates gentium interitus iſte involvet: per qvas extra regnum Antichriſti, Turcarum, Perſarum et aliorum paganorum regna intelligimus. Kromaier. Ποτήριον — αὐτῦ, per calicem irae certa portio et dimenſum uſitato Hebraeis loqvendi more ſignificatur, et poculo fornicationis, qvod gentibus propinavit, poculum irae et furoris ſimul opponitur.

20. Καὶ πᾶσα — εὑρέθησαν, ſenſus eſt; terrae motus iſte praeternaturalis non terram duntaxat continentem, ſed et inſulas et ſcopulos marinos evertet, et ita qvidem, ut locus non amplius ipſis inveniatur. Iisdem verbis totalis ruina et everſio coeli ac terrae deſcribitur infra C. 20, 11. Sicut in cataclyſmo univerſali homines fruſtra ad montes confugiebant et in iisdem ſalutem qvaerebant, ita in fine huius univerſi nec inſulae nec montes tutum adverſus interitum locum eodem confugientibus praebebunt.

21. Χάλαζα, grando. Eſt imago graviſſimorum Dei iudiciorum. Cf. Ieſ. 30, 26—30. Ezech. 38, 22. Ταλαντιαῖος, α, ον, talentarius, talentum aeqvans pondere. Ἐκ, propter. Videtur hic alluſum ad plagam ſeptimam Ægyptiacam Ex. 9, 4. Talentum erat Graecis pondus centum et viginti qvinqve librarum. Inde qvicqvid magnum et grave vocabant ταλαντιαῖον.

CAP.

CAP. XVII.

1. Πόρνη, meretrix. Hoc nomine in litteris ſacris oppidum vel regnum venit, qvod a vera religione defecit, aliosqve ſeducere et ad cultum idolorum allicere ſtudet. Cf. Ieſ. 1, 21. C. 23, 17. Nah. 3. 4. Καθημένης — πολλῶν, qvae multas gentes in poteſtatem ſuam redegit. Stare enim pugnantis eſt, ſedere gubernantis. Δεῦρο, huc, adesdum. Intell. ἴθι, ἐλθὲ, prodi, in hunc locum veni.

3. Καὶ ἀπήνεγκε — πνεύματι, locus viſionis fuit deſertum, in qvod tamen Iohannes non corpore, (qvippe manens in inſula Patmo,) ſed ſpiritu fuit abductus. Reſpicitur ad Cap. 12, ubi eccleſia pura et illibata in deſertum fugiſſe dicitur, ut Elias, qvi ſe ſolum veram eccleſiam conſtituere putabat ſub idololatria Iſraelitarum conſpectum perſecutorum fugiens in deſerto commorabatur. Hic autem Iohannes in deſerto non vidit illam mulierem amictam ſole, veram Chriſti ſponſam, ſed mulierem fornicariam, eccleſiam adulteram, qvae in iſtius locum paullatim ſucceſſerat.

4. Κόκκινος, η, ον, coccineus. Color coccineus ſignificat hanc beſtiam eſſe ſangvinariam et truculentam. Cf. Cap. 13, 1. 5. 6. Χρυσόω, inauro, auro obduco. Ἡ ἀκαθάρτης, ητος, impuritas. Καὶ ἡ γυνὴ — μαργαρίτης, magnificentia, ſplendor et divitiae huius regni deſcribuntur. Dicitur haec meretrix poculum habere *aureum*, ob lenocinia, qvibus alios in ſuas partes pertrahere ſtudet.

5. Μυστή-

Cap. 17, 4. Pro πορφύρᾳ καὶ κοκκίνῳ habet S. R. Griesb. πορφυροῦν καὶ κόκκινον. Pro ἀκαθάρτητος habet τὰ ἀκάθαρτα τῆς,

5. Μυϛήριον, hoc vocabulum nomini Βαβυλῶνος additum declarat, rem, qvae narratur, non ſenſu proprio, ſed figurate eſſe intelligendam. K. A. Vocatur ſedes Antichriſti Babylon potiſſimum tres ob cauſſas. Qvemadmodum olim prophetarum Eſaiae et Ieremiae temporibus Babylon erat caput orbis, ubi Chaldaeorum reges domicilium ſuum habebant: ita Iohannis tempore ſedes Antichriſti ſeptem urbs alta iugis, toti qvae praeſidet orbi. Deinde qvemadmodum Babylon erat perſecutrix eccleſiae non deſiſtens, donec regnum Iudaicum, et in illo portam populorum, ubi Deus ignem et focum ſuum habebat, urbem Hieroſolymam exſcidiſſet: ita regnum antichriſtianum perſeqvetur ſanctos ferro et flammis eosdem e medio tollere laborans. Tandem qvemadmodum in exſtructione Babylonis lingvae confuſae ſunt: ita in regno antichriſtiano fidei dogmata diverſa in unum chaos fuere commixta.

6. Τὸ θαῦμα, admiratio, ſtupor. Ἐθαύμασα θαῦμα μέγα, admiratus ſum admirationem magnam. *Hebr.* O. 38. V. 628. Admiratio aliqvam ignorantiam praeſupponit, qvae fuit h. l. qvod ſignificationem portentoſae huius viſionis Iohannes ignoraverit. Ut autem ceſſet admiratio et Iohannes de hac viſione plenius informetur, ſubiecit angelus ſtatim iſtius expoſitionem.

7. Μυϛήριον τῆς γυναικὸς, ea, qvae myſtice per mulierem innuuntur.

8. Θηρίον — ὑπάγειν, qvatuor beſtiae i. e. regni eccleſiam oppugnantis, conſtituuntur periodi, 1) fuit ſc. florentiſſima, 2) non eſt (amplius, qvod olim erat, magnum vulnus, qvod letale videbatur, inflictum eſt,) 3) aſcenſura eſt de abyſſo (i. e. vires recupera-

Cap. 17, 8. Pro βλέποντες S. R. Griesb. βλεπόντων, et pro καίπερ ἐϛὶν habet καὶ παρέϛαι.

perabit, reſtitueretur,) 4) abibit in perditionem (i. e. plane interibit.) K. A. Ὧν ȣ̓ γέγραπται — κόσμȣ, qvi non ſunt ab aeterno in numero eorum, qvibus beneficio Dei ſalus aeterna tribuatur. Καίπερ ἐςὶ, et tamen eſt, i. e. non plane deſiit eſſe, licet florenti ſtatu priſtino ſit privata. K. A.

9. Ὧδέ (ἐςιν) ὁ νȣ̃ς, hic opus eſt intelligentia. Ὁ ἔχων σοφίαν, qvicunqve praeditus ſis ſapientia ſc. hic oſtende eam. Ὄρει εἰσὶν ἑπτὰ, non intelligendi ſunt *montes* ſenſu phyſico et proprio, ſed ſeptem gubernationis formae. K. A.

10. 11. Καὶ βασιλεῖς — ὑπάγει, *videntur* regiminis formae innui, qvibus Roma ſubiecta fuit et erit ab incunabulis usqve ad decrepitam aetatem, donec ad interitum vergat, ſeptem ſerie continua ſibi ſuccedentes, et harum qvinqve ceciderunt, prima ſub regibus, altera ſub conſulibus, tertia ſub Decemviris, qvarta ſub tribunis militum, qvinta ſub dictatoribus; unus rex eſt, forma ſc. monarchica, qvae tempore Iohannis obtinebat, alius nondum venit, imperii ſc. translatio ad extraneos, qvorum primus fuit Traianus non Romanus, ſed Hiſpanus, et hi brevi cum imperio erunt. Per octavum innuitur imperii labefactati reſtitutio per Carolum M. ope pontificum Adriani *II.* et Leonis III. facta, et haec forma in ſucceſſoribus ſuis durabit, donec intereat beſtia. Diverſas iſtas regiminis formas usqve ad ſua tempora Tacitus Hiſtoricorum Latinorum princeps in veſtibulo libri primi complexus eſt hiſce verbis: Urbem Romam a principio Reges habuere: Libertatem et conſulatum Brutus inſtituit: Dictaturae ad tempus ſumebantur: neqve decemviralis poteſtas ultra biennium, neqve tribunorum militum conſulare ius diu valuit. Non Cinnae, non Sullae longa dominatio: et Pompeii Craſſiqve potentia in

Cae-

Caeſarem; Lepidi atqve Antonii arma in Auguſtum ceſſere, qvi cuncta diſcordiis civilibus feſſa nomine principis ſub imperium accepit. Qvomodo vero inter ſeptem capita locum poſſit habere octavum, qvaeris? Reſpondetur octavum non ad caput, ſed ad ipſam beſtiam referri: vocatur autem ὄγδοος in maſculino genere, qvia refertur ad nomen βασιλέως, qvod ponitur v. 17. Senſus ſatis clarus eſt: et beſtia, qvae erat et non eſt, et ipſe octavus eſt ſc. rex, et in interitum vadit pro vadet per enallagen temporis. Vocatur autem octavus, qvia propter formam regiminis eccleſiaſtico-politicam et ita biformem plane diverſus eſt a ſuperioribus mere politicis. Kromaier.

12. Μίαν ὥραν, unam horam. Non de duratione regni, ſed de tempore, qvo regnum una cum beſtia ſint accepturi reges iſti, accuſativum exponendum eſſe, contextus docet. Accuſativum ita nonnunqvam exponendum eſſe, alia ſcripturae loca docent, v. 9. Ioh. 4, 52. Apoc. 3, 3.

14. Οἱ μετ᾽ αὐτȢ (ὄντες,) qvi cum eo ſunt, ab eius partibus ſtant.

15. Καὶ λέγει — γλῶσσαι, ſenſus eſt: non ſuper aliqvam duntaxat gentem, ſed ſuper plures lingvis et moribus diverſas mulierem imperium extenſuram. Comparantur autem populi cum aqvis, partim propter conſociationem et confluxum, partim propter inconſtantiam et levitatem.

16. Καὶ τὰ δέκα — πυρὶ, de his dicitur, illa odio proſecutura eſſe meretricem, eam denudatura aurum, margaritas, lapides pretioſos etc. repetendo et pingves reditus in ſuis ditionibus et provinciis dene-

Cap. 17, 13. Pro δώσουσιν vel διαδώσουσιν S. R. Griesb. in textum recepit διδόασιν.

gando, et carnes meretricis comeſtura i. e. eandem acerrime perſecutura. Sic enim vel ipſo Auguſtino interprete phraſis biblica: *comedere carnes alicuius* Pſ. 27, 2. Iob. 19, 22. exponenda, metaphora, ut videtur, a canibus venaticis feram inſectantibus petita.

7. Ὁ γὰρ Θεὸς — Θεȣ̃, non putandum, Deum iſtas pravas cogitationes regibus terrae ſuggeſſiſſe, ut derelicta veritate mendacia ſeqverentur antichriſtiana, ſed eum peccata peccatis i. e. peccatorum permiſſione iuſto ſuo iudicio puniviſſe. Et propter hanc voluntatem iudiciariam, qva vult permiſſionem peccati, (non ipſum peccatum) ipſi adſcribitur, qvod diabolo ſeducenti et perverſae hominis voluntati conſentienti fuiſſet adſcribendum. Sic David 2 Sam. 16, 10. inqvit, Deum iuſſiſſe Simei, ut malediceret Davidi, verbis hisce qvaſi formalibus uſum: *maledic Davidi*, cum tamen ipſi prohibuerit principi populi maledicere, Exod. 22, 18. Iuſtum nimirum Dei iudicium, qvod propter antegreſſa peccata ſua permiſerit in poenam, ut ſubditus adverſus dominum ſuum ita inſurgat, verbis tam atrocibus vult deſcribere.

CAP. XVIII.

1. Ἐκ τῆς δόξης, a gloria ſua.

2. Ἐν ἰσχύϊ, vehementer. Iisdem phraſibus, qvibus prophetae V. T. interitum Babylonis deſcribunt, Iohannes utitur in deſcribenda regni huius hoſtilis deletione, qvod nobis documento eſſe vult, fore, ut ſuo

Cap. 17, 17. Pro τελεσθῇ τὰ ῥήματα habet S. R. Griesb. τελεσθήσονται οἱ λόγοι.

Cap. 18, 1. Poſt ἄλλον addit ἄλλον.

v. 2. Pro ἐν ἰσχύϊ φωνῇ μεγάλῃ legi vult ἐν ἰσχύϊ vel ἐν ἰσχυρᾷ φωνῇ.

ſuo vaticinio de Babylonis myſticae interitu eventus non minus reſpondeat, atqve in vaticiniis prophetarum iam factum ſit. K. A. Cf. Ieſ. 21, 9. Ier. 51, 7. Ieſ. 13, 19. 34, 11. 13.

3. Πέπωκε, Perf. ind. A. a πίνω, biberunt. Ὁ ἔμποϱος, mercator. Τὸ ϛϱῆνος, luxus.

4. Συγκοινωνέω, in partem alicuius rei venio.

5. Ἐκολλήθησαν exprimit h. l. hebraicam נָגַע, qvo verbo 2 Chron. 28, 9. notatur caedes in coelum pertingens. Cf. Ier. 51, 9. Ἀδίκημα, flagitium.

6. Διπλόω, duplico. Cf. Ier. 50, 15. 29.

7. Δοξάζω, gloriam tribuo, orno. (Καθ') ὅσα, qvantum. Στϱηνιάω, delicate vivo, luxurior. Ὁ βασανισμὸς, cruciatus. Τὸ πένθος, luctus. Cf. Ieſ. 47, 7. 8. Πένθος ἰδεῖν, luctum ſentire. O. 41.

8. Ἰσχυϱός (ἐϛι,) fortis, potens eſt. Cf. Ieſ. 47, 9. Κϱίνω, punio. J.

9. Ἐπὶ, propter. Ἡ πύϱωσις, incendium. Cf. Ier. 50, 40.

10. Ἡ πόλις ἡ ἰσχυϱὰ, illa civitas valida. Tertull. de cultu foem. C. 12. Ῥώμη, *robur.* Antiqviores *Valentiam* dixerant: advenae Graeci *Romam.* Bengel.

11. Ὁ γόμος, merces.

12. Σηϱικὸς, ὴ, ὸν, ſericus; hinc σηϱικὸν (ἔνδυμα,) veſtis ſerica. Θύϊνος, η, ον, thyinus, qvi eſt ex thya arbore perpetuo virente. Ἐλεφάντινος, η, ον, eburneus. Μάϱμαϱον, marmor.

13. Κινάμωμον, cinamomum. Ἄμωμον, amomum, fruticis genus, cuius lignum ſvavem praebet odo-

Cap. 18, 5. Pro ἠκολούθησαν S. R. Griesb. habet ἐκολλήθησαν.
v. 9. Pro κϱίνων habet κϱίνας.
v. 13. Poſt κινάμωμον addit ἄμωμον.

odorem. Μύρον, ungventum. Ὁ λίβανος, thus. Ἡ σεμίδαλις, ſimilago, farina ex tritico. Ῥέδα vel ῥέδη, rheda, vehiculum penſile. Σῶμα h. l. mancipium. Ψυχαὶ ἀνθρώπων, h. l. captivi ſ. mancipia.

14. Ὀπώρα, autumnus h. l. fructus autumnales. L. Λιπαρὸς, ὰ, ὸν, pingvis, h. l. praeclarus. Cf. Ezech. 27, 12. 13. 22. 36.

16. Βύσσινον (ἔνδυμα.) Ὅτι, qvia.

17. Ὁ ἐπὶ τόπον πλέων, qvi unum in locum, emporium, regionem identidem navem agit. Cf. Ezech. 27, 27. Ieſ. 34, 10. Ὁ ὅμιλος, turba, multitudo.

19. Χοῦς contracte pro χόος, pulvis. Ἡ τιμιότης, opulentia.

20. Εὐφραίνου — αὐτῆς. Cf. Ieſ. 44, 23. 49, 13. Ier. 51, 48.

21. Ὁ μύλος, mola, lapis molaris. Εἷς, qvidam. J. Ὅρμημα, impetus. Cf. Ier. 51, 63. 64.

22. Ὁ σαλπιστὴς, tubicen. Οὐ μὴ ἀκουσθῇ, nunqvam omnino audietur. Ὁ τεχνίτης, artifex.

23. Μεγιστᾶνες, magnates. Φαρμακεία, veneficium. Cf. Ieſ. 24, 8. Ezech. 26, 13. Ier. 7, 34. 16, 9. 25, 10. Ieſ. 23, 8.

CAP. XIX.

1. Ἀλληλούϊα, alleluiah, h. e. laudate dominum ex הַלְלוּ et יָהּ, qvod eſt nomen Dei, contractum ex יְהוָֹה, ut nonnulli volunt. F.

2. Ἐνδι-

Cap. 18, 14. Pro ἀπῆλθεν poſt λαμπρὰ S. R. Griesb. in textum recepit ἀπώλετο.

v. 17. Pro ἐπὶ τῶν πλοίων ὁ ὅμιλος habet ὁ ἐπὶ τόπον πλέων.

v. 24. Pro αἷμα in textum recepit αἵματα.

Cap. 19, 1, Pro λέγοντος habet λεγόντων. Καὶ ἡ τιμὴ omiſit, et pro Κυρίῳ τῷ Θεῷ in textum recepit τοῦ Θεοῦ.

2. Ἐκδικεῖν αἷμά τινος ἐκ χειρός τινος, ob caedem perpetratam ab aliqvo vindictam ſumere.

5. Καὶ φωνὴ — μεγάλοι, videtur vox agni Deo συνθρόνȣ eſſe. Membra eccleſiae militantis ad laudem Dei provocantur excitanturqve, ut laudes ſuas cum laudibus eccleſiae triumphantis coniungant. Verba ipſa invitatoria deſumta videntur ex Pſ. 148, 12. 13. Iuvenes et virgines, ſenes et pueri laudem dicant nomini Domini.

6. Ἐβασίλευσε, ſeſe regem eſſe, magnifice declaravit. O. 14. Gl. Ph. 219.

7. Χαίρωμεν — ἑαυτήν. Nuptiae gratioſae peraguntur in hac vita, cum Chriſtus per fidem in cordibus noſtris habitat, et arrhabone Spiritus de futuris nuptiis coeleſtibus et glorioſis nos obſignat. Unde qvibusdam gratioſae nuptiae ſponſalia, ſi conferantur ad glorioſas, dicuntur. Hoc in loco de nuptiis coeleſtibus et glorioſis, qvibus gratioſae domum deductione complebuntur, ſermo eſt.

8. Καὶ ἐδόθη — ἁγίων, datum eſt ei, ut cooperiatur byſſino. Qvo ipſo innuitur, ſponſam ex ſe ſuisqve facultatibus aeſtimatam eſſe miſeram, pauperculam et nudam, Apoc. 3, 18. a ſponſo vero byſſino et veſtimentis albis cooperiri, ne dedecus nuditatis ipſius appareat. Byſſus eſt linum ſubtiliſſimum, cuius proventus aliqvis in Achaia, ubi texitur byſſinum tanti pretii pannus, ut auro contra aeſtimetur. Colorem refert argenteum lucis aemulum, in qvo toties angeli apparuerunt. Deſcribitur a duobus adiunctis, fuiſſe καθαρὸν καὶ λαμπρὸν, i. e. purum et ſplendidum, qvibus adulterino meretricis ornatui Cap. 18, 12. contradiſtingvitur. Qvid per byſſinum intelligatur, ſcri-

 ptura

Cap. 19, 6. Pro λεγόντων habet λέγοντας.

ptura ſemetipſam explicat, nimirum *δικαιώματα* i. e. iuſtificationes ſanctorum. Cf. Pſ. 45, 15. Pſ. 93, 5.

9. Μακάριοι — κεκλημένοι, Iohannes iubetur ſcribere i. e. claris verbis manifeſtare, eos felices eſſe praedicandos, qvi ultima illa eccleſiae militantis periodo victuri ſint, qva futurum eſſet, ut ab omnibus hoſtibus liberati et tranqvilli ad gloriam aeternam capeſſendam ſe praeparare poſſint.

10. Ἔπεσον — προσκύνησον, qvaeritur, an Iohannes hic in perſona erraverit, an in facto? a) Mihi qvidem ſententia S. V. Koerneri placet, qvi ſtatuit Iohannem erraſſe in perſona, qvippe qvi perſvaſum ſibi habuerit, ſibi rem eſſe cum filio Dei. b) Kromaieri ſententia eſt, Apoſtolum in facto erraſſe, cum et ſancti non paucis infirmitatibus fuerint obnoxii, exemplo Petri, qvi iam poſt habitam ſynodum Hieroſolymitanam contra expreſſum ipſius deciſum exemplo ſuo doctrinam de libertate Chriſtiana non parum labefactabat, et neophytis Chriſtianis ex gentiliſmo converſis non exigue erat offendiculo, Gal. 2, 11—13. graviter a Paullo propterea reprehenſus. Ἡ *γὰρ μαρτυρία προφητείας*, a) teſtimonium de Ieſu eſt medulla omnium prophetiarum earumqve ſumma. K. A. b) prophetia haec mihi commiſſa tibi et eccleſiae revelanda eſt teſtimonium Ieſu. Propoſitio eſt inordinata, ut vocatur a Logicis, in qva praedicatum primo, ſubiectum ultimo loco ponitur, cuiusmodi propoſitiones plures occurrunt in ſacris, utpote Ioh. 1, 1. 4, 24. Qvodſi iam termini ſuis locis ponerentur, ita enuntiatio ſeſe haberet: Spiritus prophetiae (i. e. doctrina prophetica Ioh. 4, 1.) mihi iam commiſſa Apoc. 1, 1.) eſt teſtimonium Ieſu. Apprime congruit haec ratio cum frontiſpicio huius revelationis, in qvo conſilium et ſumma totius libri oſtenditur. Sic enim habet C. 1. v. 1. 2: Revelatio

velatio Ieſu Chriſti, qvam dedit illi Deus, ut manifeſtaret ſervis ſuis, qvae oporteat fieri cito, et ſignificavit, cum miſiſſet mandatum per angelum ſuum miniſtro ſuo Iohanni, qvi teſtificatus eſt ſermonem Dei et teſtimonium Ieſu Chriſti. Ubi obſervetur obiter, ſi ex ſtilo et phraſibus qvoqve iudicandum eſt de ſcripto alicuius auctoris, an ſit γνήσιον, an ſuppoſititium, phraſin hanc familiarem Iohanni, cum praedicationem Evangelii vocat teſtimonium Ieſu, nobis inter alia fidem facere, ſcripti huius auctorem eſſe Iohannem Evangeliſtam. Mihi qvidem videtur haec explicatio illi priori loco poſitae praeferenda.

11. Ἐν δικαιοσύνῃ, iuſte.

12. Διαδήματα πολλὰ, reſpicitur ad morem regum orientalium, qvi coronas regum devictorum ſibi imponere ſolebant. Cf. 2 Sam. 12, 30. 1 Maccab. 11, 13. A Ieſu autem omnes reges erant debellati. Cf. ſupra Cap. 11, 15. Cap. 13, 1. Ἔχων — αὐτὸς, vocatur hoc nomen, qvod v. 13. indicatur, occultum, qvoniam magnitudo huius nominis et qvare Chriſto ſit impoſitum, a nobis inveſtigari non poteſt. K. A.

13. Βάπτω, tingo. Cf. Eſ. 63, 1. 2. 3.

15. Ποιμαίνω, rego, guberno. Πατεῖ — παντοκράτορος. Torculari veluti labruſcae ſubiectae ſunt gentes calcandae. Et redditur hoc teſtimonio ratio, cur veſtis filii Dei tincta ſit ſangvine. Sunt, qvi ſangvinem proprium ipſius intelligunt, qvo conſperſus fuerit in ara crucis, ſed qvia tanqvam victor ex acie redux Eſ. 63. introducitur, et ipſi fontes id ſatis luculenter oſtendunt, potius ſangvis hoſtium, per Edomitas praefiguratorum, intelligitur. Senſus eſt: Percutiet gentes gladio ſuo acuto, qvia ſcriptura praedixit, eum confracturum eſſe eos rebelles virga ſua ferrea, et ſo-

lum calcaturum eſſe torcular irae divinae, cui ſubiectae ſunt gentes refractariae, ſpirituales Edomitae.

16. Ὁ μηρὸς, femur. Sollemne fuit olim victoribus orientalibus geſtare nomina ſua in zonis acu pictis. Cf. Ier. 13, 11. K. A.

17. Καὶ εἶδον — Θεȣ̃. Ut poſt proelium commiſſum catervatim advolant aves carnivorae occiſorum cadavera depaſcentes, ex qvo ſigno vel conſeqq. de ipſorum interitu certo certius conſtat: ita de hoſtibus eccleſiae in proelio adverſus filium Dei ſuccumbentibus prorſus actum erit. Eſt hic ἐμμονὴ i. e. immanſio in allegoria, ideo caduceator angelus ſtans in *ſole*, *loco editiore*, ut ab omnibus conſpici poſſet, apparet, et voce magna, ut ſolent eiusmodi feciales aves omnes per μεσȣρανήματα i. e. coeli medium volitantes ad coenam magni Dei invitat. In ſignum autem victoriae pleniſſimae atqve certiſſimae ad lanienam hoſtium occiſorum aves omnes invitantur. Cf. 1 Sam. 17, 44. 46. Ier. 12, 9. Ezech. 39, 4—17.

18. Μικρῶν καὶ μεγάλων, plebeiorum et illuſtrium. V. 513.

20. Πιάζω, prehendo. Ζῶντες — Θείῳ, coniecti ſunt in ſtagnum ignis ardens ſulphure, qvibus verbis exqviſitiſſima infernalis poena depingitur. Nec enim acerbior poena inter homines poteſt excogitari, qvam uſtulatio per ignem. Dicitur ſtagnum ignis ardere ſulphure, qvia ſulphur eſt materia φλογιςικὴ i. e. flammae maxime capax, ita, ut per fomentum hoc

Cap. 19, 17. Pro συνάγεσθε S. R. Griesb. habet συνάχθητε et τὸ μέγα τȣ̃ pro τȣ̃ μεγάλȣ.
v. 20. Pro μετὰ τȣ́τȣ ὁ recepit ὁ μετ᾽ αὐτȣ̃.
v. 21. Pro ἐκπορευομένῃ habet ἐξελθȣ́σῃ.

hoc ignis aeternitas poenae ſignificetur. Vivi autem coniecti ſunt in ſtagnum ignis, qvia poena ſolet eſſe acerbior, cum vivi cremantur et flammis comburuntur.

CAP. XX.

1. Καὶ εἶδον — αὐτῷ, viſio Iohannis eſt ſymbolica repraeſentatio victoriae de primario eccleſiae hoſte olim reportandae. Innuitur ſc. fore, ut ipſius poteſtas eccleſiae nocendi limitibus in diem arctioribus a Deo circumſcribatur. Si qvis hanc viſionis ſummam norit, non eſt, qvod de omnibus huius imaginis particulis ad rem ipſam applicandis et explicandis nimis laboret, ſiqvidem qvaedam tantum ornatus cauſſa addita eſſe videntur. K. A.

3. Ἵνα μὴ — ἔτι, Satanae inſtinctu hactenus populi multi eccleſiam invaſerant; his vero verbis Apoſtolus praedicit, Deum per certum qvoddam temporis ſpatium Satanae denegaturum eſſe permiſſionem eiusmodi turbas publicas excitandi. Hanc explicationem ea, qvae v. 8. et 9. dicta ſunt, ſatis confirmant. Errant itaqve iſti, qvi putant ſingulis etiam eccleſiae membris et coetibus nullam plane ab hoſte hoc vexationem vel tentationem, millennio hoc durante, eſſe metuendam. An deniqve mille hi anni ſenſu proprio intelligendi ſint nec ne, mihi non liqvet. K. A.

4. Κρίμα ἐδόθη, Iohannes vidit, piorum animas collocatas ſuper thronos in iisdem ſediſſe; id qvod non de thronis iudicialibus ad habendum iudicium ſupremum poſitis, ſed de regno piorum martyrum intelligendum. Contigerunt enim haec intra millenarium iſtum annorum, et haec ſeſſio ſuper thronis

Cap. 20, 1. Pro κλᾶδα S. R. Griesb. in textum recepit κλᾶν.
v. 3. Poſt ἔκλεισεν omiſit αὐτόν.

nis de regno cum Chrifto paullo inferius exponitur. Iudicium itaqve de dignitate regia cum iis communicata exponi poteft, ut accipitur Pf. 72, 1. Deus, iudicium tuum regi da. Conf. Rom. 6, 8. 2 Tim. 2, 12. 28. Dan. 7, 9. 22. 27. Ζάω, bene ac feliciter vivo. J.

5. Νεκροὶ, h. l. hoftes devicti. Οὐκ ἔζησαν, non recuperabant vires nocendi, qviefcebant qvafi mortui. Cf. v. 3. 8. 9. Ief. 26, 14. K. A. Αὕτη ἡ ἀνάστασις ἡ πρώτη, ftatus ecclefiae tranqvillus et felix cum refurrectione comparatur, Hof. 6, 1. Ezech. 37, 3. K. A.

6. Μέρος, h. l. participatio, communicatio. Ὁ ἔχων — πρώτῃ, qvi habet commune qvid cum refurrectione prima. Kr. Senfus eft hic: *ifti* felices et inviolabiles funt, (nulla iis calamitas eft metuenda,) qvi in focietatem victoriae Iefu veniunt atqve eius fructus percipiunt. Non tradentur aeternae morti veluti hoftes eorum, fed in Dei et fervatoris fui regno vivent. Cf. fupra Cap. 1, 6. 5, 10. Non vero reperitur h. l. ullum fundamentum fententiae de martyribus poft refurrectionem fuam in his terris per mille annos cum Chrifto regnaturis, neqve h. l. fermo eft de refurrectione qvadam particulari univerfalem praecedente. K. A.

7. 8. Καὶ ὅταν — θαλάσσης. Senfus eft: Satanam folutum, qvaqva verfum, gentes adverfus ecclefiam excitaturum.

9. Καὶ ἀνέβησαν — αὐτοὺς, per caftra fanctorum ecclefia militans in terris fignificatur; civitas dilecta vero vocatur allufione ad urbem Hierofolymam, qvae, ut olim fuit fedes facrorum, ubi Deus caminum et ignem fuum habere dicebatur, ita N. T. ecclefiae typus fuit. Sunt haec magnam partem ex Ezech. 38. et

Cap. 20, 5. Pro ἀνέζησαν S. R. Griesb. in textum recepit ἔζησαν. v. 8. Poft ἀριθμὸς addidit αὐτῶν.

et 39. deſumta, ubi dicitur: ignem et ſulphur pluere faciam ſuper Gogum et ſuper exercitus eius. Qvibus verbis auxilium improviſum et Deus *ἀπὸ μηχανῆς* rebus conclamatis interventurus ſignificatur. Cum iam actum videbitur de caſtris ſanctorum et civitate dilecta, Deus rebus deſperatis interveniet et hoſtes coelitus peſſumdabit, ita, ut de digito Dei luculenter omnibus conſtare poſſit. Vindicias divinas ab hoſtibus ſumendas gemellis propemodum verbis deſcribit Pſalmographus Pſ. 11, 6. Pluet ſuper impios et ignis et ſulphur, et ſpiritus procellarum erit pars calicis eorum.

11. Εἶδον θρόνον — αὐτῶν, figurate dicta et de more iudiciorum humanorum deſumta ſunt, qvae h. l. de iudicio extremo narrantur. Male igitur acceperis has ſymbolicas repraeſentationes ſenſu proprio. K. A.

13. Ἔδωκε, dederat. Gl. Ph. 666. O. 23. Occurrit qvaedam ὑστερολογία in deſcriptione iudicii extremi, cum reſuſcitatio mortuorum proceſſui iudicii poſtponitur. Ἅιδης, ſepulchrum, das Todtenreich. J.

14. Καὶ ὁ θάνατος — πυρὸς, auctor mortis et putrefactionis in ſepulchro Satanas, utpote cuius invidia peccatum et mors intravit in mundum, coniectus eſt in ſtagnum ardens.

15. Ἡ βίβλος τῆς ζωῆς, liber vitae, metaphorice et per ἀνθρωποπάθειαν eſt numerus electorum.

CAP. XXI.

1. Καὶ εἶδον — ἔστιν ἔτι, circa hanc viſionem explicandam Interpretes in diverſas abeunt partes. a) Sunt enim, qvi ea magnificentiam eccleſiae

Cap. 20, 12. Pro θεοῦ S. R. Griesb. in textum recepit θρόνου.

ſiae militantis a Prophetis promiſſam adumbrari volunt. Cf. Ieſ. 49, 6-26. E. B. N. I. 703. b) Alii ſtatuunt, Iohannem qvidem phraſibus uti, qvibus alias prophetae felicem eccleſiae in his terris ſtatum deſcribere ſoleant, eumqve ad veram V. T. eccleſiam pompamqve his terris propriam ſubinde qvidem alludere, revera tamen de nulla alia re niſi de eccleſiae triumphantis gloria loqvi. K. A. Sententiam priori loco poſitam, iudice Kromaiero, non admittit contextus, qvia circa finem ſuperioris capitis exſecutio iudicii noviſſimi reſpectu impiorum fuit deſcripta, ſiqvidem omnis, qvi non fuerit inventus ſcriptus in libro vitae, coniectus fuiſſe dicitur in ſtagnum ignis. Iam ut etiam *pii variis aerumnis* in hac vita preſſi erigantur, qvid de ipſis poſt latam ſententiam decretoriam futurum, Spiritus S. hac viſione paullo prolixius indicare voluit. Nec eccleſiae militanti congruunt, qvae verſu 4. dicuntur, Deum abſterſurum eſſe omnem lacrymam ab oculis Hieroſolymam novam inhabitantium, mortem non amplius futuram, luctum, clamorem, dolorem deſiturum, addita ratione, qvod priora deſierint. Iam vero eccleſia militans inter lacrymas et ſuſpiria verſatur, Ioh. 16, 20: membra ipſius morti ſunt obnoxia. Multo minus ad eccleſiam militantem in his terris qvadrat, qvod nec incredulis, nec homicidis, nec veneficis, nec mendacibus etc. locus in nova Hieroſolyma fuerit inventus, cum eccleſia militans comparetur ſagenae, in qva piſces boni et putridi: agro, in qvo triticum ſimul et zizania: gregi et oves et hircos foetidos continenti: areae, in qva grana ſimul et paleae, adeoqve ex bonis et malis, communione tamen ſacrorum participantibus conſtet. Addo, qvod victoribus tantum haec bona omnia promittantur v. 7. Parallelus locus inſignis eſt ille Petrinus 2 Epiſt. 3, 10. Dubio procul Iohannes hic indicem digitum extendit ad locum, Eſ. 65, 17. Uniformis

formis etiam fcripturarum concentus eft in eo, ante faeculi confummationem in his terris miferrimam rerum omnium futuram effe faciem. Ὀυρανὸς καινὸς et γῆ καινὴ, ftilo prophetico haec loqvendi formula denotat novam ecclefiae formam.

2. Καὶ εἶδον — ἀνδρὶ αὐτῆς, ecclefia triumphans fub duplici imagine proponitur, 1) tanqvam respublica bene conftituta, 2) tanqvam fponfa ad fponfum fuum deducta. Cf. Hebr. 11, 10. 13, 14. Nihil aliud fpectari debet, nifi res ipfa per hanc imaginem adumbrata. K. A. Καταβῆναι ἐκ τοῦ ὀυρανοῦ fignificat: *divinam originem habere*, Marc. 11, 30. K. A. Memento Iohannem vidiffe haec omnia ἐν ἐκστάσει, eaqve extra ipfum revera haud extitiffe, fimiliter ut illa, qvae Petrus vidit, Act. 10, 11. K. A.

3. Ἰδοὺ ἡ σκηνὴ — θεὸς αὐτῶν. Temporibus V. T. tabernaculum erat fignum externum praefentiae divinae et Dei inter populum fuum verfantis. Efficitur ergo allufione ad illud fenfus hic: beati familiariffima cum Deo confvetudine in aeternum fruentur et de effectis praefentiae fuae gratiofae nunqvam non gaudebunt. K. A. Cf. 2 Cor. 6, 16. Defumta funt ex Lev. 26, 11. et repetuntur a Paullo adhortante Corinthios, ne jugum trahant cum infidelibus.

6. Γέγονε de certitudine promifforum, qvae verficulis antecedentibus extant, accipiendum eft: tam vera fc. haec effe, ac fi eventu iam effent completa.

7. Δει-

Cap. 21, 2. Poft καὶ S. R. Griesb. omifit ἐγὼ Ἰωάννης. Haud recte Iohannis nomen recentiores hoc verfu inculcarunt. Initium erat pericopae ecclefiafticae. Beng. Εἶδον S. R. Griesb. poft καινὴν habet.

v. 3. Pro λαοὶ in textum recepit λαός.

v. 4. Poft ἐξαλείψει omifit ὁ θεός.

8. Δειλὸς, ὴ, ὸν, timidus, h. l. ignavus, malus. Kr. qvi pugnam detrectat iftiusqve vitandae cauffa hoftibus fe adiungit. K. A. Φαρμακὸς, veneficus. Ψευστὴς, mendax.

10. Ἀπήνεγκέ με ἐν πνεύματι, vifionem hanc non factam effe mutatione loci, fed ἐν ἐκστάσει, docet vocabulum ἐν πνεύματι.

11—21. Ὁ φωστὴρ — ὕαλος διαφανὴς, gloria longe maxima ecclefiae triumphantis fub imagine civitatis adumbratur, qvam Iohannes ἐν ἐκστάσει vidit, neqve tamen extra ipfum revera extitit. Cumulantur in ea defcribenda omnia, qvae inter res, *qvae in his* terris confpiciuntur, ex opinione *hominum* funt magnifica et fublimia, ut oftendatur, gloriae beatorum in futura vita nihil poffe vel comparari vel aeqviparari. Nec mirandum eft, occurrere in hac imagine particulas qvasdam, qvae ad civitatem ullam minus qvadrare videntur, cum per eam magnitudo, fecuritas flosqve perpetuus regni illius futuri fimul exprimi debuerit. Voluit Apoftolus praeftantiam vitae aeternae vivis qvafi coloribus depingere et qvoscunqve in admirationem ftatus iftius feliciffimi rapere, hoc eius propofitum fine ftricta fingularum huius imaginis partium explicatione teneri poteft, utpote qvae neqve neceffaria eft, neqve commode fieri poteft. K. A.

11. Ὁ φωστὴρ, lumen. Κρυσταλλίζω, inftar cryftalli fplendeo.

12. Βορ-

Cap. 21, 7. Pro πάντα S. R. Griesb. in textum recepit ταῦτα.
v. 8. Poft ἀπίστοις addidit καὶ ἁμαρτωλοῖς. Pro φαρμακεῦσι habet φαρμακοῖς, et pro δεύτερος θάνατος recepit ὁ θάνατος ὁ δεύτερος.
v. 9. Poft πόλιν omifit τὴν μεγάλην.
v. 11. Pro ἔχουσαν recepit ἔχουσα.

13. Βοῤῥᾶς, ᾶ, ὁ, regio ſeptentrionalis. Ὁ νότος, auſter, plaga auſtralis.

16. Τετράγωνος, ὁ, ἡ, qvadrangularis. Ἐπὶ habet h. l. vim diſtributivam, ut in tacticis, ἐφ' ἑνὸς, ἐπὶ τεττάρων, ἐπ' ὀκτὼ, *ſinguli, quaterni, octoni.* Vide Budaei comm. lingvae Gr. col. 881. Itaqve ἐπὶ ſignificat, 12000 ſtadia ſingulorum eſſe laterum urbis, non totius circuitus.

17. Μέτρον ἀνθρώπε ὅ ἐςιν ἀγγέλε, angelum menſorem Iohannes ἀνθρωποειδῶς ἐθεώρησε, humana ſpecie vidit, ut Andreas Caeſareenſis loqvitur. Itaqve illa pertica, inqvit Grotius, tanta erat, qvanta erat ſtatura formae humanae, in qva angelus apparebat, ac proinde ad eum modum etiam cubiti.

18. Ἡ ἐνδόμησις, ſtructura; ἡ ἐνδόμησις τε̃ τείχεs videtur dictum pro τὸ τεῖχος. F. Ὁ ὑαλὸς, vitrum, electrum.

19. Ὁ σάπφειρος, ſapphirus. Ὁ σμάραγδος, Smaragdus.

20. Ὁ σαρδόνυξ, ſardonyx. Ὁ σάρδιος, ſardius. Ὁ χρυσόλιθος, chryſolithus. Βήρυλλος, beryllus. Τὸ τοπάζιον, topazium. Ὁ χρυσόπρασος, chryſopraſus. Ὁ, ἡ ὑάκινθος, hyacinthus. Ὁ ἀμέθυςος, amethyſtus, herba et gemma ebrietati reſiſtens.

21. Ἀνὰ εἷς — πυλώνων, ſingulae portae erant ex ſingulis margaritis. Praepoſitio ἀνὰ numerum diſtributivum aeqvalitatis ſaepe exprimit, et per nomina nume-

Cap. 21, 12. Pro ἔχεσάν τε S. R. Griesb. in textum recepit ἔχεσα.

v. 13. Pro ἀνατολῆς legi vult ἀνατολῶν.

v. 14. Pro ἐν αὐτοῖς habet ἐπ' αὐτῶν atqve addit δώδεκα.

v. 15. Poſt ἄχι addit μέτρον.

v. 16. Pro τοσε̃τόν ἐςι habet ὅσον.

v. 21. Pro διαφανὴς habet διαυγής.

numeralia diſtributiva explicatur. Gl. Ph. Ὁ, ἡ διαφανὴς, vel διαυγὴς, pellucidus, candens.

22. Καὶ ναὸν — ἀρνίον, cum totum coelum ſit habitaculum Dei, non peculiaris qvaedam domus Dei locum hic habet. Beati non colunt Deum externis ritibus, nec opus eſt iis doctore vel inſtitutis; arctiſſime enim iam cum Deo ſunt coniuncti. K. A.

24. Οἱ βασιλεῖς — εἰς αὐτὴν, illi, qvi reges fuere in terris, retinebunt illud, in qvo maxima et veriſſima eorum laus et dignitas cernebatur, ſc. adorationem Dei, fidem et amorem erga Ieſum, reliqva dignitas ad hanc vitam pertinens non amplius ſpectabitur in ipſis, nec ullam iis amplius conferet praerogativam. K. A.

25. Καὶ οἱ πυλῶνες — ἡμέρας, ſecuritas, vita civium actuoſa, et perfectiſſima gaudia ſub imagine urbis proponuntur, cuius portae ſemper patent. K. A.

26. Δόξα καὶ τιμὴ τῶν ἐθνῶν, eſt pars nobiliſſima et laudatu digniſſima hominum ex omnibus populis. K. A.

27. Κοινόω (ἑαυτὸν,) polluo me. J.

CAP. XXII.

1. Καὶ ἔδειξέ με — ἀρνίȣ, videtur alluſio partim ad fluvios Paradiſi, Gen. 2. partim ad fluvium, qvi promanabat ex templo, cuius memenit Ezech. 47, 1. 12. praeſertim cum ex hac viſione alias multa in hanc noſtram fuerint translata. Cf. Zach. 14, 8. Pſ. 36, 9. 19.

2. Ἐν-

Cap. 21, 24. Pro τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων ἐν τῷ φωτὶ αὐτῆς περιπατήσȣσι S. R. Griesb. habet: περιπατήσȣσι τὰ ἔθνη διὰ τȣ̃ φωτὸς αὐτῆς.

Cap. 22, 1. Καθαρὸν omiſit.

2. Ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν, hinc et illinc, ex utraqve parte. Ξύλον, arbor. J. Arbor vitae nomen exinde habebat, qvod primis parentibus eſſet qvaſi pharmacum immortalitatis, prout iuſſu Dei poſt lapſum huius arboris acceſſu prohibentur protoplaſti, addita ratione, ne forſan extendentes ad hanc arborem manum ſuam de illa comedant et vivant in aeternum. Ποιέω, edo, progenero. J. Ἐις θεραπείαν, faciunt ad ſanitatem. Haec intelligenda ſunt de conſervanda, non autem de reſtituenda (aegrotantes enim non reperientur in Paradiſo coeleſti) ſanitate. K. A.

3. Κατανάθεμα, maledictum. Abſtractum ponitur h. l. pro concreto, i. e. homo maledictus. Kr.

4. Ὄψονται τὸ πρόσωπον αὐτȣ̃, miniſtri Dei erunt intima familiaritate cum ipſo coniuncti. Conf. 2 Reg. 25, 19.

8. 9. Ὅτε ἤκȣσα — προσκύνησον, Iohannes, cuius ſinceritas ex confeſſione erroris ſui patet, repetit narrationem, qvae Cap. 19, 10. extat. Non autem veroſimile eſt, ipſum bis eadem ratione lapſum eſſe. K. A.

10. Μὴ σφραγίσῃς — τȣ́τȣ, iubet angelus, ne Iohannes obſignet verba huius prophetiae, i. e. ne declaret hunc librum eſſe obſignatum eiusqve argumentum et intelligentiam ad remotiſſima tantum, ut Danielitica qvaedam vaticinia, pertinere. O. 14.

11. Ὁ ἀδικῶν — ἁγιαϑήτω ἔτι, ſi qvis, poſthabita hac inſtitutione, adhuc a partibus iniuſtorum perſe-

Cap. 22, 3. Pro κατανάθεμα S. R. Griesb. habet κατάθεμα.
v. 5. Pro χρείαν ȣ̓κ ἔχȣσι habet ȣ̓ χρεία et φωτίσει pro φωτίζει.
v. 6. Pro ἁγίων habet πνευμάτων.
v. 8. Pro ἔπεσαν habet ἔπεσα.
v. 10. Poſt τȣ́τȣ omiſit ἔτι.
v. 11. Pro ῥυπῶν ῥυπωσάτω habet ῥυπαρὸς ῥυπαρευθήτω et pro δίκαιος δικαιωθήτω habet δίκαιος δικαιοσύνην ποιησάτω.

perſecutorum ſtare velit, capiti eius! ſi qvis pergat erroribus et vitiis animum ſuum contaminare, capiti eius! Pius autem non patiatur ſe ulla re turbari, ſed pergat ſancte vivere et promiſſis divinis fidem habere. K. A. Ἀδικέω, iniuſte ago, iniuria adficio. Ῥυπόω, ſordeſco. Ῥυπαρεύομαι, ſordidus ſum.

14. Ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, qvi parent monitis huius libri. Ἡ ἐξουσία — ζωῆς, ius beatae immortalitatis. K. A. Καὶ τοῖς πυλῶσιν — πόλιν, ius civitatis ſc. Hieroſolymae coeleſtis.

15. Κύνες, canes, i. e. obtrectatores, perſecutores. Cf. Matth. 7, 6. 21, 8. Ἔξω (εἰσὶ,) foris ſunt.

16. Ἡ ῥίζα, ſurculus. J. Ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος τοῦ Δαβὶδ, ſurculus ex radice generis David ortus per ἓν διὰ δυοῖν. Cf. Rom. 15, 12. Ὀρθρινὸς, ἡ, ὀν, matutinus.

17. Τὸ πνεῦμα καὶ ἡ νύμφη λέγουσι, eccleſia inſtinctu et vi Spiritus S. ſuſpirium edit hoc. K. A.

19. Ἀφαιρέω, aufero.

20. Ναὶ, omnino. Ναὶ, obſecro, qvaeſo. Prius ναὶ eſt particula affirmantis, poſterius ναὶ ſponſae obteſtantis. Kr.

Cap. 22, 16. Pro καὶ ὀρθρινὸς S. R. Griesb. habet ὁ πρωϊνός.

v. 17. Pro ἐλθὲ habet ἔρχου, et pro ἐλθέτω, ἐρχέσθω. Pro λαμβανέτω τὸ habet λαβέτω.

v. 18. Pro συμμαρτυροῦμαι γὰρ habet μαρτυρῶ ἐγὼ, et pro ἐπιτιθῇ πρὸς ταῦτα habet ἐπιθῇ ἐπ᾽ αὐτά.

v. 19. Pro ἀφαιρῇ et ἀφαιρήσει habet ἀφέλῃ et ἀφελεῖ. Pro βίβλου habet τοῦ ξύλου.

v. 20. Ναὶ poſterius et ἀμὴν v. 21. omiſit.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Evang. Matth.

Cap. III, 7. lin. 2. pro *notet* lege *notat*.
— — 9. lin. 3. post *facere* deleatur comma.
— IV, 16. lin. 1. pro σίᾳ lege σκιᾷ.
— V, 13. lin. 2: pro *qua* lege qvae.
— XII, 29. lin. 1. pro I. lege J.
— XIV, 2. lin. 1. post ἐν addatur *per*.
— XXVII, 9. lin. var. 3. post E. B. N. IV. pag. 38. inseratur *et*.

Evang. Marc.

Cap. III, 26. lin. 2. pro I. lege J.
— XIV, 44. lin. 3. pro Act. 17. lege Act. 16.
— — — lin. 4. pro τιμεῖν lege τηρεῖν.

Evang. Luc.

Cap. XIII, 33. lin. 5. pro exprimant lege exprimunt.
— XVIII, 8. lin. 2. pro poena lege poenae.

Evang. Ioh.

Cap. X, 24. lin. 2. pro חֲשִׁיאוּ lege תְּשִׁיאוּ.
— XVII, 2. lin. 2. pro omnes, qvod lege omnes, qvos.

Act. Apost.

Cap. VII, 21. lin. 1. pro vos lege vox.

Ep. ad Rom.

Cap. X, 19. lin. 4. pro propositum lege propositam.

Ep. I. ad Cor.

Cap. V, 9. lin. 2. pro iniuriae lege iniuria.
— — 13. lin. 4. pro spiritum lege spiritus.
— XV, 31. lin. 2. pro ἡμετέραν lege ὑμετέραν.
— — 44. lin. 1. pro φυχικὸν lege ψυχικὸν.

Ep. II. ad Cor.

Cap. IX, 5. lin. 6. pro ὥςη lege ὥςε.
— XI, 1. lin. 4. pro oorint lege norint.

Ep. ad Gal.

Cap. II, 12. lin. 2. pro με τά lege μετά.
— IV, 9. lin. 9. pro Γνώσκεσθαι lege Γινώσκεσθαι.
— VI, 6. lin. 9. pro πλανᾶσθαι lege πλανᾶσθε.

Ep.

Ep. ad Phil.

Cap. II, 1. lin. 5. pro praeſtet lege praeſtat.

Ep. ad Col.

Cap. II, 2. lin. 5. pro priorem lege poſteriorem.
— III, 14. lin. 2. pro τέλεον lege τέλεος.
— IV, 11. lin. 10. pro conveniae lege conveniat.
— — lin. 12. pro dt. lege de.

Ep. II. ad Tim.

Cap. IV, 15. lin. 1. poſt a deleatur).

Proleg. in Ep. ad Hebr.

Pag. 530. lin. 10. pro commoretur lege commoraretur.

Ep. ad Hebr.

Cap. IV, 14. lin. 19. pro ſumus lege ſimus.
— VI, 15. lin. 1. pro patientes lege patienter.
— VII, 1. lin. 1. pro Σαλὴν lege Σαλὴμ.
— X, 37. lin. 10. pro acinacis lege acinaces.

Proleg. in Ep. Iac.

Pag. 618. lin. 2. pro Hieroſolymitarum lege Hieroſolymitanum.

Ep. Iac.

Cap. II, 16. lin. 7. pro ἐδερμάνθητε lege ἐθερμάνθητε.

Ep. I. Petr.

Cap. II, 8. lin. 37. pro conteĉtus lege contextus.

Ep. I. Iohannis.

Cap. V, 7. lect. var. pag. 712. lin. 15. pro 326 lege 236.

Apocalypſ.

Cap. III, 5. lin. 3. pro munerus lege numerus.
— VI, 6. lin. 5. pro Graecis lege Graeci.

Reliqva errata praeſertim in accentibus et numeris ipſe, Lector, obſervabis et corriges.

BSB Bayerische StaatsBibliothek

MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Küttner, Christian Gottfried,

Hypomnemata in Novum Testamentum cum scholiis ex Jo. Aug. Ernesti Scriptis excerptis

Lipsia 1780

Exeg. 574
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10411486-3
VD18 14507986-001